



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

137 9-43

BIBLIOTECA

79

COMPLUTENSE.

9

E. 13 C. 8. N. 27.

566
500



87-2

ANTIQUITA- An 9

TVM VARIA-

RVM AVTO-

RES,

900

Quorum catalogum se-
quens continet
pagella.

*

74.8.2

VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

*Delelibra
el Colo del
Compart
de la
aria 170*

LVGDVNI,
APVD HAERED. SEB.
GRYPHII.

1560.

*Calleg Complut. de la. Sepu. de no. de la
Cano. de can. Complut.
Gres. de de la. de la.*

CATALOGVS AVTORVM

IN HOC OPERE CON- TENTORVM.

*Myrsili Lesbij de origine Italia, &
Tyrrhenorum, Liber 1.*

M. Porcij Catonis Originum, Liber 1.

Archilochi de Temperibus, Liber 1.

Berosi Babylonij Antiquitatum libri 5.

Manethonis de Regibus Aegyptiorum lib. 1.

Metasthenis Annalium Persicarum Lib. 1.

Xenophontis de Aequinoctiis Liber 1.

*Q. Fabij Pictoris de Aureo seculo, & de origi-
ne Urbis Roma, Libri 11.*

C. Sempronij de diuisione Italia Liber 1.

Philonis Iudei Antiquitatu biblicaru Lib. 1.

C. Iulij Solini Polyhistor.

*Pomponij Mela de situ orbis libri 111. cum
Petri Ioan. Oliuarij annotationibus.*

*Pomponij Lati de antiquitatibus Urbis Ro-
mae Libellus.*

*Topographia Veteris Roma Ioan. Bartholomaei
Marliani Epitome.*

*P. Kistoris de Urbis Roma regionibus & locis
libellus.*

*Pomponij Lati de Romanis Magistratibus,
Sacerdotijs, Iurisperitis, & Legibus,
ad Pantagathum Libellus.*

*L. Feneſtella de Magistratibus, Sacerdotijsq;
Romanorum, Libri 11.*

MYR

MYRSILI³ LESBIL- BER

De Origine Italiae & Tyr- rhenorum.



ITALIAM coluere Graci, Ar-
cades, Veneti, Ligures, Ardea-
tes, Rutuli, Siculi, Pelasgi, Ia-
pyges, Lacedamones, Salentini,
Pely, Oeniani, Achai, Oropita,
Pylj, Pisi, & eiusmodi. Horum primus Oe-
notrius Arcas cum Peucino fratre colonias
transportauit, & ibi habitabant tunc dicti Au-
sones, & ibi nunc Oenotria regio est è regione
Peucinorum. Hac fertur prima colonia ex Gra-
cis, paulominus quindecim atatibus ante rui-
nas Troia.

Tyrrhenis originem quidē suspicantur fuis-
se à Lydis. Existimant enim Aty regi Ma-
onia, prognato Hercule & Virgine Omphale, fu-
lia Iardana regina Maonum fuisse geminos
Lydum & Tyrrhenum, cum regnū neq; duos
siperet, & neq; terra sterilitas ingentē mul-
titudinem pateretur, sorte Aty iacta Lydum
successorem designauit, Tyrrhenū verò cū ma-
iore parte populis ad quarendas nouas sedes fo-

*ras abire iussit. Is in septentrionalem Tiberis
 partem Veniens, eiusq^{ue} totam medietatē a fon-
 tibus usq^{ue} ad locū ubi erat priscis Vmbris ha-
 bitatio tenuit, & cum eis consedit & cohabi-
 tauit, & Vrbes dictas hactenus Maonias &
 Tyrrhenias adificauit. Sed hi aperta mēdacia
 fingunt: nam de gentis antiquitate & origine
 magis creditur ipsi genti atq^{ue} Vicinis, quā re
 motis & externis. Magis igitur creditur ipsis
 Lydis & Tyrrhenis, atq^{ue} his Vicinis Romanis
 & qui consentiunt in eorum patria historia
 & origine, quā quibusuis alijs quāuis alijs
 eruditissimis. Caterum quacunq^{ue} hi patrij hi-
 storici dicunt, aduersantur supradicta tradi-
 tioni de Tyrrbeno Maone. Etenim Xanthus
 Lydus in patria historia, nullum Tyrrbenum
 Atym fuisse scribit, sed geminos Lydum &
 Torebum, a quibus Lydos & Torebos in Asia
 populos esse tradit: in nullo penitus differentes,
 nisi quadam prolatione, & quidem parua, ut
 Diores et Attici. Quis ergo ex Lydis historicis
 Tyrrbenum filium Atyos & fratrem Lydij mi-
 sit in primam medietatem Tiberis, ubi anti-
 quissimis Vmbris fuit prisca habitatio? Quum
 etiā quod tradit de bello Pelasgico Xanthus,
 asserit Pelasgos antiquiores Aty aggressos
 bello Tusciam, qua quondam Vmbria dicta est,
 occupasse Crotonem, inde Tiberinam regionem
 inuadentes etiam ipsam Tyrrbenam cepisse,
 &*

Et cum Tyrrhenis cohabitasse, Et ab eis plurimam militarem peritiâ didicisse, præcipue nauticam, qua tunc toti orbi erant admirabiles. De quibus fabulantur Græci, quod in Delphinis Versi sint, qui navibus alludunt, Et his socij sunt. Re enim vera tunc Delphini ob practicam simul Et dominium maris dicebantur, erant enim classe potentes, Et Undaq; colonias transportabant. Argumēto sunt qui Tyrrheni dicuntur in insulis Atticis, Et faucibus Thraciæ. Namq; Tyrrhena simul lingua, Et cum quibus habitant loquuntur, Et eosdē deos Et Tyrrheni colunt, Et iisdem literis utuntur. Quare non possunt dici ab aliquo Atyos filio, qui ante Atym Pelasgumq; regem inveniuntur dicti Tyrrheni, Et multarum coloniarum auctores eodem nomine atq; ritu ante Atym præscriptarum. Hac à Lydis didicimus. Nunc quid de se Tyrrheni dicant est inferendū. Primum rident se ab aliquo advena denominatos, qui se solos indigenas in Italia existimant, atque à Vetusissimi dei sui, quem Ianum Vadymona vocant, filio Razenua nominant: Tetrāpolim quoq; suam Hetrursiā, eiusq; partem Bolutursenam, Vetuloniā, Thussam: Et Harbanum cognomine Calumbum à Icyo nuncupant: eamque à suo deo aureo seculo mox post inundationem terrarum, nedum ante Atym conditam asserunt. Nam Et ab inundatione ipsa suum

a 3 agrum

agrum sua patria lingua Vocant Saleombronē.
 Vbi primum geniti Vmbri. Producent quoque
 sua Vetusſtatis Veſtigia multa, Et deos, ritus,
 mores, literas, leges. Qua profeſſo omnia con-
 gruunt his qua probatiores Graci hiſtorici tra-
 dunt. Scribunt enim ſolos Tyrrhenos in Italia
 Vetusſiſſimos eſſe, qui neq; ab alijs pendeant
 origine, neq; Et ceteri conuena Et aduena, ſed
 propria regione eſſe oriundos: quando quidem
 Vetusſiſſimis differāt dijs Et moribus nedum
 ab alijs Italia populis, ſed etiam à vicinis Cro-
 tonicſibus Et Peruſinis à fronte, Et à proxi-
 mis Phaliſcis à tergo, quos inter medijs iacent.
 Nam cunctis Tufcis dijs deaq; ſunt Iupiter Et
 Iuno: Soli Tyrrheni colunt Ianum Et Veſtam,
 quos lingua ſua Vocant Ianib. Vadymona, Et
 Labith Horchiam. Ipſi quoq; Romani faten-
 tur Hetruſcos eſſe Vetusſiſſimos, Et aureo ſe-
 culo natos, à quibus aras, ritus, diuinationes,
 colonias Et diſciplinās habuit priſca Italia, ini-
 tio ſumpto à prima eorum tetrapoli dicta He-
 truria, à qua illos Romani Hetruſcos cognomi-
 nant. Non eſt igitur aduerſarijs Vlla Via, qua
 probent eos Tyrrhenos à filio Atyos habere Vel
 nomen Vel originē: ſed id nomen deſumpſiſſe à
 Turſibus. Quod ſi etiam ad hos Venit Torebus
 filius Atyos Etiaq; non ab eo aduena nominat
 ſunt Tyrrheni indigena, ſed econtrario ab eis
 Torebus fuit cognominatus, Tyrrhenus à Gra-

*cis Igitur et se totam Italiam coluerunt Graci,
Et nostri tradunt, ex ipsis tamen Lydis & Tyr-
rhenis Sicinis' que Romanis falsa esse ostendi-
mus, que contraria his de Thyrrhenis multi,
Et diximus, conscripserunt.*

M. P O R C I I
C A T O -
N I S

Ex libris Originum
fragmenta.



GRAECI tam impudenti ia-
elantia iam effunduntur, Et
quoniam his dudum nemo re-
sponderit, ideo liberè à se ortam
Italiam, & eandem patriam
simul & spurcam atq; nouitiam nullo certo
autore aut ratione, sed per solam insaniam fa-
bulentur. Quam ob rem nunc Et ceteris Lati-
nis viam faciam, quacumq; memoria prodita
gentibus Italia sunt & nunc Romano impe-
rio subditis, Dijs Volentibus scribere instituo.

ITalia splendida origo fuit cum tempore,
Itum origine gentis. Cæpit enim aureo secu-
lo sub principibus dijs Iano, Camefe, Saturno,
gente Phœnice & Saga: qua post inundatio-

a 4 nem

nem terrarum per orbem prima colonias misit. Et de mundi quidem origine auctores non paria sentiunt. Nam Chaldaei sibi sempiternitatem persuadent. Phœnicibus verò ac Sagiis magis placet origo. Inter utrosque convenit, ante Ninum circiter annis L. & C. quibus duravit aureum seculum, terras fuisse inundatas, & in Scythia Saga renatum mortale genus. Siue enim ab aeterno mundum existimes, & ignis principio cuncta tenuerit, & sensim in sua loca elementa cœuntia homines produxerint: siue ut fertur ante aureum seculum terras subruitas inundatio possederit, & exiccata humo appaiverint homines, equidem principatus originis semper Scythiis tribuitur, à quibus auctis colonias per orbem missas ferunt. Et ex his venisse Ianum, cum Dyrin & Gallis progenitoribus Vmbrorum, & ateq; cum colonis per Tiberim & Etruriam, ad laenum Tiberis Hetruriam tenuisse locum, & ibi colonias in continente primum exposuit, & ipsum deum simul Vaticanum habitum dictumq; fuisse. Et regionem Vaticanam id est, Sagicanam dictam. quod ibi Ianus quasi in cunis natam primumq; Sagientem Italiam exceperit. Inde cum colonis à Vaticano progressum, in tractu Vmbriae fundasse regiam, & facinorosos Olympum fossamq; sacrasse, & angustalem Tyrrhenam non longe à regia discessisse: & ibi ad salutandum regem X 11. colonia nonis Iuniaribus

ribus conuenirent. Inde duodenis colonijs fas-
 ces ad continendos rudes scribunt, singulo pra-
 toriano lectori quatuor & viginti armatis in-
 gennis distributis. Eas posuit colonias ad ripas
 quidem Tiberinas Ianiculum, & Atyr Ianu:
 ad ripas Arni totidem, Phesulas, & itidem
 Atyr Ianum. Ad litus Hetruscum quatuor,
 Pheregenen, Volcen, Volaterram, Cariarā, qua
 & Latine Luna. In mediterraneis quatuor.
 Oxygianum, Aretium, Rusellas, Volsinium.
 Paulo post dextrum Tiberis latius regulis suis
 permisit Camefi, à quo Camefena dua, & Sa-
 turno, à quo Saturia olim, quod nunc Capito-
 lium, & ab ea late Saturnia terra. Hac pri-
 ma fuit aurea illa aetate & quidem augustis-
 sima origo Italia.

Italia cōphura à dijs & ducibus sortita fuit
 nomina: à Iano quidem Ianicula, quē quidam
 Oenotrium dictū existimant, quia iuuenit vi-
 num et fier. Camefena à Camefe, et à Saturno
 Saturnia: Saleombrona quoq; à gētilibus. Du-
 raui Saturnia nomē totidē ferme annis quos
 ante aurea aetas; &sq; ad Apym deorum Ita-
 lia vltimum, Et Antiochus Syracusanus scri-
 bit. à quo Apennina, quā Taurinam idem
 interpretatur, Etsi Graci de more quidam à
 bobus Herculis: Vel quod opimos gignat Ita-
 lia, Et aut Hellanicus: aut à vitulo egresso, Et
 Herodotus, Vel quidā Graci boves vocant itā-


225. Et fabulantur Timaeus, dictā existimēt. In de à duobus fratribus, altero Hesperia, altera Italia postremū nomē retinuit. His nominibus principio nuncupata fuit Italia circa Tiberim, Et qui inter oēs Italia amnes in omniū deorū Et principū tutela esset, atq; imperij totius ex his cōmunis sedes: à quo in principio Et origine ipsa Italia Albula nomen à lanigenis habuit. Dividitur autē in Apenninos mōtes, Et cisapenninam, Et transapenninam Italiam.

Alpes omnes Italia colonias fuisse Tuscorum incola asserūt, Et ab ipsis vel ducibus, vel capitibus originum nomina gentibus Et locis indita: Et Rhetij à Rhetore rege Lydorum: Et Veronenses, à Verona colonia Tusca: Comenses à Coma: Rhegij à Rhegio: Volturreni, à quibus Vallis Volturrena: Et Osce, à quibus Osce-la. Histria quoq; à duce misso à Lana nomen retinet. At Gracorum quidam scribunt dictum ab Istro amne cognomine Danubio, cui Dana gentes accola nomē impressere, fabulanturq; ramum ex eo in Histriam effluere. inq; Adriaticum mergi. Fingunt alij Argonautam in Histriam primū ab Istro è mōtibus humeris Vectam, Et in Adriaticum demissam. Videlicet tanta est in inveniēdo Gracorum Vanitas simul Et leuitas, Et ab Istri ostijs ad eius fontes per immensarum gentium spatia transvolarint, Et amnes etiam obstantes transarint, Et
burne

humeris ea connecta conuenerint, Et etiam in Italia mentiendis sibi loca inuenerint. Nescio Argonau'ne Graci aquas, an Argonauis humeris montes nauigarit.

Venetia est omnis ora circum sinum maris post Histriam &que ostia Padi. Quibusdam placet à Tylauento illos exordiri. Nam Taurisanos Persa gentem ab Api duce conditam asserunt. Venetis cunctis prima origo Phaëthonte est, quæ Gracis occasionem mentiendis de Phaëthonte & Eridano præbuit. Posterius mixta his nobilis stirps Troiana, à quibus Patavium suo conditore inclytum.

Omnia sub Alpibus transpadana loca prisca conueniunt Tusci missis colonis tenuere, ab hisq; multa loca nomina retinent. Plura deleuerunt Galli, qui primi Arunte Clusino duce alpes transcenderunt, & sensim ab omni Gallia cisalpina Hetruriam pepulere, ab hisq; nomen sortita retinet Gallia cisalpina, quæ Mantua suo conditore Ocno Bianoro est Tuscorum rege illustris. Penetrare trans alpes Boij, Senones, Insubres, & alia Gallia transalpina gentes, Gallia cispadana olim Bianora à Victore Ocno postea Felsina dicta &que Rauennam, nunc Gallia Aurelia & Aemilia à Romanis ducibus nomen habet. Princeps metropolis Felsina primum à Rege Tusco conditore, inde à successore Bono Tuscamensi Bononia dicta. Spiretū
Padi

*Padis ostium à Pelasgis conditoribus Spira dictum, & à Diomede instauratū. Nouaria antè ab Herculis Aegyptij nomine Lybia: & à cognomine Aria Aegyptio vocabulo Leonina: sed à Liguribus instaurata, Nouaria dicta est, Olanum ante ab Thuscorum duce, qui cum Oropijs colonis ibi primus insedit, quorum origo incerta uti Comi, Bergomi, Lycinophori, & aliquot circa populorum: inde ab Insu-
 brium principe nomine, Medo adaucta, Mediolanum nomen seruat. Padus ante à duce Coloniarum Eridanus, sed à profunditate Botigon ab Hetruscis, & Botigum à Liguribus, & à circa arbore Picea, Gallicè Padus nuncupatur. Post Padis ostia Rauenna, Sabina stirps. Interijt Saga oppidum Hetruscorum. uti & Atria, à quo mare Atriaticum, quod nunc Adriaticum. Gallia flaminia à Rauenna ad Ariminum à comitibus Herculis conditum, à quo cognominatur. Ab eo ad Anconam Senegallia à Senonibus dicta pulsus Hetruscis, nunc Gallia Togata. Ancona prius Picena vocabulo Hetrusco simul & Aboriginum dicta, Galliam Togatam primi coluere Iburni & Siculi.  pepulere Umbri. Hos Hetrusci trecentis & amplius eorū validissimis oppidis in fti more belli expugnatis, eos tandē vincere Galli. Piceni lingua Hetrusca genus sacrum dicitur, orti à Sabina. A Picenis Garganum montem alijs*

alijs & alijs temporibus diuersa gentes tene-
 re. Marſi. à duce Lydorum. in quibus Aſculi.
 Precutij. in quibus Adria ſive Atria. Veſtini.
 in quibus Amiterni. Marucini & Peligni. in
 quibus Cusſellum. Orton & Sulmo. Ferentia-
 ni primum à Liburnis & Dalmatis. inde his
 pulſis à Thuſcis orti. quorum lingua Larinum
 metropolim vocauerunt. id eſt nobilem principem
 Laronem enim Hetruſci & Larunem & A-
 runem vocant nobile principem. Inde in Tran-
 ſpadana Larium lacum. & in Thuſcia Laro-
 nes amnes. & Arunes colonia. & Viri Aru-
 nes. quos Thuſci ſecunda declinatione. Roma-
 ni & Graci ſicut Atlas tertia declinant &
 proferunt Aruntes. A Gargano ad Brundu-
 ſium. coluere Celij. Daunij. inde Apuli. Boij. in
 quibus Arpe. Canuſium. Bararium. Sub his
 Apenninus ex tranſuerſo diuidit in duo fines
 Italia quos inter Tarentinus ſinus iacet. cir-
 cùmque ipſum vndique magna Gracia. Ad o-
 rientem verò magna Gracia pars eſt Oenotria
 Arcadum. & Calabri. prius Auſones: ad quos
 Gracia verboſitas fert Veniſſe primam Graco-
 rum claſſem annis fermè quadringentis ante
 ruinas Troia: cum Oenotrium ducem Arca-
 dum poſt Troiam conſtam adnauigaſſe in Ca-
 labriam tradat Antiochus Syracuſanus. &
 circa oram maritimam poſuiſſe colonias. Et
 Et parcius mentiantur Graci. ab eo quondam
 dictam

dictam Italiam Oenotriam scribunt: cum ab initio Italia à vetustissimo rege Sabinorum & Hetruscorum, penes quem erat imperium, id nomē sortita fuerit. A Leucopetra ad Sarnum amnem Sicinum Neapoli tenere dixeris populi, Vmbri, Itali, Samnites, Siculi, Pencilini, Picentini. & Hetrusci: quorum Urbes sunt Clusium, Pastum, Elea nunc Velia. Inter amnem Vulturum & montes Apennini Sabelli sunt, proles Sabinorum, Et nomen est argumento, à Latinis Samnites, à Græcis Saunites appellati.

A Tiberi ad Sarnum incolere primi Aborigines, proles Vmbrorum. Princeps his Urbs vetustissima Camerena à Camerse condita, non procul ubi postea Alba. Thusci his admixti. Osci, qui nunc Capuani. Volosci, quos vocamus Volscos, quibus metropolis fuit Anxur, nunc Taracina, Stabia, Antini. Hortenses, Longhani, Osci, Macrani, Nuetini, Latine Grani-fæ. Picenti, Sorani, Fcrentinates, Freginates, Sanguini, Tusculani, Cortinenses, Vrsentini, Volcentani.

Roma principio suā pascua bobus erat. Circum Tiberim septem rupes sibi perpetua in Her-nico succedentes, canis parvus distincta erant, sub quibus alueum Tiberis quandoque egressus paludes in planiciem rupibus subsidentem inferebat. Saturnus primus incoluit Capitolium, Italus Auentinum, Roma palatium, Cæ-lus

hinc cum *Thuscis* *Caliam* & *Viminalem*, *Romulus* palatium, in quo quadratam *Romam* condidit, etiam *Exquithnum* tenuit ab *Excubijs* dictum, quas illi *Lucumo* dedit more *Thusco* duodecim *lictorum*, id est, trecentorum armatorum ad custodiam corporis simul & dignitatem: quia *Tacius* non erat sine suspitione infide societatis.

Hetruria, olim *Italia* princeps, ab eorum metropolis regia sic cognominata, à *Tiberi* in *Macram* diffunditur. Gens prima illorum maritima *Ligurum*, dicta à filio *Phaethontis* *Ligure*, quem montani *Ligures* *Pheriton* nuncupant. Post *Tiberina* ostia, *Pheregene* primum *Hetruria* oppidum in vicino littore, dictum à *Genio* *Iano*, qui primus ibi colonias posuit: & à *Pheritone*, id est, *Phaëthonte*, qui colonias adiecit, & in *Liguria* montana, ubi à *Genij* colonijs *Genua* oppidum: & ab adiectis *Pheretianis* ibidem colonis anni proximo & regioni *Phenetianæ* nomen reliquit. Primus omnium *Græcorum* *Phaëthon* ex *Attica* soluens, cum *Ligure* filio, multis statibus & seculis ante *Oenotrium* *Arcadem*, colonias adiecit *Italico* littori, ab ostijs *Tiberinis* usque ad *Nicaam* *Massiliensium*: & in medio portum *Liguenum* à filio nuncupans, utro citroque littus omne *Liguriam* dixit. Verum *Hetrusci*, & eos secuti *Romani* ab ostijs

ostijs Tiberinis Hetruscum Vocauerunt &que
 ad caput Hetruria. Inde Populonium, ab Urbe
 metropoli Popium, Romanè Puppium, Postremo
 à Ligurno portu ad Macram, ad cuius fontes
 est Apua oppidum, Apuanos Ligures Vocant:
 Montanos. Verò omnes Ligures qui à Macra
 in Nicaam effunduntur. In montanis Liguri-
 bus sunt portus Herculis Aegyptij. Nam Libar-
 num in his est à nomine simul & cognomine
 illius. Graci Ubicunque nomen Herculis au-
 diunt, putant esse suum, à nomine sumentes ar-
 gumentum, cum tamen ille neque nomine Li-
 byus: à quo denicti Libyi: sed Alceus dictus
 sit: neque dictio Hercules sit Graca, sed Aegy-
 ptia: nam ille Heraclio, id est, Iunonis gloria, co-
 gnomen fuit.

Gens prima Hetruria maritima est. Oppida
 in his Pheregene, Alsium, Agylla, qua & Ca-
 re, à Pelasgis condita: Pyrgus, Gravisce, ab aë-
 re dictum: Cose, Volce, Telamon, ab Argonauta-
 rum principe, cum in Hetruriam ad Lucumo-
 nes profectus Hercules Alceus lacum Ciminiū
 effecit, & puella Faula subrepta ex Fano ad
 Euandram perrexit. Vmbro fluminis limes &
 tractus Vmbrosum, caput Hetruria, limes He-
 truscorum, Populonium nauium & classis He-
 truscorum olim princeps: Volaterra & Vada e-
 ius. Pisa condita à Pysis Alpheis Pelasgis. Lu-
 ca illustris Lucio Lucumone rege Thruscorum.

Lucus

Lucus & montes Feroniani. Luna, Cariara ab Hetruscis dicta, à Græcis οελίνυς. Apua in transitu Apennini ad fontes Macra. Unde Apuani Ligures ab Arno ad Macram.

A Tiberi ad Ciminia iuga secunda gens Thuscia est, cognomine à Thuscis. Larteniana id est, metropolis Eniana. Lartem enim summum regum vocant. Enianum verò urbs in ea ab Enetanis Pelasgis condita, quam Veij Hetrusci pulsas Pelasgis ampliata à principatu provincia simul & conditoribus priscis Lartenianum, Romani verò à genere populi Veiens vocauerunt. Oppida in his sunt Sabum in Sabatia à Sabo conditum: Lartenianum, cognomine Veiens, Nepeta, Soracte, Phaliscorum mons Apollini sacer: Phaliscanum, Fescennium, Vmbrium, à priscis Vmbri dictum Flavianum, Arcennum, Mæsum à quo Sylva Mæsia, Rusellum, Ara Mutia, Sutrium, à Pelasgis conditum, ab insigni grano dictum, Romana societate inclytum. Capina, à qua Capinates, Lacus Ciminius. & Troitum Phaliscorum, finitimum Hetruscis.

Gens tertia Thuscia Transciminia à Ciminijs diffunditur ad Pistorium. In his Volturrena sub radicibus Ciminijs iacens, cognomine Hetruria: à qua tres gentes Hetruria appellantur Hetrusci, ut à communi metropoli, & ager Hetruscus antea Vmbrius dictus, ubi

Vmbri orti. In eo agro Ferentia, Troscium, Maconia Maconum, Tyrrhena, Volturna, sub Volturrena, Aruntis Veteres, cognomine Camillarij: Longius Blere Oleana, Tussa Nana, Lartes oppidum, Salembroza, Cort Noffi, Cort Enebra, mons Coriti in iugis Ciminij: è regione mons Phiscon, quæ & arx Iti: Volpine, Pelij, Oropite Sentinas, Clusium Vetus à pugna sed à duce Comerfola: montes Tumnates, Sora, Soana, non procul Saturnia lapides à Ioue complati in auxilium Herculis contra Ligures Hetruscos gigantes, à filio dicti Lamones: amnis Pelta: mons Pelius. Mons Tumnias Roselle: Vmbro in monte Sena colonia, Phocenses, Pistorum, Vmbro amnis, Stellates, Fluentini, qui & Arnienses. Clusium novum, Unde Clusentinus transitus Annibalis, Aretium: Crotona à Crotone socio Herculis condita.

Apenninus mons Italiam in duo secat, rades sub Pennino transitu Annibalis in Alibus à Nicaa ad ipsum fermè Penninum in latitudinem extenduntur, & usque ad Macram Ligures montani incolunt: à Macra item ad fontes Tiberis ad inferum mare Tusci: ad superum Galli Aureliani & Aemiliani. A fontibus rursus Tiberis ad Narem Vmbri inhabitant. Principio Typhernum, & in fine Ameria & Tuder sunt. Galli omnem Vmbriam pulsis

sis Hetruscis occupauerunt, exceptis Typherno, Elifio, Hyfello, Fulgineo, & Vetusta Veiorum prole, quam Veilumbram, id est, Veiam prolem antiquam Vmbram dicunt, in quibus principes sunt Spoletum, Tuder, Menania, & Ameria ferme noningentis annis & amplius restituta ante Persicum bellum, à Veijs Hetruscis antea condita, duce Ameroë, Atlantis Itali ex Pleiona Exore filia. A Nare porro amne &que ad Equiculus tenent Sabini à Sabo conditi, Sabinio Sangni gentili edito: Inde ad fontes Arnis amnis Sabelli, Sabinorum proles incolunt.

Sangni gentilem Sabi pronunciant Sabini, Sanctum Romani, Sagam Barbari, à quo & Sagi primi Thusci, id est pontifices & sacri expiatores. Ex quo patet leuitas cum loquacitate Graecanica, qua à Lacedaemonijs ortos scribunt Sabinos, & Graeca origine à σέβουσι dictos fingunt. Sed Roma tum rudis erat, cum relictis literis & disciplinis Hetruscis, mirabunda Graecas fabulas rerum & disciplinarum erroribus ligaretur, quas ipsi Hetrusci semper horuerunt: neque ob id Latinas quidem voluerunt suscipere, &que ad Cécinnam Volturrenum magistrum quadrigarum & augurum principem, patrem Menippi, & auum Menodori, quos ante illum pater eius Volturrenus, auusque Titus, & proauus Turrenus semper Romanis principibus charissimi renuerunt, cum ad eas
b 2 recipi

recipiendas Urgerentur. Nam ipse Turrenus patre Elbio Volturreno, & regum Hetruscorum Ultimo ad lacum Vadymonis caso, equidem ad reddendam Urbem Hetruriam anno secundo Olympiadis centesima vigesima quarta allici potuit, sed ad recipiendas Latinas literas nunquam persuaderi potuit.

Palatinum collem Roma Itali filia, sed prius Palatini Aborigines tenuerunt: qui ex agro Rheatino ad pascua ouibus quarenda illò profecti sunt. Argumento est Vellia, Palatini altera pars, à Vellenda lana, ante his monstratam Hetruscam tonsuram appellata.

Capitolium dictum à capite inuento fluente sanguine, dum Iovini templi fundamenta laceret princeps Taquinus. Nam antea Tarpeius à Tarpeia ibi scutis Sabinorum obruta, sed prius Saturnus vocabatur. Sub eo Ianus quadrifrons: Quirinus à Victoria Lucumonis à Quirino colle mouentis. Quirinalis à Iunone Sabinorum dea, quam illi curitim, id est, hastam Iunonem vocant. Etenim hastam Curim & Curinam proferunt: quia his simul & Hetruscis non est litera q, sicut Romanis. Inde Quirites.

FINIS.

ARCH

ARCHILOCHI

LIBER.

De Temporibus.

MNESAS *Phœnix Damascenus* libro nonagesimo septimo historia-
rum, assertit ante Ninum ferme du-
centis quinquaginta annis fuisse
inundationem terrarum, & quendam cui te-
stimonium perhibet Moseas antiquissimus
historicus, liberatum circa fluvium Araxim
ad montes Caspios, tūque recenti cælo & ru-
di humano genere vixisse auream vitam, in
qua nullo ferēte legem natura ipsa vivebatur,
quousque Ninus & Semiramis arma populis
inferentes, primi vitam vitare ceperunt hu-
manam. Tradunt igitur Chaldaei primo & tri-
gesimo atq; centesimo ab Ogyga anno regnasse
apud se Saturnum avum Nini annis sex &
quinquaginta, primūque Babylonia funda-
menta iecisse. Hunc secutum fuisse filium Belū
Iovem, & rexisse Chaldaeos & Assyrios annis
duobus & sexaginta: Ninū verò duobus & quin-
quaginta: Semiramidem duobus & quadra-
ginta. Ea Babyloniā magnitudine indicibili
extruxit. Supputantur igitur à Nino ad secun-
dum annum Speri, quo ortus est Deucalion,
anni L I. supra CCCC. Septingenti verò à
6 3 prima

prima inundatione nouimeſtri, à qua ad Troiam colligit Mnafcas annos non minus dēto & viginti ſupra octingentos.

Regnatū verò fuit Troia ſub regibus ſex: ſub Dardano quidem vno & triginta annis: ſub Erichthonio quinque & ſeptuaginta: ſub Troë ſexaginta: ſub Ilo quinq; et quinquaginta: ſub Laomedonte ſex & x x x. ſub Priamo x l.

Secuti ſunt anni d. à captiuitate Troia & ſq; ad viceſimam tertiam Olympiadē, in quibus floruerunt Homeri octo. Horum primus in annalibus Teucei regis Aſſyriorum traditur, qui vigefimus ſeptimus à Nino exiſtit. Hic Homerus, et ibi traditur fuit Smyrnaeus, & præfectus eiſdem regis paulo ante deſcenſum Heraclidarum in Peloponneſſum, anno x x. Demophoontis regis Athenienſium, quando Pyrrhus in templo Apollinis fuit ab Oreſte interceptus. Hunc ſecutus eſt Homerus Chius, qui et Chienſum memoria tradit, floruit arte medicina anno x l x. Melanthis regis Athenienſum. Alius fuit Homerus patria Cumæus, qui et ipſi Cumæi perhibent, enituit magia magis quàm literatura, anno x x l l l l. Codri regis Athenienſum. Quartum cinem ſuum prædictæ Salaminenſes Cyprj efferunt, arte inſtoria inclytū, anno Octauo Agaſti Athenienſis. Biennio poſt emerſit Homer. Coloptonius, quem illorum annales migratione Ionica prædic

dicunt effulſiſſe arte pictoria ſimul & ſculptili. Sextus fuit Athenienſis, qui, ut ipſi ſcribunt. illuſtris reuocatione abſolutarum Legum, & nouarum latrone ſternit ſub Archippo. Septimum Argini habent, Muſica atque geometrica diſci- plina præceptis admirabilem, anno decimoſepti- mo Diogeneti Athenienſis.

Vltimum hunc Homerum ætas noſtra cernit, qui Olympiade x x i i i. & à Troia excidia anno d. patria Maon, Olympico certamiſue Vi- ctor, iudicio totius Græciæ eximius poëtarum eſt habitus, & ei ſoli ius tributum emendandi characteres, & nomina, & linguam Græcam: qua ut ferunt, Cadmus Samothrax fratre barba- ra & plena ruditatis attulit ſub excidium Tro- ianum: cū reuerſus eſſet à fuga quam inierat ob certamen quod illo priſca Exor intulerat, pro- pter nuptias ſuperinducta Harmonia. Sunt er- go nunc characteres ab Homero forma elegan- tiore. Nam primi barbariem quandā vetuſtā, & non Phœnicā ferebāt: quia nihil Phœnicum habet, ut cernimus, ſed Galatarum et Maonum figuras retinet. Idem Homerus reſormauit cha- racteres, & grammaticæ præcepta primus de- dit, cum antea quiſq; ſermone ſcriberet ſimul & loqueretur Vernaculo. Quæ præſectio etiam I- talia, quæ & magna Græciæ ſuſcepit. Hactenus de temporibus.

F I N I S.

b 4

B E R

BEROSI BABYLONII ANTI-
 QVITATVM LIBER I.



ANTE aquarum cladem famosam, qua vniuersus perijt orbis, multa praterierunt secula, qua à nostris Chaldaeis fideliter fuerunt seruata.

Scribunt illis temporibus circa Libanum fuisse Oenon urbem maximam gygantum, qui vniuerso orbi dominabantur, ab occasu solis ad ortum. Hic castitate corporis ac robore confisi, inuentis armis omnes opprimebant, libidiniq; inservientes inuenerunt papiliones, & instrumenta musica, & omnes delicias. Manducabant homines & procurabant aborsus in eduliumque preparabant, & commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis & brutis, & nihil erat sceleris quod non admitterent contra temptores religionis & deorum.

Tum multi pradicabant & vaticinabantur, & lapidibus excidebant de ea qua ventura erat orbis perditione. Sedenim illi assueti conridebant omnia, caelestium illos ira atque ultione perurgente pro impietate atque sceleribus.

Vnus inter gygantes erat qui deorum veneratione & prudentior cunctis reliquis ex probis

bus erat in Syria, huic nomen erat Noa, cum tribus filijs, Semo, Iapeto, Cham, & uxoribus Tideâ magna, Pandora, Noëla & Noëgla, is timens quam ex astris futuram prospicebat cladem, anno septuagesimo octauo ante inundationem nauim instar arca coopertam fabricare cepit. Anno LXXVII. ab inchoata nauis ex improviso exundauit oceanus, & omnia maria mediterranea, fluminâque ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt supra omnes montes, accedentibus quoq; impetuosissime & supra naturam e cælo copiosissimis huiusmodi tribus multis diebus: corruentibus ita omne humanum genus aquis suffocatum, excepto Noa cum familia sua, qua nauis erepta est. Nā eleuata ab aquis in Gordyaci montis vertice quieuit, cuius adhuc dicitur aliqua pars esse, & homines ex illa bitumen tollere, quo maxime utuntur ad expiationem.

Ab hoc igitur anno salutis humana, ab aquis primordio sumpto, nostri maiores innumera scripserunt. Nos verò radiosum illorum sermonem abbreviaturi, referemus origines, & tempora, & reges eorum duntaxat regnorum, qua nunc magna habentur: in Asia quidem nostrum omnium celsissimum Babylonium, in Aphrica Aegyptum & Libycum: qua vnum primo fuerunt, & sub vno narrabimus. Postremo in Europa quatuor nostri

b s enume

enumerant, Celtiberum, Celta, Kytim, quod ille gentes Italicum appellant : & Thyysconum, quod à Rheno fluvio prr Sarmatas in pontum finit. Addunt quidam etiam quintum dictum Ionicum.

BEROSI BABYLONII ANTIQUITATVM

LIBER II.



NECESSE est igitur nos ex praemissis confiteri, quod & Chaldaei ac Scythae scribunt, siccato ab aquis orbe, non fuisse nisi dictos octo homines in Armenia Saga, & ab his omne hominum genus in terris seminatum, atque ob id Scythas recte dicere & appellare Noam omnium deorum maiorū & minorum patrem, & humanae gentis autorem, & Chaos, & semen mundi. Thyteam vero Aetiam, id est, terram, in qua semen Chaos posuit, & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt. Prater vero tres primores filios, Noa post diluvium gigantes pluresque filios genuit. Quare ad abbreviandum plurimum conferet, si omnium posteritates figurabimus, ab ipso Noa sumpto exordio: deinde sigillatim à ceteris. Primum itaque dixerunt Ogygis an Sagam, id est illustrem sacrorum pontificem Noam Dysir.

BER

BEROSI BABYLONII ANTIQUITATVM

LIBER III.



MAS igitur principum atq; Heron
origines atque posteritates abbre-
uiamus ex nostris Chaldaeis atque
Scythicis libris, quoad satis sit. Nā
et multos alios memoria mandant, quos quia
vel nihil ad nostram intentam accurtationem,
aut parum afferunt, ob id dimittimus, resum-
pturi illos ubi opus fuerit.

Quo pacto exinanitus orbis fuerit colonis
et hominibus oppletus, dicendum est. Exic-
cata humo, et torrefacta terra, Noa cum fa-
milia de monte Gordyeo, et par erat, descen-
dit in subiacentem planiciem, plenam cadaue-
rum quam usque ad hanc aetatem appellant
Myri Adam, id est eiusceratorum hominum:
et inscripsit in lapide in monumētum rem ge-
stam, et vocant incolae locum, Egressorium Noa.
Compressi vero coniugibus perpetuo geminos
edebant marem et feminam qui adulti, et
coninges effecti, et ipsi binos partu liberos sem-
per edebant. Neque enim unquam deus vel na-
tura defuit rerum necessitati, qua ad unuer-
si orbis spectat opulentiam. Peracto brevi et in-
immensum adauēto humano genere, omnique
Armenia completa, opus erat eos inde rece-
dere

dere, atque nouas sibi sedes cōquirere. Tunc se-
 nissimus omnium pater Noa iam ante edo-
 ctos Theologiam, & sacros ritus, cepit etiam
 eos erudire humanam sapientiam. Et quidem
 multa naturalium rerum secreta mandauit la-
 teris, qua solis sacerdotibus Scythæ Armeni
 commendant. Neque enim fas est illa illi inspi-
 cere, aut legere vel docere, quàm solis sacerdo-
 tibus, & inter sacerdotes duntaxat, sicut &
 quos Rituales libros reliquit, ex quibus illis
 primum Saga nomen fuit inditum, id est sacer-
 dos, & sacrificulus & pontifex.

Docuit item illos astrorum cursus, & distin-
 xit annum ad cursum solis, & xii. menses
 ad motum luna: qua scientia prædicebat illis
 ab initio quid in anno, & cardinibus eius fu-
 turū contingeret. Ob qua illū existimauerūt di-
 uina natura esse participem, ac propterea illum
 Olybama & Arsa, id est Cælum & Solem co-
 gnominauerunt, & illi plures ciuitates dedi-
 cauerunt. Nam & ad hac tempora Scythæ Ar-
 meni Urbes habent Olybama & Arsa Ra-
 tha, & eiusmodi. Cumq; iussisset ad regendum
 Cytim, quam nunc Italiam nominant, de siede-
 rium sui reliquit Armenis, ac propterea post
 mortem illum arbitrati sunt animam cælestiū
 corporum, & illi diuinos honores impenderunt.
 Et ob id solum hac duo regna, Armenum qui-
 dem, quia ibi cepit, Italicū Verò, quia ibi fini-
 uit.

uit, & docuit, & regnavit, naturaliumq; atq;
 diuinorum, quæ eos erudit, libros plenissime
 illis conscriptos reliquit, illum Venerantur, si-
 mulq; cognominat Cælum, Solem, Chaos, Semē
 mundi, Patremq; deorū maiorum & minorū,
 Animam mundi mouentem cælos, & mixta,
 Vegetabiliaq; & animalia, & hominem: Deū
 pacis, iustitiæ, sanctimoniam, expellentem noxia,
 & custodientem bona, Et ob hoc illum Vtræque
 gentes signant in scriptis cursu solis, & motu
 luna, & sceptro dominij, quo malos et noxios ex-
 pellebat à cætu hominum. & castimoniam cor-
 poris & sanctimoniam animi, duabus clauibus
 religionis & felicitatis. Neque minus Tideam
 quæ mater omnium erat, Aretsam, id est, ter-
 ram vocabant, & Estam, id est ignem post mor-
 tem cognominauerunt: quia ipsa regina sacro-
 rum fuerat, & puellas docuerat sempiternum
 ignem sacrorum extinctum seruare. Caterum
 Noë antequam discederet ab Armenia, do-
 cuit illos simplicem agriculturam, magis curas
 religionem & mores, quam opulentiam & de-
 licias, quæ ad illicita & libidines promoueat, &
 cælestium iram nuper induxerant. Primus ta-
 men omnium inuenit Vites, atque plātauit, &
 Vinum conficere docuit, cuius Vim inexpertus
 & Vaporem, ebrius effectus minus pudicè in
 terrā cecidit. Erat illi, ut diximus, filius ex tri-
 bus primis adolescentior Cham, qui semper ma-
 gica

gica ac Benefica studens. Zoroastis nomen con-
 secutus erat. Is partim Noā odio habebat, quia
 alios Ultimo genitos ardentius amabat, se ve-
 rò despici Videbat, potissimè Verò idem insensu
 erat patri ob Vitia. Itaque nactus opportunita-
 tem, cum Noa pater madidus iaceret, illius Vi-
 rilia comprehendens, tacitèque submurmurans
 carmine magico patri illussit, simul & illum ste-
 rilem perinde atq; castratum effecit: neq; dein-
 cept Noa femellam aliquam fecundare potuit.
 Ob beneficium inuenta Vitis & Vini dignatus
 est cognomento Iaxo, quod Aramaeis sonat Viti-
 fer & Vinifer. At vero Chem cum publice cor-
 rumperet mortale genus, asserens, & re ipsa e-
 nequens, congregiendum esse, Et ante inunda-
 tionem, cum matribus, sororibus filiabus, ma-
 sculis, brutis, & quonvis alio genere, ob hoc eie-
 ctus à Iaxo pūssimo, & castimonia atq; pudici-
 tia refertissimo, sortitus est cognomentū Cheme-
 senua, id est, Chē infamis & impudicus, incu-
 bus propagator. Est enim Esen apud Scythas
 Aramaeos infamis & impudicus. Enua verò
 tum impudicus, tum propagator. Eum inter ho-
 mines huius dogmatis secuti fuerūt Aegyptij,
 qui sibi illū suum Saturnū inter deos adolescen-
 tiorem fecerunt, & civitatem illi posuerunt, di-
 ctā Chem Myn, à qua ad hanc aetate omnes ci-
 nes illius appellamus Chemenitas. Verū poste-
 ri hoc vitiosum dogma neglexerāt, relicto quod
 fuit

ANTIQUITATVM LIB. IIII. 31
fuit primi moris, Et inter fratres & sorores con-
iugum inirosset.

BEROSI BABYLONII ANTIQUITATVM

LIBER IIII.



MULTIPLICATVM est in im-
mensum genus humanum, & ad
comparandas nouas sedes necessi-
tas compellēbat. Tum Iannus pater
adhortatus est homines principes ad queren-
das nouas sedes, & cōmunem catū inter homi-
nes augendū & edificandas vrbes. Designauit
itaq; illas tres partes orbis, Asiam, Africā, &
Europam, Et ante diluuium viderat. Singulis
autem his principibus singulas partes, ad quas
irent partiti, ipse per totum orbem colonias se
traducturum pollicitus est.

Itaq; Nymbrotum creauit Babylonia Satur-
num primum, Et ibi primum adificaret cum co-
lonijs suis. Quare Nymbrotus assumpto filio Io-
ue Belo, cum colonijs furatus est Rituales Iouis
Sagi, & cum populo venit in campum Sen-
naar, Vbi designauit urbem, & fundauit ma-
ximā turrim anno salutis ab aquis CXXXI
regnauitq; ibi annis LVI. & deduxit turrim
ad altitudinem & magnitudinem montium,
in signum atque monumentum, quod primus

129

in orbe terrarum est populus Babylonicus, & regnum regnorum dici debet. Ergo ab eo exordiemur, & per ipsum mensurabimus omnia regna, & eorum reges ac tempora, abbreviando illa in hunc modum.

Anno C X X X I. à salute ab aquis, prima omnium gentium & civitatum fundata est à Saturno Babylonico nostro Urbs egens nostra Babylonica, multiplicataque est nimis numero posteritatis, magisque studuit paci & religioni Saturnus deorum quam opulentis. Et turrim quidem adificavit, sed non complevit: nec designatam Urbem fundavit, quia post quinquaginta sex annos subito non comparuit, translatus à dijs.

Ab exordio huius Ianus pater misit in Aegyptum cum colonis Cham Esennum: in Libyam vero & Cirenem Tritonem: & in totam reliquam Africam Iapetum priscum Atalaa: In Asiam orientalem misit Gangem cum aliquot ex filijs Comeri Galli: In Arabiam Felicem Sabum, cognomine Thuriferum. Arabum praefecit Arabia Deserta, & Petreum Petreia. Canam posuit à Damasco &que in extrema Palaestina.

In Europa regem Sarmatia fecit Thuyfchoem à Tanai ad Rhenum, iunctique sunt illi omnes filij Istri & Maese cum fratribus suis, ab Adula monte &que in Mesembriam ponticam.

ticam. Sub his tenuerunt Tyras, Arcadius. Aemathius. Italiam tenuit Comerus Gallos. Samotus possedit Celtas: Et Iubal occupauit Celtiberos.

Hi sunt qui egressi sunt post Nymbrotū, singuli cum familijs Et colonijs suis, relinquentes nomina sua locis in signum expeditionis à Ianopatre commissæ, Et ad monumentum posteris Et scirent quis eorum fuerit conditor.

Hijuxta mandatū Iani colonijs turri constructa pro metropoli, ipsi in Veyjs Et cauernis casas habebant. Solus noster Saturnus idcirco excessit mandatum, quia Urbem Urbium, Et regnum regnorū voluit esse Babyloniā. Rursus his temporibus Ianus cum omnes in colonias missi abiissent, eos qui remanserant bipartitus est: Nam secum retinuit filios plurimos, quos post salutem ab aquis genuit: et item maximam gentium multitudinem, quam secum in colonias conducturus erat. Scythæ, cum matre sua Araxa. Et aliquot colonis qui Armeniā incolerent, rex primus relictus est constituto summo pontifice Sabatio Saga ab Armenia Etq; in Ractranos, quæ longitudo à nobis ad hanc ætatem vocatur Scythia Saga. Postremus omnium ipse Ianus ab Armenia per orbem colonias seminaturus egressus est.

Hæc nostri maiores multis libris tradiderunt. Nunc de temporibus eorum ac posteritatibus

tatibus dicemus, iuxta id quod in nostra Chaldaica & primordiali Scythica historia fideles memoria conseruatum est.

BEROSI BABYLONII

ANTIQUITATVM

LIB. V.



*T*suprà diximus, anno à salute humani generis ab aquis centesimo trigésimo primo capst regnum Babylonicum, sub nostro Saturno, patre Iouis Bel, qui imperauit annis LV I. Anno huius X. Comerus Gallus posuit colonias suas in regno, quod post Italia dicta est. Et regionem suam à suo nomine cognominauit, docuitq; illos legem & iustitiam.

Anno eius XII. Iubal condidit Celtiberos, & paulo post Samotes, qui & Disceltas colonias fundauit, neq; quisquam illa atate isto sapientior fuit, ac propterea Samotes dictus est. Anno Nymbroti XV. Oceanus ad Ninum Aegypti confedit, & multos ex sorore Thetide edidit liberos. Inde superuenit ille corruptor humani generis Chemesenuus, ubi Thelchines magicam docens maxima opinione celebrabatur.

Anno XVII. eiusdem Babylonici regis, Gogus Sabcam, Arabiam Felicem cum Sabo suo patre puer tenuit, & Triton Libyam, &
Iape

Iapetus priscus Atalae Africam, Cur Aethiopiam, & Getulus Getuliam.

Anno eiusdem x x v. Thyyscon Sarmatas maximos populos fundauit, & Masacum filijs Istri priscos Masuos posuit, & q₃ penticam Mesembriam ab Adula monte.

Anno x x x v i i i. eiusdem regis Saga Armeni multiplicati possederunt omnem Casspian regionem, ab Armenia vsq₃ in Baclrianos, & Ianus pater laneos colobos transduxit in Hyrcaniam, & Ianilos in Mesopotamia versus mare sub Babylonia.

Anno x l. eiusdem regis aliquot coloni ex filijs Comeri in Baclrianis sibi sedes quasmerunt, & Ganges in India sedem sui nominis.

Anno x l v. eiusdem regis aliqui ex filijs Maese ac Getuli iuncti simul primi Massagetas in India propagauerunt. Eadem tempestate Saturnus rex Babylonia misit principes coloniarum Assyrium, Madum, Moscum, & Magogum, qui regna condiderunt Assyrium, Madum. & Magogum in Asia: Moscos vero & in Asia simul & Europa. Anamaon quoque adolescentulus Maones à se dictos condidit, & regnavit c l. annis.

BELVS SECVNDVS

REX BABYL.

Secundus rex Babylonia Iupiter Belus filius dicti Saturni, regnavit annis l x i i. & fuit

c 2 *damen*

damenta designata Babylonia oppidi magis
quàm Urbis erexit. Pace fruebatur & circa
finem imperij sui.

Anno tertio huius Comerus more Scythi-
co, Unde Venerat, docuit suos Italos Urbem cur-
ribus componere. Et idcirco Veij appellati sunt
Vocabulo Sago, qui Veias plaustrum appellant,
& Urbem ex his compositam. si parua sit, Ve-
tulam: si magna, Vlturdum: si metropolis, Cyo-
cholum. Ad hac quoque tempora Scythæ plu-
stris & curru pro domibus utantur. Et sub so-
lario quidem stabulum, supra Verò habent of-
ficinas domus. Concludit & loca à se cognomi-
nata.

Tyras postquam Tyrum fundavit, cum prin-
cipibus coloniarum littora maris tenuit, fan-
davitq; Thracæ: Arcadius Arcadiam: Aema-
thius Aemathiam tenuit.

Anno L X V. huius Beli Ianus pater posuit
colonias in Arabia Felice, & à suo nomine &-
nam vocavit Noam, & à cognomine Ianineas.
Qui Verò ex posteritate Comerij erant Galli,
ab avito cognomine illos appellavit Gallos.

Anno L V I. huius Beli Cemesenus Venit
in Italiam ad Comeros, & non comparente
Comero cepit colonias regere, atq; corrumpere
suis impietatibus & sceleribus.

Ianus Verò pater circa Arabia Felicis flu-
vium plures colonias relinquens, & à se Iani-
ne

neas cognominans, in Aphricam ad Tritonem
venit.

Hac atate Iupiter Belus capis libidine do-
minandi torqueri, & paulo ante Araxa cum
filio Scythæ creato, omnium gentium Sagarum
rege Sabasio Saga atq; in Armenia relicto,
ipse occupavit omnem partem occidentalem ab
Armenia usq; in Sarmatiam Europæ.

At Vero Iupiter Belus cum non posset alios
subingere nisi subacto & trucidato Sabasio
Sagarum rege, clam molitus est illum perime-
re. Cumq; Saturnus prospiceret se non posse em-
dere, quod innumeras infidias sibi paraverat
Iupiter Belus, clandestina fuga se tutabat, in
Sagis Caspijs delitescendo. Cūq; natura conce-
deret, iussit filio Nemo ut Sabasium Sagam suc-
citus deleret, & omnes populos Babylonico re-
gno subiceret, quia omnium in orbe primum
fississet. Quo accepto Sabasium delitescens in
Bactrianis Sagis, quousq; cerneret tempus
idoneum vel ad regnum, vel ad fugam. Ita ar-
ma Iovis contra eum parata illum regno pepu-
lerunt circa tempora Semiramidis.

Eodem tempore Triton reliquit filium Ham-
monem regem Libya, qui accepit coniugem
Rheam sororem Cemeſenæ Saturni Aegyptio-
rum, sed tamen ex Amalthæa adolescentula
clam Rheæ Dionysium sustulit, & in Nysam
urbem Arabia educandum misit.

Tertius rex Babylonia à nostris scribitur Ninus, Iouis Belis filius, et regnavit annis quinquaginta duobus. Hic omnibus suis viribus sumptis, armis patris sui Iouis Belis omnibus bellum intulit, nulli parcens, & Sabatium Sagam, quod esset in omnium desiderio, omni studio ad interitum quaritabat. Quare etiam toto huius tempore exul apud suos delituit. Hic omnium primus ex nostris regibus Babylonicum regnum propagavit, & omnium primus templum Belo patri, et matri Iunoni, & Rheania statuas in medio oppidi Babylonia erexit.

Anno huius Nini quarto Thysscon Gygas Sarmatas legibus format apud Rhenum. Id ipsum agit Iubal apud Celtiberos, & Samotes apud Celtas. Econtra Camefennus Saturnus Aegyptiorum Comaros Italos nitebatur corrumpere, iuvantibus illum conuenis & aduenis, quos ille pro Italia colonis conduxerat: quos ipsi vocant Montanos Aborigines. At apud Libyam lis orta est inter Rheam & Hammonem, ob stuprum admissum cū Amalthea, quarebatq; Rheam ubi Dionysius esset, Et eum perderet, & diu lis ista rixaq; perseveravit.

Anno Nini decimo Iannus pater ex Africa in Celtiberos Hispanos venit, ubi duas colonias dimisit à se dictas Noëlas & Noëlas.

His enim etiam antea cognominibus cognominaverat uxores Iapeti & Camefennui. Nisi anno XIX. Ianus pater Veniens in Italiam cum comperisset Camefennum prater opinionem corruptentem iuventutem, tribus annis illum equo animo tulit. Deinde illi aliquot colonijs assignatis cum Italia excedere iubet. Ipse omnes colonias diuisit. Etenim omnes colonos Comaros corruptos, & conuenas & aduenas montana trans Ianiculum amnem colere iubet, illis que filiam suam Cranam Helernam, id est suffragio ab his electam & exaltatam reginam cum sceptro dat: namque duos filios suos nouissimos cum illorum posteritate Cranum & Cranam Ianus cum Comero miserat, coaluerantque in gentem atque posteritatem maximam, quam nostra atque Ianigeneam vocant: cognominant autem Raxeniam, id est. sacram propagatricem incubamque contra impietatem Camefennui. Itaque suam posteritatem separatam ab Aboriginibus esse voluit cis Ianiculum amnem in planicie atque maritimis. Cognominauit autem eam Raxeniam. Et & Cranum Raxenum.

Interea cum Italia discessisset Camefennus, ad illum Rheia venit, & illi nupta ambo contra Hammonem cum Titanibus pergunt, ibique bello commissopellunt regno Hammonem, & in Cretem cogunt. Cum in Libya Camefennus

6 4 regnat

regnat, parit ex Rhea sorore Osirim, quem cognominavit Iovem.

Vigesimo secunda anno Nini Ianus in Thuscis Ianiculum, quod aetate Chemeseni condidit, sedem sibi perpetuam flatuit usque Arnum, ubi colonias positas vocavit Aryn Ianas, id est à Iano exaltatas. Vetulonia iura dicebat, et docebat atque regebat.

Anno Nini XLIII. Sabatius cum adverteret nullo pacto sibi licere uti regnis, creato Armenie Sages regi filio BarZane, in Sarmaticum pontus litus concessit. Eadem tempestate Dionysius Hammonis filius armis sumptis Rheam et Chemesenem regno paternopellens, et secum Osirim retinens in filiumque adoptans, cum à patre suo Hammonem Iovem cognominavit. Ut à magistro Olympo Olympicum, eiusque totius Aegypti regnum tradidit. Eodem anno Virgo Pallas apud Tritonidem lacum infantula exposita, ab eodem Dionysio, Iove Libyco etiam cognominata, adoptata in filiam fuit, quae omnem militiam prima Libyco docuit.

Eodem tempore Ianus pater Ianigenas Razenuos docuit physicam, astronomiam, divinationes, ritus, et Rituales scripsit. et omnia literis mandavit: eisdem vero nominibus et Generatione diuina sunt profecti, quibus in Armenia Sages erant usi.

Anno XLIX. Nini Celtiberos rexit Giberinus.

rius, filius Iubal, à quo Hiberi nominati fuerunt. Nini l. i. anno apud Celtas regnavit Samotus filius Magnus, à quo illis oppida plurima posita sunt. Vltimo anno Barzanes in Armenia à Nino superatur.

SEMIRAMIS IIII.

Quarto loco regnavit apud Babyloniam Exor Nini Ascalonitæ Semiramis annis XLII. Hac antecessit militia, triumphis, diuitijs, Victorijs & imperio omnes mortales. Ipsa hanc urbem maximam ex oppido fecit, ut magis dici posset illam adificasse quam ampliassè. Nemo unquam huic femina comparandus est virorum, tanta in eius vita dicuntur & scribuntur cum ad vituperationem, tum maxime ad collaudationem magnifica.

Huius primo anno oritur ex Rhea & Cemesenno in Aegypto Iuno Aegyptia, cognominata Isis maxima, frugifera, legifera, soror & Exor Osiridis.

Eodem anno Sabatinus Saga à ponto soluit in Italiam ad patrem Ianum, quem exceptum hospitio post aliquot annos illum Coritum creavit, & Aboriginibus præsedit.

Anno v l. Semiramidis apud Rheni Sarmatas regnavit filius Thyssconis Mannus, & apud Ianigenas Raxennos Vesta Exor Iani, sempiternum ignem custodiendum virginibus puellis edoctu sacra tradidit.

Anno XII. Semiramidis Sabatius Saga cum Iano regnat.

Anno XVII. Semiramidis Sabatius Saga docet agriculturā, & aliquantulum religionis.

Anno Semiramidis XXXII. Sabatius Sabum praefecit Sabinis & Aboriginibus, ipse iuxta Ianiculum cum alijs Curetibus regionem coluit, & ibi obiit.

Anno XXXIII. eiusdem apud Celtiberos regnat Iubalda, filiusq; Hiberi, apud montem sui nominis.

ZAMEIS QVINTVS

REX BABYL.

Quintus apud Babylonios regnavit Zameis Ninias filius Semiramidis, annis XXXVIII. In regno Babylonico hic parum refulsunduit, ornavit tamen templa decorum, & Chaldaeos ampliavit.

Eius Anno primo cum Sabatius obiit, Ianeus pater senissimus filium suum Cranum Coritum creavit, octavoq; post anno obiit, expletis Vita sua annis CCCL. & Ianigena illum Fortunum appellantes, templum illi & divinos honores, ut par erat, impenderunt.

Hoc anno, Osiris inuētiis à se & à sorore adolescentula frumento & frugibus, capit docere illa in Palaestina. Inde reuersus in Aegyptū, & inuēto aratro, & his quae ad agriculturam pertinent, sensim vniuersum peragravit orbem.

bem, docens quacunque inuenerat: & ita vniuerso imperauit orbi, exceptis gētibus qua iam in Babyloniorum Venerant potestatem.

His temporibus regnauit apud Celtas Sargon, qui vt contineret ferociam hominum tum recentium, publica literarum studia instituit, & apud Thyssones Inghacnon.

ARIUS VI. BABYL.

R E X.

Sextus Babylonia rex Arius regnauit annis xxx. qui adiecit imperio omnes Bactrianos. Nam paulo ante mortem Ninus Camefennus pulsus ab omni ferme orbe in Bactrianos sese contulerat, & illos magico praestigio sibi deuinxerat, adeo vt apud illos maximis viribus imperaret. Coacto autem Camefennus maximo populorum exercitu inuasit Assyrios: contra quem Ninus dimicans superius fuit, & Camefennum obtruncauit, inde paulo post ipse obiit. Quare Arius collecto exercitu, post patris Ninia obitum Bactrianos & omnes Cassios subiecit. Cranus Ianigena sororem suam mortuam cum Ianigenis Razennis suis & omnibus simul Aboriginibus solenni pompa celebrat, & illi lucum iuxta Ianiculum annem, solennesque ritus, & diem sacrat: ipse senex filium suum Aurumum Coritum creat.

Arii xx. anno apud Celtiberos regnat Brygus, qui multa oppida sua nomini fundauit.

suit, adiectis nominibus capitum originum, quibus illa consignabat.

Apud Libyam regnavit priscus Hyarbas, vir ferox, armis & militia Palladia.

Anno XXXIII. Arij apud Ianigenas Razennus regnat Aurunus filius Crani.

Anno XXXIX. apud Celtas Dryius perisse plenus.

ARALIVS VII. REX

BABYL.

Septimius Assyrijs imperat Aralius annis XL. Vir iste claruit ingenio, & studio militari, & primus adauxit pompas & gemmas, & muliebres delicias. Apud Libycam Hyarbas cum Palladijs feminis belligerans, non fuit illis par. Quare donis occurrens se ac regnum illarum permisit potestati.

Apud Thuyseques regnabat Herminon, vir ferox armis, & apud Celtas Bardus, inuentione carminum & Musica apud illos inelytus.

Aralij anno X. Armeni Ianigena Griphoni cum colonis suis ad Aurunum Ianigenum venerunt, quos exceptos hospitio etiam sedem cum Ianigenis Razennis assignavit. Classe quoque Aufon eodem tempore ab Auruno fuit exceptus, anno VII. sequente, & sibi sedes in orientali Italia ab eodem consignata fuit.

Idem Aurunus in Vetulonia lucum sacrauit Crano, & inter Isos id est deos annumeravit.

uit. Iano quoque Vortumno templum & statuam non procul Urbe dedicauit, & deo Razenuo in Vetulonsa sacellum condidit.

Notissimis annis Aurunus Malot Tagetem filium creauit Coritum, & x x x v. Araliy anno obiit, & successit Malot Tages.

Anno penultimo Araliy classe venit ad Malot Tagetem Ianigenum Razenum Phaëthon cum suis, qui inueniens omnia ab Ausonijs occupata ab oriente, & montana, à Gallis & Aboriginibus possessa, planiciem verò à Razenuis Ianigenis habitatam, donatus fuit parte occidentali posseditq; cum sua posteritate montes, & totum Eridanum &que in regionem proximum, istis relinquens nomina locis.

Eo tempore Italia in tribus locis arsit multis diebus, circa Istros, Cymeos, & Vesuvios, Vocataque sunt à Ianigenis illa loca Palensana, id est regio conflagrata.

BALEVS VIII. REX

BABYL.

Octauus rex Babylonia fuit Baleus, cognomento Xerxes, & regnauit annis x x x. Hunc appellauerant Xerxem, id est Victorem & triumphatorem, quòd imperauerit duplo pluribus gentibus, quàm Aralius. Erat enim militia ferox, & fortunatus, & propagauit regnum &que prope Indos.

Huius Balesi Xerxis temporibus regnat apud Celti

Celtiberos Tagus, cognomento Orma: ex quo patria dicta fuit Taga: Apud Thuyssones regnat Marfus, & apud Ligures Phacchon, relicto filio Ligure regressus in Aethiopiam. Malot Tager ritus sacros à Iano traditos & Arussicinnam auxit,

ARMATRITES IX.

REX BAB.

Nonus Babylonia rex Armatrites imperavit annis XXXV I I I. Qui magis ad voluptates & delicias conversus, ea qua ad libidinem spectant cum invenit, tum maxime inventa amplavit. Huius aetate apud Celtas Lenghoregnavit, & apud Celtiberos Betus, à quo regnum habuit nomen: & apud Ianigenas Sicanus filius Malot Tabetis, à quo cognominata fuit Vetulonia regio.

Anno XX. Armatritis Ligur misit Cydanum & Eridanum cum colonis, cum fratribus & nepotibus, & occupaverunt usque Istrum in Italia.

Sicanus edificavit Aretiam & nominavit eam lingua Ianigena Horchiam.

Osiris in Thracia peremit gygantem Iycurgum.

Anno Armatritis XXX I I. apud Celtiberos tyrannidem assumpsit Deabus, qui hoc cognomentum promeruit à fodinis auri & divitijs, quas primus ibi cepit & invenit, opprimēs colon

colonias. Et post duos annos apud Celtas regnavit Bardan iunior.

BELOCHVS X. REX

ASSYR.

Decimus Assyrium rex imperat Belochus annis XXXV. qui idcirco à Belo sumpsit cognomen, quia cum imperium voluit exercere, maximum pontificium Belis Ionis, & maxime circa auspicia & divinationes occupatus fuit. Eius annis apud Thyrscones regnavit Gambrivius, vir ferocis animi. Apud Aemathios cepit regnare Macedon, filius Osiridis à quo nunc nomen retinet provincia: Atque circa hoc regnum Osiris depressit gygantes, qui iam tyrannidem ceperant.

Vigesimonono huius Belochi anno apud Celtiberos Lomnini florebat, & adificauerant à suo nomine urbem magnam Lomnimam. Anno autem sequente Itali oppressi à tyrannis gygantibus in tribus Palensanis, adnecerunt Osirim, qui cum colonis ad Istri vicinos fontes peruenerat. Osiris tota Italia potitus, x. annis illam tenuit, & à se nominavit in triumphū, & sub ditione positis gygantibus, regem Iani-genis reliquit Lestrigonem gygantem, sibi ex filio Neptuno nepotem.

Anno XXXIII. Belochi, rex Lucus regnare cepit apud Celtas. Novissimis annis Belochi tenuit mare Atticum, & ebulliens inunda-

uit

BALEVS XI. REX
ASSYR.

Vndecimus rex Babylonij fuit Balcus annis LII. Hic post Semiramidem supra catenatos enituit fama, splenduit imperio & que intra Indiam. Libri multi de eius gestis sunt à nostris conscripti. Huius anno X. Porcus Cadus Seme insulam compleuit Vetulonicis colonis, partem relinquens posteritati Ligurem.

Huius Balei temporibus Indi sua obtulerunt Babylonij. Osiris in Aegyptum reuersus columnam qua permanet inscripsit in monumentum expeditionis suae per totum orbem. Apud Thyssones regnat Senus, & apud Celtas Celte: à quo nomen habuerunt montes illorum maximi à conflagratione sylvarum, qui diuidunt Celtas & Celtiberos.

Typhon Aegyptius omnibus orbis gigantibus conscijs fratrem suum Osiridem Iouem iustum Aegyptium peremit, & ipse in Aegypto assumit tyrannidem, Busiris in Phoenicia, in Phrygia verò alius Typhon, in Libya Anteus, in Celtiberia Lomnini, in Italia Lestrigones, & in toto mari Milinus Cretenfis.

Hercules Osiridis filius, cui nomen est Libyus, cum Iside in Aegypto sustulit Typhonem, in Phoenicia Busiridem, alium verò Typhonem in Phrygia, Milinum in Creta, Anteam in Libya,

Libya, Lomninos in Celtiberia, à qua substituto illis rege Hissalo ad tyrannos Italia conuersus est Cùmque in Italiam per Celtas transiret. permissu parentum Galtea genuit illis Galatam regem.

In Italia decem annis debellauit & expulit Lestrigones. postque x x. annos apud illos pacifice regnauit, multaque illis oppida à suo nomine, & à suo cognamine Musarna sicut Gedrosie & Carmania fundauit: & loca aquis impedita habitationi hominum commoda fecit. Anno itaque Bales x l i. orsus in Italia pugnam contra gigantes, biennio ante illius obitum illos delesit. Ita ab Hispalis Hercules uenit in Italiam, Lestrigones & omnes tyrannos sustulit. Arnos Libarnos, Musarnos à se cognominatos condidit, trigintaque annis rexit, & accersitum Thuscum illis regem reliquit.

ALTADAS XII. REX

ASSYR.

Altadas x l i. rex Babylonis fuit, regnans annis x x x l i. Hic interposuit tempus suū delicijs, existimās vanum esse laboribus & sua vitæ miseria continua laborare, non quidem aliorum humanæ gentis utilitate ac beneficio sed exitio ac seruitute. Idcirco suum institutum fuit, ut vitæ dissipatis & gloria frueretur quoad uineret.

Huius Altadis tempore Hercules filium
d Thuse

Thuscum ex Araxa susceptum ex Tanaide regione euocat. Galates, à quo Samothei Galli dī Etī, eius atate regnauit apud Celtas, & Vandalus apud Thysscones.

Hercules Thuscum filium Ianigenis creat Coritam ex more : Quo etiam illis rege relicto, ipse senex admodum in Celtiberos reuertitur, anno Altiadis x x x i x. et regnauit ibi atq; obiit. cui Celtiberi templum ad illius Gades, & sepulchrum, & diuinos honores tribuerunt, p̄ta rimasq; illius triumpho & nomini Vrbes dedicauerunt, Et Libisofonam, Libofocam, Libumcam, Liberam.

Galatempuerum ad Herculem missum in Siciliam cum colonis misit Thuscus. Idem Thuscus primus Palladiam militiam & initia-menta Razennos Ianigenas docuit.

MAMITVS XIII. REX

ASSYR.

Tertiusdecimus Babylonia rex Mamitus, regnauit annis xxx. Is rursus milites exercuit, & assuefecit laboribus, & interpositis delicijs, vnguentis, & epobalsamis militiam & pugnas exequabatur, cepitque formidini esse Syris & Aegyptijs. Huius anno xxi i. Alteus Thusci filius regnat apud Ianigenas, & biennio ante Hesperus frater Kytim apud Celtiberos, rursus apud Celtas Harbon, & apud Thysscones Therstanes.

MANC

MANCALEVS XIII.

REX ASSYR.

Quartusdecimus rex Babylonys imperauit Mancaleus, annis xxx. cuius anno primo apud Celtiberos Kytim, pulso fratre Hespero in Italiam, regnauit.

Duodecimo uero anno Mancalei apud Ianigenas regnat Kytim, relicto in Celtiberis rege filio Sycoro. Eiusdem Mancalei temporibus apud Thyrscones regnat Hercules Alemannus, apud Celtas Lugdus, à quo provincia & homines cognomenta sumpserunt.

Kytim ob mentis excellentiam Ianigena sua lingua uocauerunt: Italum Atzala. Hic filiam suam Electram Ianigenarum princeps Camboblasconi dedit coniugem, qui pro nuptijs colonias misit trans Alpes Italiae proximas, & Romanam filiam suam Italus primo subreginam Aboriginibus sacrat: filium quoque suum Morgetem Italus Kytim creauit Coritum.

SPHERVS XV. REX

ASSYR.

Quintusdecimus Assyrys imperat Spherus annis xx. Vir de cuius gestis & prudentia omne uulgus personat. Huius temporibus Morges filius Itals creauit Coritum suum cognatum Camboblasconem. Apud Celtiberos regnat Sicannus filius Sicoris post obitum Spheri sub Mamelo.

Sextusdecimus rex Mamelus Babylonij imperat annis XXX. cuius anno octavo Romanessius filius Roma fit primus sub regibus montanorum Aboriginum, & Sicanus regnat apud Celtiberos.

Apud Celtas Beligius. à quo illi Beligici appellantur. regnat: & apud Ianigenas tandem à patre Iasius creatus est Coritus.

Iasius creatus est Coritus, & anno sequente simul ceperunt duo reges, videlicet primus rex Atheniensium Cecrops priscus, & Iasius Ianigena apud Celtas.

In Iasynuptijs affuit Io Aegyptia. Sola enim feminarum Vno plus Dodone centenario Vixit, & Vniuersum ferme orbem lustrauit post Viri interitum.

Decimus septimus rex Babyloniorum fuit Sparetus, & regnavit annis XL. Sub eo ceperunt miranda in orbe: Nam terramotus Babylonios terruit. Athenienses regnum exorsæ sunt anno quarto eius. Et eodem anno Iasius Ianigera imperavit Italicis: & Siceleus aliquanto post Celtiberis.

Sub Spareti imperio finierunt Aegyptij reges magni, Orus, Achencres, Acoris, & cæ-
pit

pit Chencres, qui cum Hebrais de Magia pugnavit. Et ab eis submersus fuit.

Anno quoque huius XXXIII et XXXV. in Thessalia diluvium fuit non solum ex hyemribus sed quod obturatis montibus casu flumina pluviam implerunt, Et subsecuto terramotu, a-pertis ostijs montium aqua in alueos regressa, Et in alia eorum parte post terramotum secutum est incendium sub quodam illorum rege Phaëthonte: Et noster rex Phænices Et Syros subegit. Antea vero anno XX. huius Imperij ab Italia in Aegyptum regreditur. Et hic prima intestina oritur pro regno inter Dardanum. Et Iasium. Aborigines sequebantur partes Dardani: Iansigena vero Et Siculi cum Siceleo partes Iasij.

ASCATADES XVIII.

REX ASSYR.

Decimusoctavus rex praefuit Babylonij Ascata-des annis XLI. qui funditus omnem Syriam ditionis suae fecit, Cuius anno XIII. vitis in-ventum apud Gracos narratur. Sub eodem anno Dardanus Iasium dolo peremit, Et fugiens in Samothraciam diu ibi latuit.

Iasio Coribanthus filius successit.

Ascata-dis anno octavo Chencres, victus Hebraorum magia, periit in maribus apud Aegyptios successit Acherres, apud Celtiberos Lusius, apud Celtas Allobrox, Et apud

Aborigines Italos Romanessus filius Roma. Primus Saturnus consecratus mox obiit, cui successit filius eius Picus priscus.

Anno Ultimo regis Ascatadis, Ato donavit Dardanum parte agri Maonici, & ita regnum Troianum cepit. Dardanus si qua iura in Italia regno habebat, resignavit Tyrrheno filius Atus.

Tyrrhenos adnavigans in Italiam Ianigenam à Cybele & Coribanto tanquam ex Herculeis hilari hospitio exceptus, & civitate Razenna donatus est.

Ipse Tyrrhenus multa Maonica ornamenta proferens dedit. Coribantus Verò & Cybeles ordinata Dynastia duodecim ducum duodecim populorum, qui essent ex Ianigenis, ipsi in Phrygiam se contulerunt.

Porro etiam sub Ascatade apud Aegyptios fuere reges Cherres & Armenus, qui cognominatus est Danaus, & Ramesses, cognomento Aegyptus. Itaque qui reges & tempora traduntur à nostris, de primoribus regnis orbis à Iani diluvio primo usque ad Dardania regnum conditum, his nostris brevissimis annotationibus sint hactenus dicta.

FINIS.

MANI

55

MANETHO- NIS SACERDO- TIS AEGY- PTII LI- BER

De Regibus Aegyptiorum.

BEROSVS, inter Chaldaeos histo-
ricos probatior, deflorauit breuif-
simis annotationibus omnia Chal-
daica, de potioribus regnis orbis. &
delusio maximo, quod eorum maiores scribunt
fuisse ante Ninum, &que ad praeipuum regnū
Troia conditum. Nos quoque ubi ipse reliquit
prosequemur ea, qua nos ex nostris historicis
Seleorum relationibus consecuti sumus, per no-
stros Aegyptios reges progrediendo, ut ipse egit
sub Assyrijs.

Aegyptus eieeto fratre Danao regnavit an-
nis LXVIII. ab eo Aegyptus nomen acce-
pit. Pharaones pro dignitate dicebantur. An-
no huius quinto regnavit Amyntes annis qua-
dragintaquinque.

Anno sexto regnavit Dardanus annis
LXIII.

Decimo anno Danaus Argis annis L.

Anno XVII. huius regnavit Tyrrenus
d 4 apud

apud Ianigenas annis l. l.

Anno x x x i l l. in Creta regnavit Asteri⁹,
Anno eiusdem x x x v. apud Celtas Romus,
à quo Romani: & biennio post apud Aborigi-
nes Faunus priscus: apud Athenienses Pan-
dion. Anno l. apud Assyrios Belochus iunior:
& anno l x v i l. apud Aborigines impera-
bat Amnus Faunigena.

Secundus post hunc Pharaos Menophis impe-
rat apud Aegyptios annis x l. cuius secundo
anno apud Troianos regnat Erichthonius an-
nis x l v l. Tarquō priscus apud Razennos
Ianigenas, qui nunc dicuntur Tyrrheni & Thu-
sci ob Tyrrhenum, & peritiam diuinorum qua
à Iano didicerunt, regnat annis x x l. Apud
Celtas Paris: apud Celtiberos Testa Libyus
Tryton.

Anno septimo eiusdem apud Assyrios re-
gnat Belopares, & Minos regnat in Creta.
Anno vero decimonono Atheniensibus regnat
Erichtheus. Anno trigesimoquinto eius apud
Thuscos annis quindecim regnat Abas, à quo
positi sunt Abij Thusci: & anno eiusdem trige-
simotertio Argis regnat Abas Argus.

Anno x x x. Menophis Cadmus & Pha-
nix à mari rubro profecti, apud Sydonem regna-
uerunt. Post septēnium Cadmus docuit rudem
Graciam, & regnavit Thebis. Apud Assy-
rios regnavit Lampridos: & ultimo eius anno
Zetus

Zetus & Amphion expulerunt Cadmum.

Post Memophim capta est dynastia Lartum, Et in Italia, qua dynastia durauit annis solaribus CXCIIII. Horum Lartum in Aegypto primus fuit Zetus, qui regnauit annis LV. cuius anno octauo in Dardania regnauit Tros: in Thufcia uero anno huius XXXIII. regnauit annis XXXVIIII. Veibennus ex familia Vetulonia.

Primo quoque anno Leti regnauit apud Celtas Lemnius, & XXXII. anno apud Aborigines Mars Italus, cognomento Ianus iunior. Anno eiusdem XXXV. apud Celtiberos Romus regnauit.

Secundus Lartes Aegyptius fuit Ranses annis LXVI.

Anno eius XXXIII. Assyrijs imperat Pannias, Eiusdem anno XXXVIII. Atheniensibus regnat Egeus. Cadmus Harmoniam sororem Iasij Samothracis duxit uxorem. Olbius regnat apud Celtas. Anno LX. Cadmus ex zelotypia prima uxoris ob Harmoniam discrimen certamenque patitur.

Eiusdem anno XXXIII. Caeulus cognomento Saturnus iunior regnat apud Aborigines: & tertio anno post apud Tyrrhenos regnat Ofeus, cuius insigne fuit serpens. Hic ex Vetulonia multas colonias seminauit, apud qua erat oriundus magna familia.

d s

Anno

Anno eius XIII. Ilus regnavit apud Troianos LII. annis: & Palatrus apud Celtiberos: apud Celtas Galatas iunior, qui vixit Sarmatus, & condidit Galatas Asia.

Anno eiusdem XLVII. Picus iunior fit rex Aboriginibus: & apud Thuscis regnat Tarcon secundus annis XLIII. Post Picum.

Annopentult. Ranissis apud Celtas regnavit Nannes.

Tertius Lartes Aegyptius Amenophis annis XL. regnat & imperat, cuius anno primo Laomedon imperavit Troia.

Anno vero tertio Sosarmus regnat Assyrijs. & Hercules Amphitrionis nascitur anno VI. Vixitque annis LII. & perijt igne primus ex maximis piratis.

Anno Amenophis XLIII. apud Aborigines regnat Faunus iunior, & XLIX. anno Thuscis imperat Tiberinus ex familia Vei a Vetulonia annis XXXV.

Quartus Aegyptijs imperavit Ammenepbos annis XXVII. cuius anno LIII. apud Celtas regnat Remus, à quo Remi. Anno nono eius apud Assyrios regnavit Tautanes, et anno decimo sexto apud Aborigines Latinus, apud Thuscis autem regnat Mezentius.

Secutus est Ultimus Lartes septem annis, post quē secuta est Dynastia sine Larte annis centum septuaginta septem, per quam numerabimus

bonas qui Babylonij, Aegyptij, & Tyrrheni flo-
ruerunt. Anno Dynastia Diapolitanorum pri-
mo Troia eversa fuit, & anno tertio Aeneas
venit ad Italiam ad Latinum & Euandrum
& Tyrrhenos, apud quos regnavit Tarcon in-
rior annis x l.

Anno septimo Ascanius Latinis imperat:
Anno vero sequente Teuthes Assyrijs, et post
Francus Celtis ex Hectoris filijs, & anno eo-
dem Lydi mare obtinuerunt.

Anno quadragesimo secundo Amazones tē-
plum Diana Ephesi succenderunt, & anno qua-
dragesimo septimo Ocnus imperavit Italia an-
nis xlvi. Vixit annis xcvi. & xlix. Syl-
vius Latinis, & Tyneus Assyrijs.

Anno xlv. Dynastia regnavit Latinis
Aeneas Sylvius, & Assyrijs Dercilus annos
xlvi. At lxxii. Thuscis imperat Pypi-
nus annis quinquagintaduobus.

Anno viii. regnat Latinis Sylvius Lati-
nus: & cxi. Eupales Assyrijs. Anno
clviii. Alba Latinis regnat, & cxx-
viii Nycius Fesulanus Thuscis annis xl-
vii. Anno clxvi. Pisius Tuscus pirata im-
perat Italia annis quinquagintaduobus. Ita
paulatim Assyrij, Aegyptij, Tyrrheni delicijs e-
neruati decrescunt, & contra Latini crescunt. Ita
que subiiciemus breuiloquium, quo pacto reges
Assyriorum Aegyptiorum ceperunt enervari.
ècont

*ècontra Gracorum & Latinorū. Aboriginum.
Apud enim Thuscōs Piseo successit Thuscus ma-
ior annis XXXIX. hinc Annus annis
XXV. quem secutus est Felsinus annis trigin-
ta tribus. Hinc Bon annis Viginthcto, Atrius
Viginthseptem, Marsias decem & octo, Etalius
triginta, Celius Viginthi & Vno. Ex Latinis au-
tem secuti sunt per quos propagati Romani
imperium tenent.*

METASTHE- NIS PERSAE

LIBER

*De iudicio Temporum, & Anna-
lium Persicorum.*



*VI de tēporibus scribere parāt, ne-
cesse est illos non solo auditu & opi-
nione chronographiā scribere, ne cū
per opiniones scribunt, & Graci, cū
ipsis pariter & se & alios decipiant, & per o-
mnem viā aberrēt. Verū absq; illo errore fiet, si
solos annales duarum monarchiarum affecuti
ceteros omnes & fabulatores reiecerimus. In
his enim tam liquide atque verē digesta sunt
tēpora, reges, et nomina, quā apud eos splēdidis-
sime regnatū est. Neq; tamen omnes recipiendū
sunt qui de his rebus scribunt, sed solū Sacer-
dotes*

dores illius regni, penas quos est publica & probata fides annalium suorū, qualis est Berosus. Nam is Chaldeus omne tempus Assyriorū digessit ex antiquorum annalibus, quem solum, vel maxime vnum Persæ nunc sequimur.

Is ergo tradit ante Ninū ducentis & quadraginta novē annis regnatum fuisse sub tribus dijs regibus, quarū qui primus vniuerso imperavit orbi fuit Ogyges: qui prefuit inundationi terrarū. Inde Saturnus fundata Babylona regnavit annis sex & quinquaginta. Belus Iupiter eius filius duobus & sexaginta. Ninus eius filius, qui primus monarchiā cepit, annis quinquaginta duobus. Semiramis quadraginta duobus. Zameis annis triginta octo. Arisus triginta. Aralius quadraginta. Xerxes Balæus triginta. Armatrites triginta octo. Belochus princeps quinque et triginta. Balæus iunior duo & quinquaginta. Altades duo et triginta. Mamitus triginta. Mācaleus triginta. Sphærus viginti. Mamelus triginta. Sparetus quadraginta. Ascatades quadraginta. Amyntes quinque quadraginta. Belochus iunior quinque et viginti. Bellepares triginta. Lāprides triginta duo. Sosares viginti. Lāpares triginta. Pātas quinque et quadraginta. Sosarmus decē & novē. Mytremus viginti septem. Tantanius triginta duo. Teutens quadraginta. Tyneus triginta. Dercylus quadraginta. Eupales triginta octo. Laosthenes
quad

quadragintaquinque. Pyrrithidas triginta. Ophrateus viginti. Ophraganeus quinquaginta. Ascraxapes quadraginta & duo. Tonosconcole ros x v. hunc Graci Sardanapalum vocāt. Hucusq; Beresius. Nos autem illum imitati, nullo alio autore & si sumus, quàm publica Susiana bibliotheca, in qua annales Persarū ferūt fecisse Belochum tertium Sardanapali clandestinum hostem, qui eius militia praefectus erat.

Is cum Arbace tum Medorum principe par titus est monarchiam, ea lege ut Belochus Babyloniam, Arbaces Mediam atq; Persas regeret. Itaq; interfecto & seipso flammis iniecto Sardanapalo, Monarchia bipartita fuit. Apud Medos hi regnaverunt annis quatuor & trecentis. Arbaces vigintiocto, Mādanes quinquaginta, Sosarmon x x x. Arti Carmin quinquaginta. Arbianes duo & x x. Arcens x l. Artines vigintiduo. Astybarus cum Apanda filio viginti. Apanda solus triginta. Hoc Syrus et Darius deinceps regnaverunt annis triginta sex: Nam ante reunitam monarchiam regnaverant in Perside annis sex. Inde alijs sex Persico regno resignato Cambysi filio, sexennale bellum Tamyri regina Scytharum intulerunt. Sexto anno à Babylonijs euocati atque Balth Assare interfecto reunitam monarchiam in Persas transfulerunt.

Totidem annis in bipartita monarchia regnatum

gnatus est apud Babylonios. Primus Phul Belochus annis XLVIIII. Phul Assar XXV. Salman Assar decem & septem. Sennacherib septem. Assar Adon decem. Merodach duo & quinquaginta. Ben Merodach viginti uno. Nabugodonosor primus trigintaquinque. Nabugodonosor Magnus quinque & quadraginta. Amilinus Euslimerodach triginta. Filius huius primus Reg Assar tribus, Secundus Lab Assar Dach sex, Tertius Bal Assar quinque. Bal Assare interfecto regnaverunt simul Cyrus & Darius annis duobus, inde solus Cyrus duobus & viginti. Filius Darij Priscus Artaxerxes Assuerus annis viginti: Vltione interea sumpta de facillime Tamarica, quæ per dolum patrum tradiderat Tamyra. Huius duos filij, Cyrus Artabaxes, & Darius Longimanus septem mensibus pro imperio dimicarunt, & septimo mense Longimano victoria cessit, regnavitq; annis septem & triginta. Eius filius Darius Nothos annis decem & novem. Magnus Artaxerxes Darius Menes annis quinquaginta quinque. Artaxerxes Ochus sex & viginti. Nostra ætate Arses annis quatuor, Darius Vltimus sex. Magnus Alexander qui transfudit imperium in Græcos annis duodecim. Seleucus Nicanor, qui nunc agit trigesimum annum, successit toti Asiæ ac Syria.

F I N I S.

X E N O

XENOPHON

DE AEQVIVO-

CIS.



AT VRNI dicuntur familiarum nobiliū regū, qui Vrbes cōsiderūt, senissimi. Primogeniti eorum Ioues & Iunones: Hercules Verò nepotes eorum fortissimi. Patres Saturnorum Caeli & Ores Rhea & Calorū Vestē. Quot ergo Saturni, tot Caeli, Vestē, Rhea, Iunones, Ioues, Hercules. Idē quoq, qui Suis populis est Hercules, alteris est Iupiter: Nā Ninus qui Chaldaeis extitit Hercules, fuit Assyrjjs Iupiter, quibus oppidulum paternum tetrapolim & caput imperij stetit. Vnde ipsum Ninum, id est Iouem cognominauerunt, qui proprio nomine Assyrjjs dicebatur, à quo Assyrj dicti, & à cognomine Vrbs Ninus dicta.

PHORONAEVS.

Phoroniae plures, sed in precio habiti duo. Antiquissimus claruit primo anno Nini in parte Hollinica, quae post Gracia dicebatur. Iunior secundus rex Argiuorum filius Inachi, inter quos & priscum fuere decem aetates & amplius.

TEMPORVM AEQVIVOCA.

Aetas apud diuersos diuersa metitur *stetia*:

timum lymbus dictus est; & cum interiori area Olympus, à quo astrolabium Olympus, & sacrum pomerium Olympus est.

Homers plures fuere: quorum qui eximius poëtarum extitit. & ultimus omnium, postq³ Thalem Milesium inuenitur.

Nini plures fuere. Primus omnium Assyrius, quem ab ampliato oppido patris vocauerunt Ninum, id est Iouem: lingua Assyrica. Huius filius Zameis etiam Ninus paterno cognomine appellatus fuit.

Ogyges plures fuere. Primus supradictus attauus Nini, quem Babylonij Gallum cognominant, quod in inundatione etiã superstes alios eripuerit & genuerit. Hinc Saga, apud quos nauigio saluatus est & ereptus: ratem vocant Gallerim, quod Indis saluet. Verum Græca lingua Gallus candidum & lacteum significat: Phryga. ex eodem testibus: Latina gallina maritum: & celtas qui sunt Galata veteres, à rege Galantha filio Herculis, à quibus Galata in Asia, & Gallogræci in Europa. Fuit autem priscus Ogyges in prima inundatione terrarum. Alter verò Atticus in tertia.

INUNDATIONES.

Inundationes plures fuere, prima nouimestris inundatio terrarum sub prisco Ogyge: Secunda Vltica menstrua sub Aegyptijs Hercule ac Promethæo. Bimestris autem sub Ogyge Attico

in

in Achaia trimestris. Theſſalica ſub Deucalio-
ne. Par Pharonica ſub Protheo Aegyptio in ra-
ptu Helena. Ab inundatione terrarū ad ortum
Deucalionis ſecundo anno Spheri ſeptingenti
ſupputantur anni : qui natus annos duos &
octoginta Theſſaliam, &bi primum in Hellina
regnavit Phoroneus, &idit inundatam.

P R O T H E I.

Prothei fuerunt plures. Primus Saga in Ca-
ſſijs. Alter Aegyptius, ſub quo diluvium Pha-
ronicum. Erat enim ſacerdos Prothei magni
Phœnicis, cui conſenſu totius orbis templa ſta-
tua, & ara dicata ſunt in Europa, Aſia, &
Aegypto.

C A D M I.

Cadmi fuerē plures, Primus frater Phœni-
cis paulo poſt condictionem Troia, qui ambo
apud Sydona regnaverunt. A Phœnice qui-
dem tota regio nomen accepit, qua eſt a Sy-
done ad Iamneum portum Aſcalonis Urbis
Semiramidis, vicinum monti tetrapolis atque
gymnaſij Veteris Phœnicum, cum omnis an-
te Aſſyria duceretur. Paulo poſt fuit alius Cad-
mus Argivus, qui poſt exilium à Phœni-
cia reverſus in Bœotiam Thebas condidit. Ter-
tium, qui in eadem Urbe tyrānidem aſſumpſe-
rat propulſaverunt Linus & Zetus: Quartus
cum Sparthis bellū geſſit. Quintus paulo ante

*ruinas Troia Harmonia Samothracia inclutus,
qui à prisca Exore ob Harmoniam certamen
passus, rediens à Phœnsia detulit in Graciam
primus sexdecim numero literas rudes non
Phœnicas, sed Galatarum & Maonum perfi-
miles characteribus. Residuas retulerunt pau-
lo post Palamedes & Simonides medicus. Fuit
& Silemus qui scribere docuit oratione solu-
ta, cum ante literas aduectas, atq; post Vernaculo solum carmine uterentur.*

E I N I S.

Q. FABII PICTORIS

De aureo seculo, & de origine
urbis Romæ, eiusque
descriptione,

LIBER PRIMVS.



ITALIAE imperium penes duos
populos principes extitit. Poste-
rius Romani, principio Thufci sub
Iano ceperunt in aureo seculo. Au-
rea atas primo ortu generis humani fuit sic
dicta, quod posterioribus seculis comparata e-
que atq; aurum inter metalla effluxit. Eam
cepisse sub Ogyge ante Ninum annis circiter
ducent

ducentis & quinquaginta Xenophon atq; maiores prodiderunt. Is Ianus sub initium aures secūdis laeuum laeuus Tiberis Hetruria tenuit. Canes Verò ac Saturnus circa finem eiusdem aetatis dextrum incoluerunt. Ea aetate nulla erat monarchia, quia mortaliū pectoribus nōdum haeserat Vlla regnandi cupiditas. Principes quia iusti erāt, & religionibus dediti, iure habiti dī & dīcti. Non enim arbitria illorum ab equo, vel populus à iure innato discedebant. Nullo tunc vindice aut metu, sed sua sponte retinebant fidem & rectorum. Pudor ipse regebat populos, & ius principes. Domus illis non exstructa vel ornata luxuriaq; insignes erant & splendida, sed vel crypta, aut viximum tuguria, & caua arborum ligna erant. Victum sponte nascentia praebebant, aut in dīe victus quaerebatur venatu. Vinum & far primus illos docuit Ianus ad sacrificia & religionem magis quam ad esum & potum. Primus enim aras, & pomeria, & sacra docuit, et ob id illi in omni sacrificio perpetua praefatio praemittitur, farq; illis ac vinum primo praeibatur. Vxor illi fuit Vesta, qua prima sacrorum regina sempiternum sacrificiorum ignem virginibus credidit. Bella tunc non ignota modo, sed ne cogitata in mentem venerant. Ad pudorem & sanctimoniam domorum primus Valuas, seras, & claus excogitauit & inuenit, & ab eo dicta

Ianua. Olympo regio Hetruvia. fanóq₃ sacrato, duodenis colonijs totidem pomeria arasq₃ sacrauit. Et ad continendum recentes tum colonias in officio aureo, Virgas facesq₃ singulis singulas dedit. Vnde ipse in manu Virgam Et clauē. subq₃ pedibus. bis senas aras habet. Circa finem aurei seculi primus omnium Ninus rex Assyriorū hos aureas mores noua regnandi cupiditate mutauit: Et primus limites transgressus, bella finitimis mouit, Et totius Asia populos perdomuit. Sub quo Camefes prefectus fuit Aboriginibus. Et paulo post fremētibus Undiq₃ contra se armis, toto prius pererrato orbe Saturnus ad Ianum se contulit. Eum comi hospitio Ianus receptum, Latio Et Aboriginibus praefecit. Eo more, quamuis tunc finientis aurei seculi, intra fines suos sese quisq₃ continuit, Ianus in Hetruvia, Et Saturnus in Latio, Tiberimq₃ fines imperij esse instituit. Intra enim suam cuique patriam tunc de more regnum finiebatur. Limes igitur erat inter eos Tiberis, ara Verò limitum erant Ianiculum Et Saturnia Capitolina. Hetrueriam à Ianiculo Ianus, Latium à Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim Capitoli Saturnus considerat, Vti Ianus Ianiculum. Hac igitur fuit prima Romae origo ad radices Capitoli, Vbi tunc pascua bobus erat.

Facies tunc agri huius instar arcus erat.

cuius

cuius chorda esset aluens Tiberis : cornua ad
 solis quidem ortum , rupes Auentina , & ad
 occasum capitolina , media palatina . Eadem pa-
 latina rupes Tiberim à fronte prospicit , à sini-
 stris Caelo , à dextris Exquilino iungitur .
 Auentinus item à fronte Tiberim & Cape-
 nam tenet , ad dexteram Caeliolo ac Vimi-
 nali haeret . Capitolsium ante se Tiberim &
 portam Carmentalem cernit : haeret illi Qui-
 rinalis . Has rupes antiqui septem colles , &
 septem montes appellauerunt . Area huius ar-
 cis est qui quicquid campi iacet inter Auen-
 tinum & Capitolium , & à palatio ad Ti-
 berim , Lybissus antea , inde Argens , post Si-
 cci Thuscus dictus . Paludes plures eò passim
 Tiberina inundatio efficiebat , qua hanc a-
 ream non satis idoneam habitationi redde-
 bant , antiquam facili Vertumno sacrificijs :
 in alucum suum Tiberis Verteretur . Prima
 igitur origo Romae fuit collis Capitolinus , an-
 tea Saturnia dictus . Sequens hunc Auenti-
 nus fuit , habitatus ab Atlante Italo , è Sicilia
 aduecto eò contra fratrem suum Hesperum , in
 cuius tutela erat Hetruria imperium adhuc
 Iano puero , & immaturo ad munera regia &
 regni Porro Italos dimicare à Iano et Hetru-
 scis prohibitus , in Auentino consedit , ad cuius
 radices iuxta Tiberim ope atq; cōsilio Iani Ca-
 penam oppidulū condidit , et regionem eius per-

missu Italiam dixit. Mox Hespero fratre rebus humanis exempto, Italus in tutelâ. Ianium, & Hetruriam suscipiens, omnem circa Tiberina regionem, extinētis <trocitroq; alijs cognominibus, à se Italiam nuncupauit. Hac est prisca Italia: cuius nomen sensim ab Alpium radicibus ad fretum Siculum, ac ipsi Sicilia communicatum est. Denominare enim, aut imponere gentibus & locis noua nomina tantum regum ducumq; ius est. Suscepto igitur Italus Italia imperio, tum filiam suam Româ nomine Siculis & Aboriginibus in Latio præsicit: qua relictâ Capena medium palatinum tenuit, & in Vertine, vbi haret Exquilion, Româ oppidulum condidit, quod Valentiam sonat. Post eius obitum ob paludes neglectum oppidū fuit &sq; ad aduentum Euandri, qui cum oppido simul restituit nomen. Subsicens septem collibus campus Argeus dictus est, ab Argo Euandri hospite, & comitibus Argiui Herculis, qui ad Euandrum venerunt, & in Saturnia subsederunt. Hinc extrema Argiletâ dicuntur. Superior Argiletus dicitur in principio Vici Thusci sub Cælsolo, inter Circum maximum & Aduentinum, vbi letum Argi simul & sepulchrum est. Imus Verò Argiletus est vbi Iannus quadrifrons, qui & Vertūnus, in fine Vici Thusci ad radices Capitolij in foro boario, vbi Saturnia vestigia. Tres igitur colles primum coluere ante Ro

te Ro

*te Romulum: medium quidem Roma filia I-
tali, extremos verò Saturnus & Italus.*

Q. FABII PICTO- RIS LIBER II.

DENIQUE Romulus potius re-
rum Albanarum, & eius maxi-
ma familiaritate regū Hetruria,
& rex primus ex regulis Italia
creatus in Latio, Romam oppidum in regionem
Ietropolim vertit, inq; Palatino colle fundavit
Ascito enim ex Hetruria Vate atq; sacerdote,
Olympum fecit, pomeriumq; sacrauit, & ara-
tro ab Olympo in Vico Thusco per palatium cir-
cunducens, ab imo collis ad Verticē quadratam
Vrbem signavit. In Vertice collis harente Ex-
quilino Romam oppidulū ampliavit, & è re-
gione loco proximo Caelo Velliam extruxit. Ca-
terū in declivo ad ima Versus Circum maxi-
mum Germaliā fundavit, Vbi iussu Amulij
fuerunt expositi. Hac enim antea labeatur
Tiberis. Ab ea autem Versus Exquilias forum
Romanū edificavit. Et ita Romulus ex regulo
primus rex à Thuscis declaratus est. Quā rem
per occasionem acceptam Mithridates rex Asia
pro ignominia Romanis opposuit, quod Verne
fuissent Thuscorum. Quarto autem mense ab
Vrbe condita, perpetratum est audax facinus
e s m ra

in raptu Latinarum & Sabinarum. Primum ex Latinis bellum mouerunt in Romulum Ceninas, Antennates & Crustumini. Romulus auxilio implorato à Thuscis, cum Caelio rege Hetruria primum ex his triumphum retulit. Et ob id quartus Urbis collis à Thuscis habitari captus est, & Caelius dictus. Subinde Sabini bellum ingens orsi, coegerunt Romulum denuo à Lucumonibus socios milites expetere. Galerito Lucumoni Ardea negotium datum est, magna Hetruscorum ex quo Urbe Salpinatum manu venit. Qui cum offendisset Capitolium captum à Sabinis, ipse proximum Capitolio Quirinalem pro Romulo munivit. Verum cum Romulus audax sub Capitolium Sabinos aggressus vulneratus fuisset, illumque ad portam Palatinam secuti Sabini Roma potituri videretur, illico Galeritus à Quirinali delapsus, viamque retro in Capitolium pedem ferendi adimens, ubi nunc Ianus quadrifrons, à tergo Sabinos aggressus, unde fabula ei aculata aqua sulphurea est, in fugam vertit. Animaduersare, Romulus reintegris viribus & ipse à fronte cedebat, adeo ut Metius in paludem sese cum equo armatus inijceret. Cades ingens fiebat, & ne unus quidem euassisset, nisi femina occurrissent fudere iclo. Romulus Urbis agrum diuisit in partes tres, aquis collibus, Sabinis & Tacio Capitolium & Quirinalis: Romulo sequentes, Exqui-

linas

lenns & Palatinus, in quo Roma: Galerito & Luceribus Thuscis Caelius & Cæliolus obuenerunt. Auentinum Romulus ineminē passus est habitare. Nam fratri Remo illum sacrum esse voluit &sq; Holernam. Cùmq; concessisset natura Caelius, & Galeritus rex Hetruria successisset, consensu tribunum Cæliolus, & ab eo tota arcus area septem collibus subiaccens Thuscis data, & sacrificio Iano Vertumno facto, egestisq; paludibus habitabilis reddita, & Vicus Thuscus dicta. Tribus igitur gentibus conflata principio Vrbs Roma habitata que fuit, nomina imposuit princeps Thuscus. Nam hi tunc Italia imminuebant imperio. Tacienses à Tacio, Ramnenses à Romulo vocauit. Hoc enim nomine illum ab euentu tunc cupauit lingua Hetrusca ex Hetruria orunda Larentia, & nupta prius viro Thusco Faustulo, & inde Hetrusco Carrutio. Suam verò tribum à se Lucerum dixit. Nam alia Trometina est, à loco Cælij.

Hac origo Vrbs Roma solum Veteris septi-collis, cum arcus area habitata, nunc verò ab his collibus in alios colles & conualles in immensum prolata. Caterum nomina eiusdē Veteris Roma hac sunt. Nomina collum: Capitulum, Quirinalis, Exquilinus, Palatinus, Cælius, Cæliolus, Ramurinus, qui & Auentinus. Porro in area hac nomina sunt: Libyssus, Circus

Circus maximus, Forum transitorium, Argiletus superior, Argiletus imus, Via sacra, Senaculum, Concordia Grecothasis, Aedes Saturni, Vertumnus, qui & Ianus quadrifrons, Forum boarium, Vicus longus, Vicus Arniensis, Vicus Stellatinus, Sabatinus, Lartenianus, qui & Veiens, Phaliscus, quorum cognomina à Thufcis sunt commigrantibus in civitatem Romanam. Item Hercules ara, &bi Olympus, & initium sacri ararii iunctim à Germalia ad sacram viam, unde & nominis origo. Forum piscarium, Porta Carmentalis, Aedes Pudicitiae, Rotunda Hercules, Forum Venalium, Lacus Curtius, Suburra, Suburbanum, Saturnia, &bi nunc aedes eius atque ararium: Hac &bi Roma vetus. In parte Roma sunt Hetruria loca, Antipolis, Ianiculum, Vatescanum, & Tiberis, limes imperij, Volturrens inter Veteres Ianum & Saturnum, qui à principe illius Urbe Volturrena per syncopam dictus est Volturnus, & ob id Thufcus non Latinus. Quod verò Volturnum sine syncopa & compositione primitivum est nomen, notat fluvium in Sannio, & oppidum Romanum in littore, à quo Volturnus deus Tiberinus in Latio, sicut & Volturnus et caput imperij in Hetruria. Quam ob rem deum Tiberinum suum dicit esse Roma atque Hetruria, eundem & Ianum Vertumnum, & ab his dictum Vadymona.

C. S E M

C. S E M P R O N I V S

De diuisione Italiae, & origine
urbis Romæ.

Vniuersa Italia à iugis Alpium oritur, & in Leucopetram fretumq; Siculum terminatur. Cingitur supero & infero mari, & secatur Apennino, qui à iugis Alpium ortus, per mediã Italiani à Liguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim & que Venusiam reflexus, ibi extransuerso diuidit Italiã, ex altera parte Brundisium, altera Veliam attingens, circum sinu Tarentinum, quem Ausones primum, inde Aborigines Græci post Oenotrium Arcadem tenuere: à quibus Magna Græcia nuncupatur, in qua sunt Oenotrij, Calabres, Salentini, Magna Græcia, atq; Brutij. Porro antiquitus Italia in mediũ Apenninũ, & in cisapenninũ ad inferũ mare, & in transapenninũ ad superũ pelagus, & in alpes à Rhetijs ad Ligures diuidebatur.

DIVISIO ALPIVM.

Alpes ipsa tribus partitionibus secantur: prima Ligurum, quod ab eis oriantur A Nicæ ad Pæninum sequens, ab eo ad Ocrum montẽ, Pæninus dictus à transitu Hannibalis. Tertia Taurisana & que in Histriam. Omnibus alpinis, exceptis Liguribus, notissima origo Hetrusca est, præcipue Rhetijs.

Apenninus dividitur in Ligures montanos, Apuanos, Umbros, Sabinos, Sabellos, Hetruscos. Ligures dicti sunt à Ligure Phaëthontis filio, qui omnium primus multis seculis ante Græcos ex Attica colonias in Italiam transportavit. adiecitq; atq; miscuit antiquissimis Italiae populis ab ossijs Tiberinis &que Nicaam. Hinc Veteres omnem maritimam dixerūt Liguriā. Itaque pars Apennini à Nicaa ad fontes Macra Ligures montanos alit, quibus origo est à Gemio & Ligure. A fontibus Verò Macra ad fontes Tiberis Apenninum colunt Ligures Apuani, Hetruscis orti, cognomines Veteribus Gallis, Et M. Antonius prodit. Portionem Verò Apennini à fontibus Tiberis ad Nar inhabitant Umbri, prima Veterum Gallorum proles, Et Augustus scribit. Ab amne Verò Nare &que ad fontes Silaris montes tenent Sabini, quibus Saga est origo. Nam Sangni gentilis Sabinus fuit. Hi paulo ante ruinas Troia disciplinas Hetruscas didicere, & ius divinum & humanum à Megale Thyrrhenos perceperunt. Rursum à fontibus Silaris ad fontes Volturreni & Sarni Sabelli, proles Sabinorum, incolunt, quos Romani Samnites, Græci Verò Saunites vocāt. Portionem Verò Apennini à fontibus Sarni &que ad magnam Graciam Thufci tenuerūt, & residuam Græci. Hactenus de divisione Apenn.

*Apennini & Alptum: & origine habitantium
in eo.*

DE DIVISIONE PLANAR

ITALIAE.

*Cisapenninam Italiam flumina disiciunt,
& itidem transapenninam. Padus amnis Gal-
liam cisalpinam primo discretis. Cispadanam
omnem missis coloniis tenuere Tusci. Doria
Thuscorum prima familia incoluit principio ab
Asca colonia &que Parmam, à qua & flu-
vius Doria, & regio prius Doria, nunc Aemi-
lia. A parma item ad Bononiā Bianora à du-
ce, nunc Aurelia, Flaminia item à Bononia
ad Rubiconem amnem, antea Felsina à princi-
pe Hetruuria, missis coloniis Lamoniibus à Ru-
bicone ad Anconam. Senonum Gallia Togata
dicitur, ab his qui duce Arunte primi in Ita-
liam transcederunt Alpes, à quibus sensim
pulsæ Hetrusci à cispadana & transpadana re-
gione, quæ nunc Gallia nomē habet. Et quidem
omnem transpadanam regionem Thuscorum
prolem fuisse inter omnes auctores convenit, ma-
nentque vestigia Urbis Mantua, Lacus He-
trusca origine dictus Larius, quod à patricijs
Volturrenis omnia ea loca principio possessa fue-
runt &que Veronam. Hinc circa Larium la-
cum à principibus dicta Vallis Volturrēna, &
Verona à Vera Thuscorum familia, & ab
Atria eorundem colonia fluvius Verona ar-
gumen*

gumenta seruanti. Nam &que Atrianum fluiuium, qui limes est Volturrenorum & Venetiarum: tenuere Hetrusci, & Venetias principio quidem Phaëthontei, postea Troiani eisdem mixti coluerunt. Hac de transapennina Italia, & Apennino monte inter autores conueniunt.

DE TRANSALPINA ITALIA.

Transapennia Verò ad inferum mare Veteres ita partiti sunt per amnes. A Nicaa enim ad Macram tenent Ligures montani origine Phaëthontei. A Macra item ad Arnun & portum Ligurnum incolunt Hetrusci, cognomine Ligures Apuani. Quos sequuntur Ligures. Hetrusci Populonij, à Ligurno portu ad caput Hetrutia. A quo ad Tiberim sunt Hetrusci Ligures Tyrrheni, in quibus sunt campi complati lapidum, clari pugna Herculis, adhuc Lamones dicti ab ipsius Herculis filio Lamone. Pari forma ab Ætina Italia in Tiberim Romanamque percurrente, à Velia ad Silarim fluiuium Lucani, à Samnitum duce Lucio orti, tenent. Ab eo ad Sarnum amnem Picentini habitant. A Sarno Verò ad Volturnum fluiuium incoluerunt Cumani, quos ab agro nullis Viribus Hetrusci, quamuis toti Italia imperitarent, potuerunt dimouere, aut in potestatem redigere. A Volturno amne ad Silarim Hetruscorum vetustissimus ager fuit, in quo prius Oscam diem, postea Capuam condiderunt. A Lyri au

tem

tem &que Tiberim Saturnus cum priscis Abo-
 riginibus fuit, origine ab Umbris & Camefe-
 nis editis, ubi est mons Capitolinus, aureo secun-
 do à Saturno habitatus, ubi & nunc aurea Ro-
 ma terrarum caput. Quam ob rem parum con-
 sideratè quidam scribunt, Romam postremis
 ac novis seculis à Romulo conditam, & appel-
 latam atque ceptam, cum nullum ex his tri-
 bus verum apud maiores inveniatur memora-
 tum, sed sunt ab eis contraria prodita. Nō enim
 Roma à Romulo nomen habet, quippe quia ge-
 minis non Remus & Romulus nomina posuit
 Faustus Hetruscus & regius pastor, sed Ru-
 mulum & Rumem illos ab euentu appellavit,
 quae sunt nomina Hetrusca. Alioquin Roma
 nomen, & nominis origo vulgata esset atque
 manifesta, quae occultae esse saluberrima religio
 sanxit, ne si origo nominis Roma claresceret,
 eius deus in cuius tutela Roma est, & à quo
 derivationem habet, gentibus pateret, & evo-
 caretur ut ceteri. Quam ob rem & Angerona
 silentij dea ante Iani festos dies colitur pra fo-
 ribus. Ut ne cui liceat illud palam efferre, quod
 ad salutem republicae veteres ore obsignato in-
 tra pectoris arcana voluerunt contineri: cuius
 violatae religionis primas primus luit Serranus.
 Non igitur à Romulo Roma, sed è contra ab
 ipsa potius Roma, cuius adeo est occultae deri-
 vatio, Romulus nomen habuit, quae ante ipsum

f

Ro

Romulum capta legitur coli annis paulominus
 octingentis ab Italo in Auentina Capena, &
 filia eius Roma in Palatino colle, & ante hos
 plusquam trecentis annis aureo seculo à Satur-
 no, & nunc Saturni ades ad radices Capitoli-
 ni collis. At Romulus solam ex oppidulo Roma
 in Palatino colle quadratam & regiam reddi-
 dit, cuius quatuor portiones erant, Roma, Ve-
 lia, Germalia, & ficus Ruminalis, & ades
 Romuli, à Dei occulta derinatione postmodum
 Romuli. Condidit autem eam accitis amicis
 Vatis et Hetruscis, qui fissa, & caput Centau-
 ri est pomerioque ad prudentis Vatis auspicium
 sacris, circum Palatinum collem sacro ara-
 tro cingi iussit x i. calendas Maias, horam
 inter secundam & tertiam, Sole in Tauro, Lu-
 na in Libra, Saturno Venere Marte Mercurio
 in Scorpione, & Ioue in Piscibus, & tradit Lu-
 cius Carrutius Mathematicorum peritissi-
 mus. Sunt qui tradant illam conditam x i i.
 Olympiade. Placet alijs octaua. Septima qui-
 busdam. Sexta completa nonnullis. Præualet o-
 mnibus his Eratosthenis inuicta regula, &
 aiunt. Sed cum Pomponius Atticus coram se-
 natu atque doctissimis Viris conferret Græco-
 rum certissima tempora, compertum est quod
 ab Aenea, & Troia excisa, per tempora regum
 Latinorum & que ad Romulum regem iam
 creatum fluxerunt anni circiter triginta &
 qua

quadringenti. Quare haud dubie condita est Roma Olympiade septima, aut eius anno secundo. Condita autem fuit primum in monte Palatino. Inde Sabinis & Thuscis in fœdera cœnantibus, incoluerunt Sabini quidem Capitolum & Quirinalem, in quo Numa postea habitavit: Romulus & Ramnenses Exquilium, Palatinum, & Caelium: Thusci Luceres Viminalem, & subsidentem coevallem usque ad adem Saturni, & radices Capitoli. Remo fratri Aventinus aetate Romuli mansit. Hac sunt vera tam prisca Italia quam Urbis Roma antiquitates & origines, quibus quoniam plures Græci postremis temporibus in Italiam commigrantes commixti fuerunt, ob id à se proprio emanasse Italiam falso existimavit Græcum leuitas tum fabulositas. Quis enim ex antiquissimis non scribit à Iano Ianiculum, & Hetruscos Veteres Gallos conditos? Et tamen plures Græcorum tradunt à Tyrrheno Lydo, qui fuit nuper positus. Quinetiam & Tyrrhenam Thuscæ regiam non puduit eos Romam afferere: Tanta videlicet imprudentia cum morum iactantia est, ut omnium gentium & imperiorum atque Urbium præclarissimarum se conditores esse apertis sæpe mendacijs conscribant.

F I N I S.

DIVVS HIERONYMVS
IN CATALOGO EC-
CLESIASTICORVM
SCRIPTORVM.



PHIL^o Iudaeus, natione, Alexan-
drinus, de genere sacerdotum, idcir-
co à nobis inter scriptores ecclesia-
sticos ponitur, quia librum de prima
Marci Euangelista apud Alexandriam scri-
bens ecclesia, in nostrorum laude versatus est,
non solum eos ibi, sed in multis quoque provin-
cijs esse memorans, & habitacula eorum di-
cens monasteria. Ex quo apparet, talem primū
Christo credentium fuisse ecclesiam, quales
nunc monachi esse videntur & cupiunt, ut ni-
hil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos di-
ues, nullus pauper, patrimonia gentibus diui-
duntur, orationi vacant, & psalmi, doctrina
quoque & continentia, quales & LVCAS
refert primum Hierosolyma fuisse credentes.
Aiunt hunc sub Caio Caligula Romae periclitat-
um, quò legatus gentis suae missus fuerat, cum
secunda vice venisset ad CLAVDIVM, in ea-
dem Urbe locutū esse cum Apostolo PETRO,
eiusq; habuisse amicitias, & ob hanc causam
etiam ecclesiam Marci, discipuli Petri, apud
Alexandriam sectatores ornasse laudibus. Ex-
tant eius praeclara, & innumerabilia opera.

In

In quinque libros Mosi. De confusione linguarum liber unus. De ijs qua sensu precamur & testamur, liber unus. De eruditione liber unus. De harede diuinarum rerum liber unus. De diuisione equalium & contrariorum liber unus. De tribus virtutibus liber unus. Quare quorundam in scripturis mutata sint nomina liber unus. De pactis libri duo. De vita sapientis liber unus. De gigantibus liber unus. Quod somnia mittantur à Deo libri quinque. Questionum & solutionum in Exodo libri quinque. De tabernaculo & decalogo libri quatuor. Necnon de victimis & repromissionibus, siue maledictis. De providentia. De Iudais. De conuersatione vita. De Alexandro dicente, quod propriam rationem multa animalia habeant. Et quod omnis insipiens seruus sit. Et de vita nostrorum librum, de quo supra diximus, id est de Apostolicis viris, quem & inscripsit *ἡρώδης βασιλεὺς καὶ ἡρώδης βασιλεὺς*. Quod videletur cœlestia contemplantur. & semper Deum orent. Et sub alijs indicibus. De agricultura libri duo. De ebrietate duo. Sunt & alia eius monumenta ingenij, quae in nostras manus non peruenierunt. De hoc vulgo apud Graecos dicitur ἡ πλάτων φιλοσοφία, ἢ φιλοσοφία πλάτωνος. id est, aut Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo, tanta est similitudo sensuum & eloquij.

PHILONIS
IVDAEI ANTIQVI-
TATVM BIBLICA-
RVM LIBER,

Incerto interprete.



L NITIO mundi Adam ge-
nuit tres filios, & unam filiam,
Cain, Noaba, Abel, & Seth:
Et vixit Adam, postquam ge-
nuit Seth, annos DCC. & ge-
nuit filios duodecim, & filias octo: Et haec sunt
nomina virorum, Aeliseel, Suris, Aelamiel,
Brabal, Naat, Harama, Zafam, Maathal, &
Anath: Et haec filia eius, Phua, Iectas, Arebi-
ca, Siphatecia, Sabaasim. Et vixit Seth annos
CV. & genuit Enos: Et vixit Seth postquam
genuit Enos annos DCCVII. & genuit filios
tres, & filias tres: Et haec sunt nomina filiorum
eius, Elidia, Phonna, & Matha: Filiarum Ge-
ro, Malida, & Thila. Et vixit Enos CLXXX.
& genuit Cainam: Et vixit Enos, postquam ge-
nuit Cainam, annos DCCXV. & genuit filios
duos, & filiam: Et haec sunt nomina filiorum
eius, Phoe, Thaal: Filia autem, Catennath. Et
vixit Cainam annos DXX. & genuit Mala-
lech: Et vixit Caina, postquam genuit Malalech,
annos

annos DCCXXX. Et genuit tres filios, Et
 duas filias: Et hac sunt nomina Virorum, At-
 hac. Socer, Lophā: Et nomina filiarū, Ana, Et
 Leua. Et vixit Malalech annos CLXV. Et
 procreauit Iareth: Et vixit Malalech, postquā
 procreauit Iareth, annos DCCXXX. Et ge-
 nuit filios septē, Et filias quinque: Et hac sunt no-
 mina Virorum, Lata, Matz, Cechar, Melie,
 Siuiel, Lodo, Otim: Et hac sunt nomina filia-
 rum eius, Ada, Et Noa, Ieбал, Mada, Sella. Et
 vixit Iareth annos CLXXXII. Et genuit
 Enoc: Et vixit Iareth, postquam genuit Enoc,
 annos DCCC. Et genuit filios quatuor, Et fi-
 lias duas: Et hac sunt nomina Virorum, Lead,
 Anac, Seboac, Et Ietar: Filiarum autem, Te-
 theco, Lessē. Et vixit Enoc annos CLX. Et v.
 Et genuit Mathusalam: Et vixit Enoc, post-
 quam genuit Mathusalam, annos CC. Et ge-
 nuit filios quinque Et filias tres. Placuit autē
 Enoc deo in tempore illo Et non inueniebatur,
 quoniam transtulit illum deus. Nomina autē
 filiorum eius Anaz, Zeum, Achaum, Pheledi,
 Elid: Filiarum autem, Theth, Lephith, Leath.
 Et vixit Mathusalam CLXXXVII. Et
 genuit Lamech: Et vixit Mathusalam, post-
 quam genuit Lamech, annos DCCLXXX-
 11. Et genuit duos filios, et duas filias: Et hac
 sunt nomina Virorū. Inab, Et Rapho: Filiarum
 autē, Aluma, et Aninga. Et vixit Lamech an-
 f 4 nos

nos CLXXXI. Et genuit filiū, Et vocauit eū
 secundū natiuitatem suam, Noë, dicens: Hic re-
 quiem dabit nobis, Et terra, ab his qui sunt in
 ea, in quibus visitabitur, propter iniquitatē ope-
 rum malorū: Et vixit Lamech, postquā procrea-
 uit Noë, annos D L X X X. Et V. Et vixit Noë
 annos C C C. Et genuit filios tres, Sem, Chā, Ia-
 pheth. Cain autē habitauit in terra tremēs se-
 cundū quod constituit ei Deus, postquā interfe-
 cit Abel fratrem suū: Et nomē mulieris eius The-
 mech: et cognouit Cain Themech mulierē suā, et
 concepit, Et peperit Enoc. Cain autem erat an-
 norū quindecim, quādo fecit hac: Et ex eo capit
 edificare ciuitates, quousq; cōderet ciuitates se-
 ptē: Et hac sunt nomina ciuitatū: Nomē prima
 ciuitatis secundū nomen filij sui Enoc: Nomen
 autem secunda ciuitatis Mauli, et tertia Leed,
 Et nomē quarta Tehe, Et nomen quinta Iesca,
 nomen autē sexta Celet, et nomen septima Ieb-
 bat: Et vixit Cain, postquā genuit Enoc, annos
 D C C X V. Et genuit tres filios, Et duas filias:
 Et hac sunt nomina filiorū eius, Olad, Lizaph,
 Fosai: Et filiarū eius, Citha, et Maac: Et facti
 sunt omnes dies Cain anni D C C X X X. et mor-
 tuus est. Tunc accepit Enoc mulierem de filia-
 bus Seth, Et genuit ei Cirā, Et Cuuth, Et Ma-
 dab: Cirā autem genuit Matusaël, Matusaël
 autem genuit Lamech. Lamech autē accepit sibi
 mulieres duas nomen vni Ada: Et nomē al-
 teri,

teri, Sella: et peperit Ada Iobab: ipse erat pater
 omniū habitantiū in tabernaculis, & pascen-
 tium pecora: & iterum genuit ei Iobab, qui ini-
 tianit docere omnē psalmum organorū. In tēpo-
 re illo cū initiassent habitantes terrā operari
 iniqua, unusquisq; in uxores proximi sui, contra-
 minātes eas, indignatus est Deus, et cepit per-
 cutere cynerā, citharā, & omne organū dulcis
 psalterij. & corrūpere terrā. Sella autē genuit
 Thobel. & Nuha, & Theffa: & hic est Thobel,
 qui ostendit hominibus artes in plūbo, & sta-
 gno, & ferro, & aramēto, & argento, & au-
 ro: & tunc ceperunt habitantes terram facere
 sculptilia, et adorare ea. Dixit autem Lamech
 ambabus mulieribus suis, Ada & Sella: Au-
 dite vocē meā mulieres Lamech, & intendite
 in obseruatione mea: quia viros corrupti pro me,
 & lactentes de mamillis abstraxi, Et filijs
 meis ostenderem iniqua operari, & habitanti-
 bus terram: & nunc septies vindicabitur de
 Cain, de Lamech autem septuagies septies. Et
 factum est cū cēpissent homines multiplicari
 super terrā, filia speciosa nata sunt eis: & vide-
 runt filij Dei filias hominum, quoniam pulcher-
 rima erant: & acceperunt sibi uxores ex omni-
 bus quas elegerant: & dixit Deus: Non dijudi-
 cabit spiritus meus in omnibus istis in secula,
 eò quòd carnales sunt: erūt autem anni eorum
 centum viginti, in quos posuit terminos seculi:

f s

& in

Et in manibus eorum scelera non extinguē-
 bantur: Et vidit deus, quoniā in omnibus in-
 habitantibus terram, adimpleta erant opera
 malignitatum Et iniquitatum cogitantibus
 his in omnibus diebus, dixit: Deleā hominem,
 Et omnia quæ germinata sunt in terra: quo-
 niā pœnitet in eo quod feci eū. Noë vero inue-
 nit gratiam Et misericordiam ante dominū,
 Et procreatio eius: Noë qui erat homo iustus,
 Et immaculatus in progenie sua, placuit domi-
 no: Ad quem dixit deus: aduenit tēpus omniū
 hominū habitantiū super terrā, quia pessima
 sunt opera eorum: Et nūc facito tibi arcam de
 lignis cedrinis: Et sic eam facies: trecentorum
 cubitorum longitudo eius, Et quinquaginta cu-
 bitorū latitudo, Et triginta cubitorū altitudo:
 Et ingredieris in arcā tu Et mulier tua, Et fi-
 lij tui, Et mulieres filiorum tuorū tecum: et dis-
 sponam testamentum meū ad te, Et disperdam
 omnes habitantes terram. De animalibus au-
 tem mūdīs, Et de Volatilibus cæli mūdīs, acci-
 pies septē Et septem, masculum Et feminam,
 Et possit viuificari semen eorum super terram.
 Nam de pecoribus, Et de Volatilibus immun-
 dus, accipies tibi duo Et duo, masculum Et fe-
 minam, simulq; accipies tibi Et illis in escam.
 Et fecit Noë quæ præcepit ei deus, Et ingre-
 ssus est in arcam ipse, Et omnes filij eius eū cum
 Et factum est post septem dies, cepit aqua au-
 lare.

luuij esse super terrā: Et in illa die aperti sunt omnes abyssi, & fons magnus, & cataractae cæli: & erat pluuia super terram x l. dies, & x l. noctes. Erat autem tūc annus millesimus sexcentessimus quinquagesimus & secundus, ex quo fecerat deus cælum & terram, in die qua corrupta est terra, cum habitantibus in ea, propter iniquitatem operum eorum. Et perseuerante centum & quadraginta diebus Catclysmo in terra superfuit solus Noë, & qui cum eo erant in arca: & ut memoratus est deus Noë, minuit aquam. Et factum est in die nonagesimo siccauit deus terram, & dixit ad Noë: Exi de arca, tu & omnes qui tecum sunt, & crescite, & multiplicamini super terram. Et exiit Noë de arca, ipse & filij eius, & mulieres filiorū eius: & omnes bestias, & reptilia, & volatilia, & pecora duxit secum, sicut præcepit ei deus. Tunc adificauit Noë aram domino & accepit de omnibus pecoribus, & de volatilibus mūdīs, & obtulit holocaustum in arā, & acceptus est domino tanquā odor re-quetionis. Et dixit deus: Non adijciam maledicere terræ pro homine, quoniā in figura cordis hominis desijt à iuuentute sua. Et ideo non adijciam simul disperdere omnes viuentes, sicut feci. Cum autem peccauerint inhabitantes, terrā, diiudicabo eos in fame, siue in gladio, siue in igne, siue in morte: et erit terra motus, & disper-

dispergentur in inhabitabilia : Terrā autē
 adiiciā corrumpere aqua diluviij: et in omnibus
 diebus, terra sementes & messes, frigus & ca-
 lor, aestus & autūnus, dies ac nox non requie-
 scet; quousq; rememorabor qui inhabitāt ter-
 rā, donec compleantur tempora. Cū autem cō-
 pleti fuerint anni seculi, tunc quiescet lumen,
 & extinguetur tenebra, et uiuificabo mortuos,
 & erigā dormientes de terra, & reddet infer-
 nus debitū suū, & perditio restituet paratecē
 suā, ut reddā unicuiq; secundū opera sua, et se-
 cundū fructus adinventionū suarum quousq;
 iudicē inter animā & carnem : & requiescet
 seculū, & extinguetur mors, & infernus clau-
 det os suū, & nō erit sine fructu terra, nec sterilis
 habitātibus in se, & non coinquinabitur & illas,
 qui in me iustificatus est: et erit terra alia, &
 cælū aliud habitaculū sempiternum. Et adiecit
 dominus ad Noë, & ad filios eius dicēs : Ecce
 ergo disponā testamentū meū ad vos, & ad se-
 men vēstrū post vos. & non adiiciā iam corrūm-
 pere aqua diluviij terrā : & omne quod mouē-
 tur & uiuit, erit vobis in cibum. Veruntamen
 carnem in sanguine anima edetis : Qui enim
 effundet sanguinē hominis, sanguis eius effun-
 detur, quoniam ad imaginem dei factus est ho-
 mo. Vos autē crescite & multiplicamini. & im-
 plete terrā, sicut multitudo piscium multiplican-
 tium in fluctibus. Et dixit deus: Hoc est testa-
 mentū

mentum quod disposui inter me & Vos: & erit cum innubilauero caelum nubibus, apparebit arcus meus in nube: & erit in memoriam testamenti inter me & Vos, & inter omnes habitantes terram. Et fuerunt filij Noë, qui exierunt de arca: Sem, Cam, & Iapheth. Filij Iapheth, Magog, Madai, Nidiazec, Tubal, Mocteras, Cenez, Riphath, & Thegorma, Elisa Desfin, Cethin, Tudat. Et filij Gomer, Thelez, Lud, Deberlet. Et filij Magog, Cesse, & Tripha, Pharuta, Ammiel, Golar, & Samanac. Et filij Duden, Sallus, Pheluciti, Phallita. Et filij Tubal, Phanatanona, Etena. Et filij Tyras, Maac, Tabel, Callana, Samplameac, Elaz. Et filij Mellec Amboradat, Vrac, Bosara. Et filij Cenez, Iubal Zaraddana, Anac. & filij Heri, Phuddet, Doad, Dephad, Zentb, Enoc. & filij Torgama, Abinath, Saphath, Asapli, Zepthsr. Et filij Elisa, & Zaac Cenez, Mastisa, Rira. Et filij Zepth, Maczjel, Tenna, Aela, Phinon. Et filij Tesus, Meccul, Loö, Zelatabar. Et filij Duodennin, Itheb, Peat, Phenesth. Et hi sunt qui dispersi sunt, & habitauerunt in terra apud Persas, et Menadas, in insulis, quasunt in mari. Et ascendit Phanaas filius Dudeni, & praecepit finire aues maris, & tunc diuisa est pars tertia terra. Domereth, & filij eius acceperunt Ladech. Magoge autem, & filij eius acceperunt Degalmadam. * & filij eius acceperunt Be
sto

Ro. Iubam, & filij eius acceperunt Ceel. Tub
 & filij eius acceperunt Pheed. Mifech, & filij
 eius acceperunt Nepti. Iras, & filij eius acceperunt
 * Duodennut, & filij eius acceperunt
 * Godariphat, & filij eius acceperunt Bosar-
 ra. Tergoma, & filij eius acceperunt * Eudeli-
 sa & filij eius acceperunt * Thanolathesis, &
 filij eius acceperunt Marecham. Cethim, & filij
 eius acceperunt Thaan. Dudennin, & filij eius
 acceperunt Caruba. Et tunc ceperunt operari
 terram, & seminare super eam: & cum siti-
 ret terra, ex clamauerunt habitantes eam ad
 dominum, & exaudiuit eos, & ampliascit
 pluuiam: & factum est cum descenderet pluuia
 super terram, apparuit arcus in nube: et vide-
 runt habitantes terram memoriam testamen-
 ti, & ceciderunt in faciem suam, & immo-
 lauerunt offerentes holocausta domino. Fi-
 lij autem Cam, Chus, & Meftra, & Phueni,
 & Chanaan. Filij Ethij, Chus, Saba, & Tu-
 dam. Et filij Effuntenus, Zeleutelup, Geluc, Le-
 phuc. Et filij Sidona, Endam, Raciu, Simmin,
 Vruu, Nenugim, Amathimnephim, Telaz,
 Elat, Cusin. Chus autem genuit Nembroth, &
 ipse initiauit esse superbus ante dominum. Me-
 ftra vero genuit Ludin, & Iuenugin, & La-
 bin, & Latuin, & Petrosomum, et Ceslan: &
 de exierunt Philistini, & Cappadoces: & tunc
 ceperunt etiam & ipsi adificare ciuitates: &

*bæ sunt ciuitates, quas adificauerunt, Sido-
 na, & circumiacentia eius, id est, Resun, Beo-
 samaza, Gerras, Calon, Dabircaino, Tellunla-
 cis, Sodoma, & Gomorra, Adama, & Se-
 gom. Et filij Sem, Elam, Assur, Arphaxa, Lu-
 zi, Aram: & filiarum, Assum, Gedrum-
 mese. Arphaxas autem genuit Sala, Sala ge-
 nuit Heber: & Heber nati sunt duo filij, no-
 men Vni, Phalech: Quoniam in diebus eius
 diuisa est terra: & nomen fratris eius Ie-
 ptam. Ieptam autem genuit Elimodam, & Sa-
 lasira, & Mazaam, Rea, Dura, Vzja, De-
 glabal, Aimoël, Sabthphin, Euilac, Iubab: &
 filij Phalech, Ragau, Rephuth, Zepheram,
 Aculon, Sachar, Siphaz, Nabi, Suri, Se-
 ciur, Phalacces, Rapho, Phalthia, Salde-
 phal, Zaphis, & Artemam, Heliphaz. Hij fi-
 lij Phalech, & hac nomina eorum, & accepe-
 runt sibi uxores de filiabus Iectam, & genera-
 uerunt filios & filias, & complerunt terrā.
 Ragau autem accepit sibi mulierem, Mel-
 cham, filiam Ruth, & genuit ei Seruch: &
 quum factus fuisset dies partus eius, dixit:
 ex isto nascetur in quarta generatione, qui
 ponat habitationem super excelsa, & perfectus
 vocabitur, & immaculatus, & pater gentium
 erit, & nō dissoluatur testamentū eius, & se-
 mē eius in seculū multiplicabitur: et vixit Ra-
 gau, postquā genuit Seruch, annos C X V I I I.*

Et

Et genuit septem filios, & quinque filias: & haec sunt nomina filiorum eius. Abielobih, Samma, Dedasal, Zenez, Accur Nephes: & haec nomina filiarum eius: Cedema, Derisa, Serpha, Pherita, Theila: & Vixit Seruch annos xxix . & genuit Nachor: & Vixit Seruch, postquam genuit Nachor, annos lxvii . & genuit quatuor filios, & tres filias: & haec sunt nomina virorum. Zela, Zobadisa, & Phodde: & haec filiae eius Tephila, Oda, Selipha, & Vixit Nachor annos xxxiii . et genuit Tharram: & Vixit Nachor, postquam genuit Tharram, annos cc . & genuit viii filios, et v filias: & haec sunt nomina virorum, Recap, Dedasap, Berechap, Iosac, Sital, Nisab, Nadab, Camoel: & filiae eius, Esca, Thiphabruna, Cenneta: & Vixit Tharra annos lxx . & genuit Ambram, & Nachor, & Arram, Tharram autem genuit Loth. Tunc ceperunt hi. qui habitabant in terra, inspicere in astra. & inchoauerunt ex his imaginari, & diuinationes facere, & filios, & filias suas trahere per ignem. Serui autem & filij eius non ambulauerunt secundum eos. Et haec sunt generationes Noë in terris secundum tribus & linguas eorum, ex quibus diuisa sunt gentes super terram post delutium. Tunc uersantes filij Cain, posuerunt sibi principem Nembroth. Filij autem Iaphet, constituerunt sibi Phameah in duces. Nam filij

Semi,

*Seu, conuenientes prapofuerunt ſibi principem
 Ieſſā: & cūm Veniſſent hi tres in vnum fece-
 runt conſilium, & inſpicientes conſiderarent
 populam appropinquantē ſibi. Et Hoc viuente
 adhuc Noë factum eſt, & conuenirēt omnes in
 vnum, & habitauerunt vnanimes. et erat ter-
 ra pacifica. Anno autem CCC. et quadrageſi-
 mo exitus Noë de Arca. poſtquā ſiccavit deus
 dilauium, conſiderauerunt principes populū
 ſuū & inſpexiſt Phenech filius Iaphet, filij
 Gomer, omnes tranſeuntes ſecundū ſceptra
 ducationis ſuæ fierunt numero V M. D C C C.
 Filiorū autem Magog, omnium trāſeuntium
 ſecundū ſceptra ducatus ſui, factus eſt nume-
 rus V I M C C. Filij autē Madan omnes tranſ-
 euntes ſecundū ſceptra ducationū ſuarū,
 fuerunt numero V M D C C. Filij autem Tubal
 omnes tranſeuntes ſecundū ſceptra ducatio-
 nū ſuarū fuerunt numero I X M C C C C.
 Et filij Meſca omnes tranſeuntes ſecundū
 ſceptra ducationū ſuarū fuerunt numero
 V M D C. Filij Verò Thiras, omnes tranſeuntes
 ſecundū ſceptra ducationū ſuarū fuerūt
 numero X I I M C C C. Et Filij Ripa, tranſeun-
 tes ſecundū ſceptra ducationū ſuarū fue-
 runt numero X I M D. Filij Verò Torgoma,
 tranſeuntes ſecundū ſceptra ducationis ſuæ,
 fuerunt numero X I I I I M C C C C. Nam filij
 Eliſa, tranſeuntes ſecundū ſceptra ducatio-*

nis sua fuerūt numero XI I I I M D C C C C.
 Filij autē Tersis omnes transeuntes secundū
 scepra ducationis suae, fuerūt numero X I I I
 M C. Nam filij Cethin, omnes transeuntes se-
 cundū scepra ducationis suae fuerunt nume-
 ro X V I I M C C C. Filij verò Doin, transeun-
 tes secundū scepra ducationum suarum,
 fuerunt numero X V I I M D C C. Et factus
 est numerus castrorum filiorum Iaphet, omnes
 virtutisati. Et omnes in praecinctu armorum
 positi, in conspectu ductorum suorum C X I M
 C C I I. prater mulieres Et pueros. Considera-
 tio Iaphet in pleno fuerunt numero C X L I I.
 Et transiit Nembroth ipse Et filius Cam, o-
 mnes transeuntes secundū scepra ducatio-
 num suarum, inuenti sunt numero X X I I I
 I M D C C C. Filij Phua, omnes transeuntes se-
 cundū scepra ducationū suarum facti sunt
 numero X X V I I M D C C. Et filij Canan,
 omnes transeuntes secundū scepra ducatio-
 num suarum, inuenti sunt numero X X X
 I I M D C C C. Filij verò Soba omnes transeun-
 tes secundū scepra ducationum suarum,
 inuenti sunt numero I I I I M C C C. Et filij
 Lebilla, omnes transeuntes secundū scepra
 ducationum suarū inuenti sunt numero X X
 I I I M C C C. Filij verò Sata vniuersi trans-
 euntes secundū scepra ducationū suarum,
 inuenti sunt numero X X V C C C. Et filij
 Rem

Remma, & universi transeuntes secundum sce-
 ptra ducationum suarum inuenti sunt nume-
 ro XXXDC. Filij Verò Sabaca, omnes tran-
 seuntes secundum sceptrata ducationum suarum
 inuenti sunt numero XLVCCCC. Et factus
 est numerus castrorum filiorum Cam, & universi
 virtutis viri, & in apparatu armorum positi
 in conspectu ducationum suarum CCXLI-
 IIDCCCC. prater mulieres & pueros. Et
 in pexst lectam filius Sem filios Elam, & fue-
 runt omnes transeuntes secundum sceptrata
 ducationum suarum numero XLVII. Filij
 autem Assur omnes transeuntes secundum
 sceptrata ducationum suarum inuenti sunt nu-
 mero LXXVIII. Et filij & universi trans-
 euntes secundum sceptrata ducationum suarum
 inuenti sunt numero LXXXVIICCC.
 Filij Verò Lud, omnes transeuntes secun-
 dum sceptrata ducationum suarum, inuenti sunt
 numero XXXDC. Factus est numerus filio-
 rum Cam, & Nam filij Arphaxa, & universi trās-
 euntes secundum sceptrata ducationum suarum
 numero CXIIIDC. Et factus est omnis
 numerus eorum CCCXLVIIDC. Nume-
 rus castrorum filiorum Sem, omnes erant
 proficiscentes in virtute & in praecepto belli,
 in conspectu ducationum suarum IX. extra
 mulieres, & pueros. Et ha sunt generationes
 Noë diuisae posite, quorum omnis numerus fa-

Etus est in unum DCCCCXIII. Et hi omnes considerati sunt adhuc vivente Noë : Et iuxta Noë post Cataclysmum annos CCCL. Et facti sunt omnes dies Noë anni DCCCCI. Et mortuus est. Tunc hi omnes qui divisi erant habitantes terram: postea congregati habitauerunt simul, Et profecti ab Oriente inuenerunt campum in terra Babylonis, Et habitantes ibi dixerunt quisque ad proximum suum: Ecce futurum est, Et dispergamur unusquisque à fratre suo, Et in novissimis diebus alterutrum erimus expugnantes nos. Nunc ergo Venite Et adificemus nobismetipsis turrin, cuius caput erit usque ad cælum, Et faciemus nobis nomen Et gloriam super terram, Et dixerunt unusquisque ad proximum suum: Accipiamus lapides Et scribamus singuli quisque nomina nostra in lapidibus, Et incendamus eos igne, Et erit quod perustum fuerit in luto et in latere: et acceperunt singuli quisque lapides suos, extra viros duodecim, qui noluerunt accipere: Et hac nomina eorum, Abraham, Nachor, Loth, Ruge, Tenu, Zaba, Armodath Iobab, Esar, Abimabel, Saba, Auphin. Et comprehendit eos populus terra, Et adduxerunt eos ad principes suos, Et dixerunt: Hi sunt viri qui transgressi sunt consilia nostra, Et nolunt ambulare in vijs nostris. Et dixerunt ad eos duces: Quare nolistis mittere singuli quisque lapides cum populo terra? Et illi

illi responderunt, dicentes: Nō mittimus vobis
 cum lapides: nec cōiungimur voluptati vestra.
 Vnum dominū nouimus, & ipsum adoramus.
 Et si nos mitatis in ignem cum lapidibus ve-
 stris, non consentiemus vobis. Et irati duces, di-
 xerunt: Sicuti locuti sunt, sic eis facite: & nisi
 consenserint vobiscum mittere lapides, cōsume-
 tis eos igne cum lapidibus vestris. Et respondit
 Iecham, qui erat primus princeps ducū: Non
 sic, sed dabitur eis spatium dierū septem, &
 erit si peristuerint super consilijs suis pessimis,
 & voluerint vobiscum mittere lapides, vi-
 uant: Si quo minus fiat, & secundum senten-
 tiam vestram tunc comburantur. Ipse autem
 quarebat quemadmodū saluaret eos de mani-
 bus populi quoniā de tribu eorū erat, & Deo
 seruiebat. Et his dictis, suscepit eos & inclusit
 in domo regia, & ut factum est, vespere præ-
 cepit dux l. viros potētes in virtute vocari ad
 se, & dixit eis: Proficiscimini, & accipite hac
 nocte viros istos, qui inclusi sunt in domo mea,
 & imponite stipēdia eorū de domo mea: super
 decē iumenta: & ipsos viros adducite ad me,
 & stipendia eorum cum iumentis adducite in
 montana, & sustinete eos ibidē, et scitote quia
 si quis scierit quia dixi ad vos, igni vos concre-
 mabo. Et profecti viri fecerūt omnia quæ præ-
 cepit eis princeps eorū: & adduxerunt viros à
 domo eius noctū, & accipientes stipēdia im-

posuerunt iumentis, & duxerunt eos in montana sicut praecepit eis. & Vocauit ad se princeps illos duodecim viros, & dixit ad eos: Confidentes estote, & non timeatis: non enim moriemini: Fortis est enim Deus in quo confiditis: & ideo stabiles estote in ipso: quia liberabit et saluabit vos: & ecce nunc praecepi quinquaginta viros, qui vos educant acceptis stipendijs de domo mea. & praecedite in montana, & sustinete vos in valle, & alios vobis dabo l. viros, qui deducant vos usque illuc: & euntes abscondite vos ibidem in valle, habentes aquam in potu defluentem de petris, & continete vos usque in dies x x x. donec pauset animositas populi terra & quousque Deus mittat iracundiam super illos, et destruat eos. Scio enim quia non permanebit consilium iniquitatis quod consiliati sunt facere: quoniam vana est cogitatio eorum, & erit cum consummati fuerint septem dies, et quaserint vos, et discesserint eis: exeuntes et fracto ostio carceris in quo erant inclusi fugerunt nocte: & misi ego centum viros qui eos quarerent, & auocabo eos a praesenti furore: et responderunt ad eum duodecim viri dicentes: Inuenerunt gratiam serui tui ante oculos tuos: quia solui mur nos de manibus superbiorum horum. Abram autem solus tacuit: et dixit dux ad eum, Quare non respondes mihi Abram serue dei? Respondit Abram et dixit: Ecce ego fugio hodie in montana: & si euasero ignem

exient

exient de montibus fera bestia, & comedent nos, aut esca nobis deficiet, et moriemur fame, & inueniemur fugientes ante populum terra, cadentes in peccatis nostris. Et nunc venit in quo confido: quia non mouebo de loco meo in quo posuerunt me. & si fuerit aliquod peccatum meum, Et consumens consumar fiat voluntas dei. Et dixit ad eum dux: Sanguis tuus super caput tuum sit, si nolueris proficisci cum illis: si autem volueris liberaberis. Nam si volueris remanere, secundum quod vis remane. Et dixit Abram: Non proficiscar, sed hic ero, Et accepit dux undecim illos viros, et alios 1. misit cum eis, & precepit eis discere. Expectate & vos in montibus usque in dies x. v. cum illis 1. qui promissi sunt: & post reuertimini & dicetis: non inuenimus eos, sicut illis prioribus dixi. Et sciatis quia si quis preterierit ex his omnibus verbis, quae locutus sum ad vos, igne comburetur. Et profectis viris, accipiens Abram solum reclusit eum ubi fuerat inclusus & transactis diebus septem congregatus est populus, & dixerunt ad ducem suum discentes: Redde nobis viros qui noluerunt consiliari nobiscum, & comburemus eos igni. Et miserunt duces qui adducerent eos: & non inueniunt nisi solum Abram. Et congregati omnes ad duces suos dixerunt: Fugerunt homines quos inclusistis euadentes consilium nostrum, Et dixit Phenech, & Nembroth ad Iectum.

Vbi sunt Viri quos inclusisti? At ille dixit: Frā-
gentes fregerūt noctū. Ego autē misi c. Viros,
qui quarent eos. Et praecepi, Et si inuenirēt
eos, non tantū igni concremarent, sed Et corpo-
ra eorum darent Volatilibus cali, Et sic per-
dant illos. Et tunc dixerūt illi: hūc ergo qui in-
uentus est solus, cōburamus eum. Et acceperūt
Abrā, et adduxerunt eū ad duces suos, Et di-
xerunt ad eū. Vbi sunt qui tecum fuerūt? Et il-
le dixit: Ego nocte dormiens dormiebā: Vbi ex-
pergefactus sum, non inueni eos. Et accipietes
eum cōstruxerunt caminū, et incenderūt eum
igni, et lapides concrematis igni miserūt in ca-
minū. Et tunc lectā dux, liquefactus sensu ac-
cepit Abrā, et misit eum cū lateribus in cami-
num ignis. Deus autē commouit terra motum
grandē, Et ebulliens ignis de camino, exiliuit
in flāmas et scintillas flāma, Et cōbussit omnes
circumstantes in conspectu camini: Et fuerunt
omnes qui concremati sunt in die illa. L X X -
X I I I D. Abra autem non est quidem modi-
ca facta laesura concrematione ignis: Et surre-
xit Abrā de camino: et, concidit caminū ignis
Et saluatus est Abrā, et abiit ad x i. Viros,
qui erant absconditi in montanis, et renuntia-
uit eis omnia quae contigerant illi. Et ascende-
runt cum eo de montanis gaudentes in nomine
domini, et nemo eos obuians terruit die illa.
Et cognominauerunt locum illum nomine A-
bra.

Braae, et lingua Chaldaorum Deli: quod interpretatur Dem. Et factum est post haec Verba, populus terra non conuersus est à cogitationibus suis malignis. Et conuenerunt iterum ad duces. Et dixerunt: In secula non Vincetur populus: Et nunc conueniemus Et adificemus nobis ciuitatem et turrim: qua nunquam auferetur. Et cum cepissent fabricare, vidit Deus ciuitatem Et turrim quam fabricabant filij hominum, Et dixit: Ecce populus vnus Et lingua vna, Et hoc quod ceperunt facere, non sustinebit terra neque caelum Videns potietur: Et erit, si modò non prohibeantur, vt omnia audeant qua praesumpserint facere. Et ideo ecce ego disinda linguas eorum, Et dispergam eos in omnes regiones, Et non cognoscat vnusquisque fratrem suum, nec audiant singulis quisque linguam proximi sui: et commendabo eos petris et adificabunt sibi tabernacula in calamus stipularum, Et effodiet sibi speluncas, Et quemadmodum fera capi habitabunt ibi: Et sic erunt ante conspectum meum in omni tempore Et nunquam cogitent haec: Et tanquam stillicidium arbitrabor eos, Et in scuto approximabo eos, Et alijs in aqua finis veniet: alij autem siti succabuntur. Et ante omnes hos elegam puerum meum Abram: Et eijciam eum de territorio eorum, Et adducam in terram quam respexit oculus meus ab initio: cum peccauerunt ante conspectum meum omnes inhabitantes

tes terrā: Et adduxi aquā diluuij, et nō extēg-
 minavi eā, sed conseruavi illā. Non enim diru-
 pti sunt in illa fontes ira mea, neq; descendit
 in ea aqua consummationis mea. Ibi enim fa-
 ciā inhabitare puerū meum Abrā: et disponā
 testamētū meum cū eo. Et semini eius bene-
 dicā et dominabor ei Deus in aternū. Populi
 autē inhabitantes terrā, cū initiassent adifi-
 care turrim, diuisit Deus linguas eorū, et mu-
 tauit eorū effigies. Et non cognouit vnusquisq;
 fratrē suum, nec audiebāt siguli quisq; linguam
 proximi sui. Et sic factū est: Et dū adificatores
 ministris suis inberent afferre lapides, illi af-
 ferrent aquā: et si deposcerent aquā illi affer-
 rent stipulam. Et sic intercisa cogitatione eorū
 cessauerunt adificare ciuitatem, et disperisit eos
 Dominus inde super faciē totius terra. Et pro-
 pterea vocatū est nomen loci illius Confusio:
 quoniam ibi Deus cōfudit linguas eorū, et in-
 de disperisit eos in faciem totius terra. Abram
 autem exiuit inde, et habitauit in terra Cha-
 naam, et accepit secum Loth filium fratris sui:
 et Sarai mulierem suam. Et cū esset Sarai
 sterilis, et non esset ei conceptus: tunc Abram
 tulit Agar ancillam suam, et peperit ei
 Ismaël: Ismaël autem genuit duodecim
 filios. Tunc discessit Loth ab Abram, et ha-
 bitauit in Sodomis: Abram verò habitauit
 in ter

in terra Cam. Et Viri Sodomorum, Viri peſſimi, & peccatores Valde. Et Viſus eſt Deus Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hanc. & Vocabitur nomen tuum Abraham, & Sarai Vxor tua dicetur Sara. Et dabo tibi ex ea ſemen ſempiternum, & diſponam teſtamentum meum tecum. Et cognoviſit Abraham Saram Vxorem ſuā, & concepit, & peperit Iſaac: Iſaac autem accepit ſibi mulierem de Meſopotamia, filiam Patuel, qua concepit & genuit ei Eſau & Iacob. Eſau autem accepit ſibi mulieres Iudim filiam Bereu, & Baſſemech filiam Elon, & Elibeemam filiam Anan, & Manem filiam Samaël. & genuit ei Adeliphan. Et filij Adeliphan, Temar, Omar, Seſpor, Getan, Tenaz, Amalech. Et Iudin genuit Tenaciſ, Ieruebemas, Baſſemem, Rugil. Et filij Rugil, Naiſar, Samaſa. Et Elibeema genuit Aux, Ioollam, Coro. Manem genuit Tenetde, Thenatela. Iacob autem accepit ſibi mulieres filias Laban Aſiri, Lian, & Rachel, & duas concubinas, Ballan, & Zelpham. Et peperit ei Lia Ruben, Simeon, Levi, Iudam, Iſa-char, Zabulon, & Dinam ſororem eorum. Rachel autem enixa eſt Ioseph, & Benjamin. Bal-lam peperit Dan, & Neptaliſm. Et Zelpha peperit Gad, & Aſſer. Hi filij ſunt Iacob xlii. & Una filia. Et habitavit Iacob in terra Chanaan, & Dinam filiam eius rapuit Sycem, fi-
lius

lius Emor Corres, & humiliavit eam. Et in-
 gressi sunt filij Iacob Simeon, & Leui, & in-
 terfecerunt omnem civitatem eorum in ore gla-
 dij, & Dinam sororem suam acceperunt, &
 exierunt inde. Et postea accepit eam in uxorem
 Iob, & genuit ex ea XIII filios, & VI filias,
 id est, VII filios, & III filias antequam per-
 cuteretur in passione, & postea VII filios &
 III filias, quando saluus factus est. Et hac no-
 mina eorum, Elphac, Ermoe, Diasat, Philias,
 Diffar, Zellud, Thelon, Et filia eius, Meru, Li-
 taz, Zeli. Et sicuti fuerunt nomina priorum,
 sic & novissimorum. Iacob autem & XII filij
 eius habitauerunt in terra Chanaan, & ode-
 rant fratrem suum Ioseph, quē & tradiderunt
 in Aegyptum Petephre principi cocorum Pha-
 raonis, & fuit apud eum annos XIII. Et fa-
 ctum est posteaquā vidit somnium rex Aegy-
 pti, & nunciauerunt ei de Ioseph, & soluit ei
 somnia. Et factū est postquā soluit ei somnia
 fecit eum Pharaon principem super omnem ter-
 ram Aegypti. In illo tempore facta est fames
 super omnem terrā, sicut dyndicauerat Ioseph.
 Et descenderunt fratres sui emere escas en Ae-
 gypto, quoniam tantummodō in Aegypto erāt
 esca. Et cognovit Ioseph fratres suos & agni-
 tus est eis, & non malignatus est cum eis. Et
 misit, & vocavit patrem suum de terra Cha-
 naan, & descendit ad eum. Et hac sunt nomi-
 na

na filiorum Israël, qui descenderunt in Aegyptum cum Iacob, unusquisque in domo sua. Filij Ruben, Enoc, & Phallut, Asrom & Carmin. Filij autem Simeon, Namuel, & Iammet dot, & Iacim, Esaul filius Canantidis. Filij vero Leui, Gerson, Caat, & Merari. Nam filij Iuda, Anna, Selon, Phares, Zarami. Filij autem Isachar, Tola, & Phua, Iob, & Sombram Filij vero Zabulon, Sarelon, & Iasillil: & Dina soror eorum peperit XIIII. filios, & VI. filias. Et ha sunt generationes filiorum quas peperit Iacob. Omnes anima filiorum & filiarum LXXII. Filij autem Dan, Vsinam. Filij Neptalim, Betzal, Ncemmu, Surem, Optisarielet. Ha generationes Balle, quas peperit Iacob. Omnes anima VIII. Nam filij Gad, Sariel, Sua, Visui, Mophat, & Sar. Soror eorum filia Seriebel, Melchiel. Ha sunt generationes Zelpha mulieris Iacob quas peperit ei: & omnes anima filiorum & filiarum numero X. Et filij Ioseph, Ephraim, & Manassen. Benjamin vero genuit Gela, Esbel, Nanubal, Abocmephec, Vtundens. Et ha sunt anima quas peperit Rachel Iacob XIIII. Et descenderunt in Aegyptum, & habitauerunt ibi annos CCX. Et factum est post recessum Ioseph, multiplicati sunt filij Israël, & creuerunt valde. Et surrexit rex alius in Aegypto, qui non nouerat Ioseph, & dixit populo suo: Ecce populus iste multiplicatus est
magia

magis quàm nos: Venite, consilium habeamus
 aduersus eum, Et non multiplicetur. Et iussit
 rex Aegypti omni populo suo dicens: Omnem
 filiũ, qui natus fuerit Hebraeis, in flumen abij-
 cite, nam feminas visificate. Et responderunt
 Aegyptij regi suo, dicentes: Masculos eorum in-
 terficiamus, & feminas eorum seruemus, Et
 eas nostris demus seruis in uxores, & erit qui
 natus fuerit ex eis seruus, & seruiet nobis: &
 hoc est, quod pessimum visum est coram domi-
 no. Tunc seniores populi congregauerunt populu
 cum planctu, & planxerunt cum luctu, dicen-
 tes: quoniam ei op passa sunt viscera mulierum no-
 strarum fructus, noster inimicis nostris tradi-
 tus est, & nunc deficimus. At cõstituiamus ne-
 bis terminos, Et non appropinquetur mulieri
 sua vir, ne fructus ventris earum contamine-
 tur, & viscera nostra idolis seruiat: melius est
 enim sine filiis mori: donec sciamus quid faciet
 Deus. Et respondit Aiam, & dixit: celerius
 est, Et in victoria minuatur seculũ aut immen-
 surabilis mundus concidat, aut cor abyssus astra
 contingat, quàm genus filiorum Israël minore-
 tur. Et erit cum impletum fuerit testamentũ,
 quod disponens Deus locutus est ad Abraham, di-
 cens: Habitando habitabunt nati tui in terra
 non sua, & in seruitutem redigentur, & affla-
 gentur, annis cccc. Et ecce ex quo inuentus
 est sermo Dei, quem dixit ab Abraham, sunt
 anni

anni CCCL. Ex eo quod nos in Aegypto serui-
 mus annis sunt CXXX. Nunc ergo non permane-
 bo in his, qua vos determinatis. sed ingrediens
 mulierem meam accipiam, & faciam filios. Et
 amplificemur super terram. Non enim perma-
 nebit Deus in ira sua, nec semper obliviscetur
 populi sui, neque genus Israël in vanum projici-
 et super terram nec in vanum disposuit testa-
 mentū patribus nostris: & cum adhuc non esse-
 mus, de his tamen locutus est Deus. Nunc ergo
 iens accipiam mulierem meam, & non acquie-
 scam praeceptis regis: etsi rectum est ante oculos
 vestros, ita faciamus omnes. Erit enim cum co-
 cipiant mulieres nostra non agnoscuntur tan-
 quam in utero habentes, quousque compleantur
 menses tres, sicut et fecit mater nostra Thamar:
 quia non fuit cōsistum eius in fornicatione. si d-
 nolens recedere de filiis Israël. recogitans dixit:
 Melius est mihi socero meo cōmixta mori, quā
 Gentibus cōmisceri, & abscondit fructū ven-
 tris sui usque ad tertium mensem: tunc enim a-
 gnita est. & iens et interficeretur, statuit hoc,
 dicens: Cuius est hac virga, & hic anulus, &
 mclotis, de eo concepi. Et salvavit eam consiliū
 eius, de omni periculo. Nunc ergo faciamus &
 nos sic. Et erit cum completum fuerit tempus
 parturitionis, si potuerimus non projicemus
 fructum ventris nostri. Et quis sciet, si pro hoc
 zelabitur Deus, et liberet nos de humiliatione
 nostra

nostra? Placuit Verbum ante conspectum Dñi
quod cogitavit Anra. & dixit Deus: Eò quòd
placuit ante conspectum meum cogitatio An-
ra, & non dissipauit testamentum meum, in-
ter me & patres eius dispositum, & ideo ecce
nunc quod genitum fuerit ex eo, mihi seruiet
in aeternum, & per eum faciam mirabilia in
domo Iacob, & faciam per eum signa & prodi-
gia populo meo, quæ non feci ulli, & faciam in
eis gloriã meam, & annuntiabo eis vias meas.
Ego Deus incendam pro eo lucernam meã, quæ
habitabit in eo, & ostendam ei testamētũ meũ,
quod non vidit ullus, & patefaciam ei super
excellētiã meam, & iustitias & iudicia, &
lumen sempiternum luceam ei. quoniam pro eo
cogitavi in antiquis diebus, dicens: Nō erit me-
diator spiritus meus in hominibus his in sem-
piternum, eò quòd sunt caro: & erunt dies eo-
rum anni c x x. Et profectus est Anra de tri-
bu Leuì. & accepit uxorem de tribu sua. & fa-
ctum cū acceperat eam, imitati sunt eum ca-
teri, & acceperunt uxores suas. Huic autem e-
rat vnus filius, & vna filia, & nomen eorum
Aaron, & Maria: & spiritus dei incidit in
Mariam nocte, & vidit somnium, & enarra-
uit parentibus suis mane, dicens: Vidi in hac
nocte, & ecce vir stabat in veste byssina, & di-
xit mihi: Kade, & dic parētibus tuis: ecce quod
nascetur de vobis in aquam projicietur, quoniã
per

per eum aqua siccabitur. & faciam per eum signa, & saluabo populum meum, & ipse ducatū eius ager semper. Et cum enarrasset Maria somnium suum non crediderūt ei parentes eius. Verbum autem regis Aegypti inualefcebat cōtra filios Israël, & humiliabātur aggrauati in opere laterum. Iochebeth autē concepit de Anna, & abscondit eum in utero suo per tres menses: non enim poterat amplius calare eum, quia rex Aegypti praposuerat principes locorum, & quando parerent Hebrææ, statim in flumē projicerent masculos eorum: & accepit infantem suum, & fecit ei tybin de cortice arboris pini, & posuit tybin in os fluminis. Ipse autem puer natus est in testamento Dei, & in testamento carnis eius. Et factum est ut projicerent eum, congregati omnes presbyteri, altercabantur cū Anna, dicentes: Nōne ij erāt sermones nostri, quos locuti sumus, dicentes: Melius est nobis sine filijs mori, quā fructus ventris nostri in aquis projiciantur? Et hac dicentibus illis, non obaudiebat Anna. Filia autem Pharaonis descendit lauare in flumine, secundū quod in somnis viderat, & viderunt ancilla eius tybin, & misit unam, & accepit, & aperuit eam. Et ut vidit puerum, & dum vidisset in Zaticon, hoc est, in testamentū carnis dixit. De filijs Hebræorum est. Et sumpsit, & nutriuit eum, & factus est ex filiis, & cognominauit nomen eius: h Mosēs.

Moses. Mater autem eius vocavit eum Melchil. Et nutritus est infans, et gloriofus factus est super omnes homines. Et liberavit per eum Deus filios Israël, sicut dixerat. Rege autē Aegyptiorum mortuo, lenavit se alius rex, Et afflixit omnem populum Israël. At illi clamaverunt ad Dominum, Et exaudivit eos. Et misit Moysen, Et liberavit eos de terra Aegyptiorum. Misit quoq; Deus super eos decem plagas, Et percussit eos. Ha autem erant plaga, id est, sanguis, Et rana, grando, Et mors inmentorum, locusta, Et cynifes, Et intractabiles tenebra, Et mortalitas primitivorum. Et dum exissent inde, Et proficiscerentur, adhuc obturatum est cor Aegyptiorum, Et apposuerunt, persequi eos, et invenerunt eos iuxta mare rubrum. Et clamaverunt filij Israël ad dominum suum, et dixerunt ad Moysen, dicentes: Ecce nunc advenit tempus perditionis nostrae: mare enim ante nos, et multitudo inimicorum, post nos est, Et nos in medio. Ob hoc nos eduxit Deus, aut hac sunt testamenta quae disposuit patribus nostris, dicens: Semini vestro dabo terram quam vos habitatis, Et nunc quod placitum est ante conspectum suum, faciat in nobis? Tunc considerantes metum temporis sui Israël, in tres divisiones consistorum diviserrunt sententias suas: nam tribus Rubem, Et tribus Isachar, Et tribus Zabulon, et tribus Simeon dixerunt: Venite mittamus nos in mare.

Melius

Melius est enim nos in aqua mori, quàm ab inimicis occidi. Tribus autem Gad, & tribus Asser, & tribus Dan, et Neptalim dixerunt: Nò, sed reuertamur cum eis, et si voluerint nobis donare vità, seruiemus eis. Nam tribus Levi, et tribus Iuda, et Ioseph, et tribus Benjamin dixerunt: Non sic, sed accipientes arma nostra pugnemus cū eis, et erit Deus nobiscū. Exclamavit et Moses ad Dominum, et dixit: Domine Deus patrū nostrorum, nōne tu dixisti ad me: Vade, et dic filijs Lià, misit me Deus ad vos: Et nūc ecce adduxisti populū tuum ad labiū maris et inimici persecuti sunt post eos, et tu Domine memor esto nominis tui. Et dixit Deus: Quoniā exclamasti ad me, tolle virgā tuam, et percutite mare, et siccabitur. Et faciente hac omnia. Mose, cōminatus est Deus mari, et siccatum est mare: et steterūt maria aquarū, et appaernerūt profunda terra, et denudata sunt fundamenta habitationis à stridore timoris Dei, et ab inspiratione ira Domini mei. Et pertransiuit Israël per succū in medio mari: et viderūt Aegyptij, et apposuerūt persequi eos, et Deus obduravit sensum eorū, et nō scierūt quoniā in mare ingrederetur. Factū est dū Aegyptij esset in mari, adiecit Deus precipere mari, et dixit ad Moysen: Appone adhuc percutere mare, et fecit sic: et pcepit dominus mari, et reuersum est in fluxus suos, et cooperuit Aegyptios, et currus, et equites ebrū.

h 2

Popu

Populum autem suum deduxit in eremū: quadraginta annis pluit de cælo panem, & origometram adduxit eis de mare, et puteum aqua consequentis eduxit eis. In columna autem nubis per diem deducebat eos, & in colūna ignis per noctem lucebat eis. Et in mense tertio profecti sunt filiorum Israël de terra Aegypti. Venerunt in eremum Sina. & memoratus est deus verborum suorum, & dixit: Dabo lumen mundo, & illuminabo inhabitabilia, & disponā testamentum meum cum filiis hominum, & glorificabo populum meū super omnes gētes, in quē eyciam excelsa sempiterna, quae eius erunt in lumine, impijs vero in punitionem. Et dixit ad Moſen: Ecce ego vocabo te crastina die, esto paratus. & dic populo meo: Tribus diebus non aſcēdat vir ad mulierē, & tertia die loquar ad te, & ad eos, & postea aſcēdes ad me, & dabo verba mea in ore tuo, & illuminabis populum meū in eo quod dedi in manus tuas, legē sempiternā, & in hac omnē orbē iudicabo: Erit enim hac in testimonium. Si enim dixerint homines: Nō scivimus te, et ideo nō servavimus tibi, propterea hoc vindicabo in eis, quoniā non cognoverunt legē meam. Et fecit Moſes quae praecepit ei Deus, & sanctificavit populos. & dixit ad eos: Estote parati in tertium diē. quoniam post tres dies disponet Dominus testamentum suum vobiscū. Et sanctificati sunt populi. Et factum est

in

in tertio die, ecce Voces sonantiū. Et coruscantiū splendor, Et vox organorū sonabat fortiter. Pavor factus est in omni populo, qui erat in castris. Et eiecit Moses populos obuiam deo. Et ante montes ardebant ignis. Et terra tremuit, Et colles conturbati sunt, Et montes voluebantur, Et abyssi ebulliebant, Et omne habitabile movebatur, Et cæli plicabantur, Et nubes hauriebant aquam, Et flāma ignis exardeſcebāt, Et tonitrua Et fulgura frequentabāt, Et vēti Et procella strepebant, astra congregabantur, Et angeli praecurrabant, quousq; Deus poneret legē testamēti sempiterni filiis Iſraēl, Et daret præcepta aeterna quae non trāsſient. Et tunc locutus est Dominus populo ſuo omnia Verba haec, docēs: Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Deos ſculptiles non facies tibi, nec facies omne abominamentum Solis Et Luna, aut omniū ornamentorum cæli, nec omniū quae ſunt ſuper terram facies ſimilitudinē, nec eorum quae repunt in aquis, ſed ſuper terram. Ego ſum Dominus Deus tuus, Deus zelās, Et reddēs peccata dormientiū in viuos filios impiorū. ſi in vīs parentum ſuorū ambulabūt, Etq; in tertiā et quartā progeniem, faciens miſericordiam in mille generationes his qui diligūt me, et cuſtodirūt mādata mea. Non accipies nomen Domini Dei tui in Vanum, ne Via mea Vana efficiantur. Abomin

minatur enim eum Deus, qui accipit nomen e-
 ius in Ganū. Conserua diem sabbati, sanctifica
 eum. Sex diebus fac opera, septima autem dies
 sabbati Domini est. Nō facies in eo omne opus,
 tu. Et omnis operatio tua, nisi et in ea laudes
 Dominum in ecclesia presbyterorum. Et glorifi-
 ces fortem in cathedra seniorum. In sex enim
 diebus fecit Dominus cælum Et terram, et ma-
 re, Et omnia quæ sunt in eis, Et vniuersum or-
 bem, Et inhabitabilem eremiū, Et quæcunq; o-
 perantur. Et omnē dispositionē cæli, Et pausa-
 uit septima die Deus. Propterea sanctificauit
 deus septimam diē. quia requieuit in ea. Dili-
 ge patrē tuū, Et matrem tuā, Et timebis eos,
 Et tunc exurget lumen tuū, et præcipiū cælo, et
 reddet pluiā suā, Et terra accelerabit fructum
 suū. Et multorū eris dierū, Et habitabis in ter-
 ra tua, Et non eris sine filijs, quæ non deficiet
 semen tuū habitantium eā. Non machaberis,
 quia inimici tui non machati sunt in te, sed e-
 xisti in manu excelsa. Non occides, eò quod do-
 minati sunt tibi inimici tui ut occiderēt, te, sed
 vidisti mortē eorū. Non eris falsus testis, aduer-
 sus proximū tuū dicens falsum testimonium, ne
 falsum testimonium dicāt cōtra te custodes tuī.
 Non cōcupisces domum proximi tui, nec ea quæ
 habet, ne Et alij cōcupiscant terrā tuam. Et Et
 quieuit dominus loqui, populus in pauore timuit
 Valde, Et in lapidibus viderant montem ar-
 den

dentem igne, & dixerunt ad Moſen: Tu nobis loquere, & non loquatur deus ad nos, ne forte moriamur. Ecce enim hodie ſcimus, quoniam loquitur Deus homini, os ad os, & ſuius homo. Et nunc cognouimus Verè, quoniam portauit terra Vocem Deſcum tremore. Et dixit ad eos Moſes: Nolite timere, propterea enim & probaret vos Venit Deus, & recipiatis timorem eius in vos, & non peccetis. Et ſtetit omnis populus à longe. Moſes autè acceſſit ad nebulā, ſciens, quoniam ibi erat Deus: & tunc dixit ei Deus inſtitias et iudicia ſua: & detinuit eum ſecum quadraginta dies, & quadraginta noctes, & ibi ei mandauit multa, & oſtendit ei lignum Vitæ, de quo abſcidit, & accepit, & miſit in myrrha, & dulcis facta eſt aqua myrrha, & ſequebatur eos in eremo annis x l. & aſcendit in montem cum eis, & deſcendit in campos, & præcepit ei de tabernaculo, et arca domini, & de ſacrificio holocauſtomatum, & incenſorum, & de obſervatione menſis, & candelabro, & de labro, & Vaſis eius, & de hebdomade, & de logio, et de precioſiſſimis lapidibus, & faciant ſic filij Iſraël: & oſtendit ei ſimilitudinem eorum & faceret ſecundum exemplar quod viderat: & dixit ad eū: Facite mihi ſanctificationem, & erit tabernaculum gloria mea in vobis. Et deſcendit Moſes, & cum perſuſus eſſet lumine inuiſibili, deſcendit in locum ubi
b 4. lumen

lumen solis & luna est, sicut lumen faciei suae
 sicut odor solis & luna, & hoc nesciebat ipse. Et
 factum est cum descenderet ad filios Israel, viden-
 tes non cognoscebant eum. Cum autem locutus
 fuisset, tunc cognouerunt eum: & erat simile factum
 hoc, sicut in Aegypto quando cognouit Ioseph fra-
 tres suos, ipsi autem non cognouerunt eum: &
 factum est postea cum sciret Moses quoniam
 gloriosissima facta fuerat facies eius, fecit sibi
 velamen unde cooperiret faciem suam: & dum es-
 set in monte, corruptum est cor populorum, & con-
 gregati sunt ad Aaron, discētes: Fac nobis deas,
 quibus seruimus, quemadmodum habet & ca-
 tera gentes: quoniam Moses ille per quem facta
 sunt mirabilia coram nobis, raptus est a nobis: et
 dixit ad eos Aaron: Aequo animo estote, Mo-
 ses enim veniet, & appropriabit nobis iudiciū,
 & legem illuminabit nobis, & superexcellen-
 tiam Dei exponet ore suo, constituens iustitias
 generi nostro. Et hac loquente eo, non obau die-
 runt ei, ut cōpleretur verbum, quod dictum est in
 tempore quo peccauit populus adificans turrim,
 cum dixit Deus: et nunc nisi prohibeam eis, omne
 quod prauiderint sibi facere, praesument dete-
 rius. Timēs autem Aaron, quoniam virtutificati
 erant populi valde, dixit ad eos: Afferte nobis
 in aures mulierum vestrarum: & petierunt vi-
 ri unusquisque mulierem suam, & statim dederunt,
 & miserunt eas in ignem: & effigiatae sunt in fi-
 guram

guram & exiit vitulus conflatilis. Et dixit
 Dominus Moſi: Feſtina hinc, quoniam corru-
 ptus eſt populus, et prauaricatus eſt vias meas,
 quas praecepi ei. Quid ſi cōpleta fuſſent ſi onſio-
 nes, quas ſpōndis patribus veſtris, quādo dixi
 eis: Semini veſtro dabo terrā hāc, in qua habi-
 tatis? Ecce enim necdū ingreſſus eſt in terram,
 etiā portās iudiciū, & reliquerūt me: & ideo
 ſcio quia ſi ingreſſi fuerint in terrā ipſam, ma-
 iores iniquitates operabuntur: & nūc quoq; re-
 linquam eos, & conuerſus iterū cōcordabor eis,
 Et adificetur mihi domus in eis, qua & ipſa ite-
 rum deponetur, propter quod peccaturi ſunt in
 me: & erit mihi hominum genus tanquā ſtil-
 licidiū vrceſ, & tanquā ſputum aſtimabitur.
 Et feſtinās Moſes deſcēdit & vidit vitulum,
 & reſpexit in tabulas, et vidit quoniā nō erāt
 ſcriptae, & feſtinās cōfregit eas: & aperta ſunt
 manus eius, & factus eſt ſimilis mulieri par-
 turienti in primitiuiſ ſuis: qua cū tenetur in
 doloribus, & manus eius ſuper pectus illius,
 & virtus nō erit qua adiuuet partum eius.
 Et factū eſt poſt horā vnam, dixit in ſenſu ſuo:
 Non vſq; ad victoriā poſſidet amaritudo, aut
 in ſempiternū praeualeat malum. Et nunc exur-
 gam, & cōfortabo lumbos, quomodo ſi peccau-
 rūt, nō in vano erūt qua ſuſum enarrata ſunt
 mihi. Et exurgēs confregit vitulū, & miſit eū
 in aquā, & potauit populū. Et factū eſt ſi quis

habuit in voluntate sensus sui, Et perficeretur
 vitulus, abscedebatur lingua eius, si quis vero
 coactus in timore consenserat, splendebat et sanguis
 eius. Et tunc ascendit Moyses in montem, et ora-
 uit dominum, dicens: Ecce nunc tu Deus, qui
 plantasti vineam hanc, et dedisti radices eius in
 abyssum, et sarmenta eius extendisti usque ad
 sedem tuam altissimam, respice in isto tempore
 quia vinea ista emisit fructum suum, et non
 cognovit cultorem suum. Et modo si irasceris in
 vineam tuam, et eradices eam de abyssu, et are-
 facias sarmenta eius de sede tua altissima et eter-
 na, non ultra iam videret abyssus et nutriet
 eam, nec thronus tuus et refrigeret vineam tuam,
 illam quam incendiasti. Tu es enim, qui omne lu-
 men es, et domum tuam ornavisti lapidibus pre-
 ciosis, et auro, et aromatibus, et iaspide, et lignis
 balsami, et cinnamo, et radicibus myrrha, et co-
 stis. Insperxisti domum tuam, et diversis escis, et
 suavitute diversipotus saturasti eam. Si ergo
 non misertus fuerit vinea tua, omnia Domine
 in vano facta sunt, et non habebis qui te glori-
 ficet. Nam etsi aliam vineam plantaveris, nec
 haec tibi credet, eo quod priorem dissipasti. Si e-
 nim relinquens reliqueris seculum, et quis fa-
 ciet tibi quod locutus es tanquam Deus? Et
 nunc contineatur furor tuus à vinea, maius
 quod à te prae dictum est, et quod dicendum est,
 et non fiat in vano labor tuus, nec in vitibus
 di

distrakatur hereditas tua. Et dixit ei deus: Ecce misericors factus sum iuxta sermone tuos. Excide itaq; tibi duas tabulas lapideas, de eo loco unde excideras priores, & rescribe in eis iustitias quæ erant in primis. Et festinavit Moyses, & fecit omnia quæ præcepit ei Deus. Et descendens fecit tabulas, & vasa eius, & arcam, & lucernam, & mensam, & thuribulum holocaustatum, & opprimidem, & logion, & lapides preciosos, & labrum, & bases, & omniaq; quæ ei ostensa sunt. Et composuit vniuersa vestimenta sacerdotum, præcinctoriam quoq; & ceteras, & citharam, & laminam auream, & coronam sanctam, & oleum unctionis sacerdotum, & ipsos sacerdotes sanctificauit. Et completis omnibus, vniuersos eos operuit nubes. Tunc exclamauit Moyses ad Dominum, & locutus est ei Deus de tabernaculo, dicens: Hac est lex thuribilibi in qua immolabis mihi, & exorabis pro animabus vestris. De his autem ex quibus offeretis mihi, offerte de pecoribus vitulum, & ouem, & capram: nam de anibus turturem, et columbam. Et si facta fuerit in terra vestra lepra, & erit vir purgetur leprosus, accipiant domino duos pullos vnos, & lignum cedrinum, & hyssopum, & coccinum, & accedet ad sacerdotem, & occidet vnum, vnum autem seruet, & statuet leprosum in omnibus quæ præcepi in lege mea. Et erit cum obuiauerint vobis tempora

sancto

sanctificabitis me in die festivitatis, et incensabimini in conspectu meo in festivitate Azymorum, & constituetis in conspectu meo panem celebrantes festivitatem memorialem, quia in ea die existis de terra Aegypti. Et in festivitate hebdomadis, constituetis ante conspectum meum panem, & facietis mihi oblationem pro fructibus vestris: Nam festivitas psalmingarum in oblationem erit pro speculatoribus vestris, in eo quod praecepi creaturam memores sitis totius orbis, per initia. Ostendentibus vobis, agnoscam numerum mortuorum; & natorum per ieiunium misericordiae. Ieiunabitis enim mihi pro annis vestris, ut compleantur sponsiones patrum vestrorum. Et festivitatem scenophagia afferte mihi, & accipietis mihi fructum ligni speciosum, & rami palmæ, & salicis, & cedrum & ramos myrrhae: & memor ero in pluvia totius terræ, & constituetur modus temporum, & constituantur astra, & precipia nubibus, & sonabunt venti, et percurrent coruscationes, et erit turbo tonitruum, & hoc erit in signum sempiternum. Et rores dabunt noctes, sicut locutus sum post diluvium terræ. Tunc precepit ei de anno vita Noë, & dixit ad eum: Hi sunt anni quos disposui post hebdomadas in quibus visitari civitatem hominum, in quo tempore ostendi eis locum generationis, et colorem. Et dixit: Hic locus est quem docui protoplastum, dicens: Si non transgredie-

ris qua tibi mandassi, omnia sub te erunt. Ille autem transgressus est vias meas, et suavis est de muliere sua, et hac seducta est de colubro. Et tunc constituta est mors in generationes hominum. Et adiecit Dominus adhuc ostendere vias paradisi, & dixit ei: Hac sunt qua perdidērūt homines, non ambulantes in eis, quoniam peccauerunt in me. Et praecepit ei Dominus de saluatione animarum populi, & dixit: Si in vijs meis ambulauerint, non relinquam eos, sed miserebor eis semper. & benedicam semen eorum & festinabit terra dare fructum suum, et pluuia erit eis in lucrificationem, et non sterilizabit. Sciens autem scio, quoniam corrūpent vias suas, et relinquam eos, et obliuiscuntur testamenta qua disposui patribus eorum, et ego tamen non in sempiterno obliuiscar eos. Ipsi enim scient in nouissimis diebus, quoniam pro peccatis eorum derelictum est semen eorum, quia fidelis sum in vjs meis. Tūc dixit ad eum Deus: Incipe inspicere plebem meam à x x. annis, et supra & sūe ad x l. annos ut ostendam nationibus vestris, quantum annuntiaui patribus eorum in terra aliena. Quomodo quinquagesima parte eleuaui eos de terra Aegypti, quadraginta autem et nouem partes mortua sunt in terra Aegypti. Dum insisteris eo, et cum inspexeris, scribe numerum eorum, donec adimpleam omnia qua locutus sum patribus eorum,

et do

Et donec constituam eos in terra sua confitebor:
 quia nullum Verbum de quibus locutus sum
 patribus eorum minueram, ex his quæ dixi est.
 Semen Vestrum tanquam stellæ cæli erit in mul-
 titudine. In numero ingredientur in terram, et
 in modico tempore sine numero efficiuntur. Et
 tunc descendit Moyses, Et numeravit eos, Et e-
 rat numerus plebis DCIIIMDL. Plebem
 autem Leui non dinumeravit cum eis, quoniam
 sic præceptum erat ei, sed enumeravit eos qui su-
 pra L. annos erant. Quorum numerus erat
 XLVIIMCCC. Et dinumeravit adhuc qui
 infra viginti annos, et factus est numerus eorum
 DCCCLMCCCL. Et tribum Leui perspexit,
 Et factus est omnis numerus eorum CXXC-
 XDDCXXCDDCCCC. Et nuntiavit Mo-
 ses numerum eorum Deo. Et dixit ad eum Deus: Hæc
 sunt sermones quos dixi patribus eorum in terra
 Aegypti, et posui numerum in annis CCX. O-
 mnibus qui viderunt mirabilia mea. Et factus
 est numerus omnium novies millies decem mil-
 lia, ducenties nonaginta Et quinq; millia ho-
 minum, præter mulieres. Et mortificavi omnem mul-
 titudinem eorum, quia non crediderunt mihi. Et
 superflua quinquagesima pars de eis, Et sanctifi-
 cavi eos mihi. Propterea præcipio generationi
 plebis meæ, Et dent mihi decimationes de fructu
 etibus suis, Et sit in conspectu meo in memoriam
 quantos labores abstuli ab eis. Et Et descendit
 Moyses

Moses, et annūtiavit plebi hac, ploraverunt et laceraverunt, & habitaverūt circa eremū annis duobus. Et misit Moses exploratores explorare terrā duodecim viros: sic enim ei praeceptum erat. Qui ut ascenderunt, & conspexerunt terram, reversi sunt ad eum, & deposuerunt fruges de fructibus terra. & contribulaverunt cor populi, dicentes: Non poteritis hareditare terram, quoniam ferreis veetibus clausa est a potentibus suis. Duo autem viri de duodecim non ita locuti sunt, sed dixerunt: Sicut possunt ferra dura superare astra: aut sicut vincunt arma coruscationes, aut extinguuntur tonitrua a volatilibus, sic poterunt isti repugnare Domino. Videbant enim quoniam in ascensu eorum coruscationes lucebant astrorum, & sequebantur tonitrua cōsonantia eis. Et hac nomina eorum. Chaleb filius Ieffone, filij Beri filij Batuel, filij Galupha, filij Cenem, filij Selnum, filij Selon, filij Ride. Secundus, Iesus filius Naue, filij Elephat, filij Gal, filij Nephelien, filij Emon, filij Saul, filij Dabra, filij Effrem, filij Ioseph. Plebs autem non audierunt vocem duorum, sed conturbati sunt valde, & locuti sunt discantes: Nunquid hac sunt verba, qua locutus est Deus, dicens: Inducam vos in terram fluentem lacte & melle? Et quomodo nunc eleuat nos, ut incidamus in rhōphaā, et mulieres nostraverunt in captivitatem? Et his dictis.

subi

subito apparuit gloria Dei, et dixit Moysi: Si
perseuerat populus, et omnino non exaudiat me.
Ecce nunc in vano non erit cogitatio qua exi-
iuit de me, pramittam angelum ira mea in i-
psos, et contribulet corpora eorum igni in ere-
mo: ego autem mandabo angelis meis, qui custo-
diant eos, et non rogent pro eis, quia animas eo-
rum includam in thesauros tenebrarum, et di-
cam servis meis patribus eorum: ecce hoc est semen
cui locutus sum, dicens: Adueniet semen Ve-
strum in terram non suam, et gentem cui ser-
uierit ego iudicabo, et compleri verba mea, et
etabesci inimicos eorum, et subieci angelos sub
pedibus eorum, et nubem posui in tabernaculu
capitis eorum, et precepi mari, et disruptis an-
te faciem eorum abyssis steterunt muri aqua-
rum. Et nihil simile factum est verbo huius, ex
qua die dixi: Congregentur aqua sub caelo in lo-
cum unum, etque in hunc diem, et eduxi eos. I-
nimicos autem eorum interfeci, et adduxi eos
in conspectu meo etque ad montem Sina. Et in-
clinavi caelos, et descendi incendere lucernam
populo meo, et creatura ponere terminos. et do-
cui eas, et facerent mihi sanctimonia, et habi-
tarem in eis, ipsi autem dereliquerunt me, et in-
creduli facti sunt verborum meorum, et ena-
nuit sensus eorum. Et nunc ecce veniet dies, et
faciam eis sicut voluerunt, et corpora eorum de-
ciam in eremo. Et dixit Moyses Nunquid ante
quam

quàm semen acciperes, quo hominē faceres super terram, ego constitutus vias eorum? Et ideo nunc sustineat nos misericordia tua & usq; in finem, & pietas tua in longitudinem dierum. In tempore illo praecepit illis de fimbribus & tunc re-titit Choreb, et ducenti viri cum eo, & locuti sunt, dicentes: Quid si ponitur nobis lex insufferibilis? Et iratus est Deus, & dixit: Ego praecepi terram, & dedi mihi hominem, & nati sunt & in primis duo filij: & surrexit maior & occidit minorem, et festinans terra deglutiuit sanguinem eius, ego autem expulsi Cain, & maledixi terram, et locutus sum Sion, dicens: Non adijcias ut deglutiās sanguinem, et nunc fortiter contaminata sunt cogitationes hominum. Ecce ego praecepio terram, & deglutiet corpus & animam pariter, & erit habitatio eorum in tenebris, & in perditione, & non morientur, sed tabescent, quousq; rememorabor seculi, et ero innotans terram, & tunc morientur et non viuent, & auferetur vita eorum de numero omnium hominum, & non respiciet eos infernus vltra, & perditio eorum non rememorabitur, & erit exitus eorum sicut tribus gentium, quarum dixi non memorabor, id est, castra Aegyptiorum, & gentem quam perdidam aqua diluuij, & deglutiet eos terra, & non adijciam amplius. Et loquēte Mose omnia Verba haec populo, adhuc dissidens erat Choreb, &

Et Viri eius: ei misit Choreb conuocari septuaginta
 filios suos, qui non fuerunt cum eo in consilio.
 Illi autem mandauerunt ei dicētes: Sicut ima-
 ginem non ostendit pictor per artem, nisi ante
 doctus fuerit, ita nos legem fortissimi accipien-
 tes, qua docet nos vias eius, non intrabimus
 in eas, nisi et in eis ambulemus. Pater nos non
 genuit, sed fortissimus nos plasmauit: Et nunc
 si ambulauerimus in vijs eius, erimus filij sui.
 Si autem tu diffidens es, ingrediere via tuam:
 Et non ascenderunt ad eum. Et factum est post
 hac aperta est terra coram ipsis, Et miserunt
 ad eum filij eius dicentes: Si adhuc inflat fu-
 ror tuus, quis te adiuuabit in die perditionis
 tua? Et non audiuit eos, Et aperuit terra os
 suum, Et deglutiuit eos, Et domos eorum. Et
 motum est quater fundamentum terra, Et de-
 glutiret homines, sicut praeceptum fuerat ei. Et
 suspirauit post hac Choreb, Et synagoga esus:
 quousque redderetur firmamentum terra. Sy-
 nagoga autem plebis dixerunt Mosi. Non pos-
 sumus manere in Syna loci huius. Unde glaci-
 tus est Choreb, et Viri eius. Et ille dixit ad eos.
 Tollite de gyro eorum tabernacula vestra, nec
 coniungamini peccatis eorum. Et fecerunt sic.
 Tunc ostensum est genus sacerdotale in electio-
 ne tribus, Et dictum est Mosi: Accipe per duode-
 cim tribus singulas virgas, Et pone eas in
 tabernaculo, Et tunc ad quem locuta fueris,

via mea, isum virga florebit. Et auferam mur-
 murationem de populo meo. Et fecit sic Moses,
 Et posuit XII. Virgas, Et processit virga Aa-
 ron, Et protulit florem, Et fecit semen amy-
 gdali. Erat autē illa similitudo qua tunc nata
 est, similis operi quod operabatur Israel, dum
 esset in Mesopotamia apud Laban Syrum:
 quando tulit Virgas amygdalinas, Et posuit
 eas in congregationem aquarum, Et Venie-
 bant pecora bibere, Et dividebantur per Vir-
 gas decoratas, Et pariebant albos hēdos, Et
 guttis aspersos, Et Varios. Propterea similis
 facta est synagoga populi gregi cuius, Et si-
 cut pariebant pecora secundum amygdalinas
 Virgas, sic constitutum est sacerdotium per Vir-
 gas amygdalinas. In illo tēpore interfecit Mo-
 ses Seon Et Og reges Amorraeorum, Et here-
 ditauit omnem terram eorum populo suo, et ha-
 bitauerunt in ea. Balac autem erat rex Moab,
 inhabitans contra eos, Et timuit Valde, Et mi-
 sit ad Balaam filium Beor interpretem som-
 norū, qui habitabat in Mesopotamia. et man-
 dauit ei dicens: Ecce ego scio, quomodo in regno
 patris mei Ephraim, cum expugnarent eum A-
 morrhæi, maledixisti eos, Et traditi sunt in
 conspectum eius: Et modo Veni, Et maledic po-
 pulum istum quoniam multus est super nos, et
 honorificabo te nimis. Et dixit Balaam: Ecce
 placuit Balac, Et nescit quoniam non ita est con-
 silium

silium Dei, sicut consiliū hominis. Ipse autem non nouit, quoniā spiritus qui nobis datus est, in tempore datus est: Via autē nostra non sunt directā, nisi uelit Deus. Et nunc expectate hic, & Videbo quid mihi loquatur dominus in hac nocte. Et dixit ad eū Deus per noctē: Qui sunt Viri, qui uenerunt ad te? Et dixit Balaam: Ut quid Domine tentas genus hominū? Hi ergo non possunt sustinere, quoniā tu plus scis quā habentur in seculo, antequā fundares illud. Et nunc illumina seruum tuum, si rectum est & proficiscar cum eis. Et dixit ad eam: Nonne de hoc populo locutus sum Abraha in uisib. dicens: Erit semen tuum tanquā sydera caeli, quando leuauis eum super firmamentum, & ostendi ei omnium astrorum dispositiones, & filiū eius petij in holocausto matris? & adduxit eundē & componeretur in sacrario, ego autē reddidi eum patri suo. Et quia non contradixit, facta est oblatio eius in conspectu meo acceptabilis, et pro sanguine eius elegi istos. Nonne de hoc dixi, ego reuelabo Abraha omnia quae ego facio? Et Iacob cum luctaretur in puluere cum angelo, quous stabat super bymnos, non dimisit eum donec benediceret illum? Et nunc ecce tu cogit, ut proficisci cum eis & maledicas quos elegi? Quid si maledixeris eos, quis erit qui benedicet te? Et surrexit Balaam mane, & dixit: Proficiscimini uiam uestram, quoniam non uult me Deus

Deus

Deus. Venire vobiscum. Et profecti sunt, et re-
tulerunt Balac quæ dicta fuerat de Balaam. Et
adsecit Balac mittere alios viros ad Balaam,
dicens: Ecce ego scio, quoniam cum offeras Deo
holocaustum, reconciliabitur deus hominibus.
Et nunc appone adhuc, et petas à Domino tuo,
Et roges in holocaustis quæcumque voluerit. Quod
si forte propiciabitur malis meis, habebis mer-
cedem tuam, tum et Deus accipiet oblationes suas.
Et dixit ad eos Balaam: Ecce insipiens est filius
Ephor, Et nescit quoniam inhabitat in gyro mor-
tuorum, et nunc expectate hac nocte, Et vide-
bo quid imbricabit Deus. Et dixit ad eum Deus
Vade cum eis, et erit virtutis in scandalum, Et
ipse Balac erit in perditionem. Et levavit se ma-
ne, et profectus est cum eis, et venit asina eius
in itinere eremi, Et vadit angelum, et aperuit
oculos Balaam, et vidit angelum, Et adoravit
eum in terra. Et dixit ad eum angelus: Festina
et vade, quia quæ dixeris fient ei. Et venit in
terram Moab, Et edificavit sacrarium, Et ob-
tulit oblationes. Et cum vidisset partem populi,
non permansit in eo spiritus Dei: et tulit para-
bolam eius, et dixit: Ecce adduxit me Balac ad
montem dicens: Veni irruere in ignem hominum isto-
rum, quæ aqua extinguant, non sustineo, ignem
verò qui absorbet aquam, quis sustinebit? Et
dixit illi, facilius est tollere fundamenta, Et
omne fastigium eorum, et extinguere lumen
solis,

solis, et intenebriscare lumen luna, quā qui con-
 luerit eradicare plantaginē fortissimi, aut enā
 terminare vineā eius. Et ipse nesciuit quoniā
 ideo elatus est sensus eius, et festinet perditio
 eius. Ecce enim video hereditatem quam osten-
 dit mihi fortissimus in nocte, et ecce dies ve-
 nient, et admirabitur Moab quā accidit ei,
 quoniam voluit Balac muneribus persuadere
 fortissimū, et pecunijs emere dogma. Nonne
 oportebat te interrogare, quā misit in Pharaō-
 nē, et in terram eius propter quod voluit in ser-
 vitutē redigere eos? Ecce vineā obubrāns in de-
 siderio multo, et qui zelabitur quoniā nō mar-
 cescit. Si autē quis dixerit in consilio suo, qua-
 niā in vano laboravit fortissimus, aut superflue
 elegit eos, ecce nunc video salutem liberationis
 quā futura est. Et continēs eos retineo in sonis
 vocis meae, et non possum dicere quā video oculis
 meis: quia medicū mihi superest sancti spi-
 ritus, qui manet in me, quomodo cognoui, et per
 quod suāsus sum à Balac, perdidī tēpus vitæ
 meae: ecce adhuc video hereditatē dissolutionis
 populi huius, et splendet super splendore fulgu-
 rum lumen eius, et leuior cursus eius sagittis.
 Et veniet tēpus: et suspiravit Moab, et infirmi
 erunt scruiētes Cham: qui hac cogitauerunt
 super eos, Ego autem stridebo dentibus, pro eo
 quod deductus sum, et transgressus sum quā
 dicta sunt ad me nocte. Et prophetia mea ma-
 nifest

nifesta permanebit, & Verba mea vivunt, & sapientes & intelligentes Verba mea memorabuntur, quoniam ego cum maledixi perij, benedixi autem, & non sum benedictus, Et hac dicēs tacuit. Et dixit Balac: Fraudavit te deus tuus multorum munerū meorum. Et tunc dixit ad eum Balaam: Veni, et consiliemur quid facias eis. Elige speciosas mulieres, quae sunt in nobis, & quae in MaZia, & statue eas ante eos, nudas, & ornatas auro, & lapidibus preciosis, et erit cum viderint & concubuerint cum illis peccabunt Domino suo, & incident in manus vestras, quia aliter expugnare eos non potes. Et his dictis, avertit se Balaam, & reversus est in locum suum. Et post hac seductus est populus post filias Moab: fecit enim Balac omnia quae ostendit ei Balaam. Et in tempore illo occidit Moyses populos, & media spolia eorum divisit populo, & cepit manifestare eis Verba legis, quae locutus est eis in Ore Dei, & locutus est ad illos dicens: ecce ego dormio cum patribus meis, & eam ac populum meum: Nunc autem quia surgentes relinquetis disposita vobis per me Verba, & irascetur Deus in vobis, & derelinquet vos, & discedet de terra vestra, & adducet super vos odientes vos, & principabuntur vobis non usque in finem, quia memorabitur testamenti quod disposuit ad patres vestros. Tūc

i 4 autem

autem et Vos, et filij Vestri, et omnes generationes Vestra resurgent post Vos, et quarēt diem mortis meae, et dicent in corde suo: Quis dabit nobis pastorem Vnū sicut Moyses, aut iudicem tanqua filijs Israel, qui in omni tempore oret pro peccatis nostris, et exaudiatur pro iniquitatibus nostris? Ego autem hodie testor Vobis: cælum et terram: quia cælum hoc audiet, et terra perspiciet auribus: quia Deus reuelabit finem orbis, et Vobiscum disponat super excelsa sua, et incendiens in Vobis sempiternam lucernam, et recordabimini iniqui. Cū autē locutus sum Vobis, respondistis Vos dicētes: Omnia quae locutus est nobis Deus, faciemus et audiemus. Si autem transgressi fuerimus, aut corrumperimus vias nostras, Vocabis super nos testem, et abscidet nos. Scitote autem quoniam panē angelorum manducastis XL annis, et nunc ecce ego benedico tribus Vestras, antequam finis meus Veniat. Vos autem scitote laborē meum quem laboravi Vobiscum, ex quo ascēdistis de terra Aegypti. Et his dictis, locutus est ad eū deus tertio dicēs: Ecce tu proficisceris dormire cū patribus tuis. Exorget autē populus hic et requiset me. Et obliuiscetur legē meā in qua illum minavi eum et relinqū ad tēpus semē eorum. Tibi autem ostendam terram priusquam moriaris, sed non ingredieris ibi in hoc seculo, ne videas sculptilia in quibus incipiet populus hic

hic implari et denari. Demonstrabo tibi locum, in quo mihi seruiet annos DCCXI. et post hec tradetur in manus inimicorum suorum, et demolientur eum, et circumdabunt eum alie nigenae: et erit in illa die secundum diem illu in quo cotruis tabulas testamenti quas disposui ad te in Oreb, et peccantibus illis, euolauit ex eis quod erat scriptum. Dies autē erat septima decima mensis quarti. Et ascendit Moses in montem Oreb sicut praeceperat ei Deus, et orauit dicens: Ecce ego quidem complens tempus uita mee, et complens annos CXX. Et nūc peto, misericordia tua cum populo tuo, et miseratione tua cum hereditate tua solidetur domine, et longanimitas tua in loco tuo super electionis genus, quonia tu pra omnibus dilexisti eos. Et tu scis quoniam ego eram pastor ouiu, et cū pascerem gregem in eremo, adduxi eos &sq; in montem tuum Oreb, et tunc primū uidi angelum tuum ignitum de rubo, tu autē uocaſti me de rubo, et ego timui, et declinaui faciem meā, et misisti me ad eos, et liberaſti eos de Aegypto: inimicos autem eorum demersisti in aquam, et dedisti eis legem et iustitias in quibus uiuēt. Quis est autē homo qui tibi non peccauit? Quomodo constabiletur hereditas tua, si non misertus fueris eis? Aut quis adhuc nascetur, sine peccato? Emendabis autē eos in tempore: et non ira. Tunc ostendit ei dominus terram &

omnia quae sunt in ea, & dixit: Haec est vir-
 ra quam dabo populo meo. Et ostendit ei
 eum unde eleuant nubes aquam, ad irrigan-
 dum omnem terram, & locum unde accipit
 fluminis irrigationem, & terram Aegypti,
 & locum firmamenti, unde bibet sola terra
 sancta. Et ostendit ei locum unde pluit man-
 na populo usque ad semitas paradisi. Et osten-
 dit ei mensuras sanctuarij, & numerum obla-
 tionum, & signa in quibus incipiant inspi-
 bere caelum, & dixit: Haec sunt quae prohibi-
 ta sunt generi hominum quoniam peccave-
 runt sibi. Et nunc Virga tua in qua facta sunt
 signa, erit in testimonia inter me & popu-
 lum meum. Et cum peccaverint irascar eis,
 & memorabor Virgae tuae, & parcam eis iux-
 ta misericordiam meam: & erit Virga
 tua in conspectu meo in commemorationem
 omnium dierum, & similabitur arcui in
 quo disposui testamentum ad Noë, cum exi-
 ret de arca, dicens: Dabo arcum meum in
 nubem, & erit in signum inter me & homi-
 nes ne ultra sit aqua diluvium in omnem ter-
 ram. Te autem accipiam inde & glorificabo
 te cum patribus tuis, & requiem dabo tibi in
 dormitione tua, & sepeliām te cum pace, &
 lugebunt te omnes angeli, & militia contri-
 stabuntur. Nullus autem angelorum nec ho-
 minum sciet sepulchrum tuum in quo incipies

sepeliri, donec visitem seculum. Et excitabo te et patres tuos de terra Aegypti, in qua dormie-
 ris, Et venietis simul, Et habitabitis inhabitati-
 onem immortalem, qua non tenetur in tempo-
 re. Caelum autem hoc erit in conspectu meo tam
 quam nebula currens, Et tanquam dies tran-
 sicens externus, Et eris cum appropinquaveris
 visitare orbem, iubebo annis, Et precipiam tē-
 poribus, Et breuiabuntur, Et accelerabuntur
 astra, Et festinabit lumen solis in occasum, Et
 non permanebit lumen luna, quoniam festina-
 bo excitare eos dormientes, Et quem ostendi ti-
 bi locum sanctificationis, in eo habitent omnes
 qui possunt vivere. Et dixit Moses: Si adhuc po-
 tero petere Domine de te iuxta multitudinem
 misericordiae tuae, non indigneris mihi, Et offen-
 de mihi quantae quantitas temporis transiit, et
 quantae remansit. Et dixit ad eum istic mel a-
 pex magnus momenti plenitudo Et cyathi gut-
 tum, Et omnia cōplevit tempus: quatuor enim
 semis transierunt, Et dua semis supersunt. Et
 audiens Moses repletus est sensu, Et mutata
 est effigies eius in gloria, Et mortuus est in glo-
 ria secundum os domini, Et sepelivit eum iuxta
 quod promiserat ei, Et luxerunt angeli in mor-
 te eius, Et praecedebant eum fulgura, Et lam-
 pades, Et sagitta, omnes unanimes, Et in illa
 die non est dictus hymnus militum pro recessu
 Mosi, nec fuit talis dies ex eo quo fecit Deus bo-
 minem

minem super terram, nec erit talis adhuc
 sempiternū. Ut humilietur pro hominibus
 angelorum, quoniam valde amavit eum.
 Et sepelivit eū per manus suas super excelsum
 terram. Et in lumine totius orbis. Et in tempo
 re illo disposuit Deus testamentum suum cum
 Iesu filio Naue, qui remansit de viris exploran
 tium terram: quoniam fors exierat in eos, ut non
 viderent terram, eò quòd malè locuti fuerāt de
 ea. Et propter hoc defuncta est generatio illa.
 Tunc dixit deus ad Iesum filium Naue. Vt quid
 luges et ut quid speras in vanū, cogitans quòd
 Moyses adhuc viuet? Et ideo superflue sustines
 quoniam defunctus est Moyses. Accipe vestimen
 ta sapientiae eius, Et indue te, Et Zona scientiae
 ipsius praeinge lumbos tuos, Et immutaberis,
 Et eris in virum alium. Nonne pro te locutus
 sum Moysi seruo meo, dicens: Iste duces populum
 meum post te, Et in manum eius tradam re
 ges Amorraorum? Et accepit Iesus vestimen
 ta sapientiae, Et vestiuit se, Et Zona intelligen
 tia praeinxit lumbos suas. Et factum est cum
 vestiret se ea, incensa est mens eius, Et spiri
 tus eius commotus est. Et dixit populo: Ecce pri
 ma generatio defuncta est in eremo, eò quòd
 contradixerint Deo suo. Et ecce nunc vos om
 nes duces scitote hodie, quia si proficiscimini
 in vijs Dei vestri, dirigentur semita vestra.
 Si autem non obaudieritis voci eius, Et simi
 les

les fueritis patribus vestris, corrumpetur opera vestra. Et vosipsi confringemini, Et peribit de terra nomen vestrum. Et ubi erunt verba quæ locutus est Deus patribus vestris? Nā etsi dixerunt gentes forsitan defecit Deus, quoniā non liberavit populum suum, agnoscetes tamē quod elegerit sibi plebes alias, faciens cum eis mirabilia magna, tunc intelligent quoniā personam non accepit fortissimus. Sed quia peccastis per extollētiam, ideo abstulit virtutē suam a vobis, Et subiecit vos. Et nunc exurgentes ponite cor vestrum, Et ambuletis in vijs Domini vestri, Et diriget vos. Et dixerunt ad eum populi: Ecce nos scimus hodie, quæ prophetauerūt Eldad, Et Modad, in diebus Mosi dicentes: Post requietionem Mosi, dabitur principatus Mosi Iesu filio Nane. Et non zelatus est Moses, sed gavisus est in auditu eorum: Et ex hoc crediderunt omnes populi, quoniam tu his ducatum agas, Et divides eis in pace terram: Et nunc etiam si fuerit conflictus, confortare Et viriliter age, quoniam tu solus in Israël principaberis. Et hac audiens Iesus, cogitavit Et mitteret in Iericho exploratores. Et convocavit Cenez, Et Seentamiam fratrem, duos filios Caleph, Et dixit ad eos dicens, Ego Et pater vester missi sumus per Mosē in eremo, Et ascendimus cum ceteris decem viris. Et reuertentes illi malē locuti de terra, Et dissoluerunt cor populi Et dissipat

sipati sunt ipsi, & cor populi cum eis: regem
 & pater vester soli compleximus verbum
 Domini, & ecce vivimus hodie: & nunc in-
 tam vos inspicere terram Iericho, imitantes
 patrem vestrum, & vinetis et vos. Et ascen-
 tes inspexerunt civitatem. Et ut renuntiave-
 runt verbum, ascenderunt populi, et expugna-
 runt civitatem, et incenderunt eam igni. Et
 postquam defunctus est Moses, desit manna
 descendere filiis Israël: et tunc ceperunt man-
 ducare de fructibus terra. Et hac sunt tria, qua
 dedit populo suo Deus propter tres homines, id
 est, puteum aqua myrrha pro Maria: et colum-
 nam nubis pro Aaron: et manna pro Mose. Et
 finitis his tribus, ablata sunt hac tria dona ab
 illis. Populus autem et Iesus pugnabant contra
 Amorraeos: et inualecente pugna super inimi-
 cos suos, per omnes dies Iesu consumpti sunt
 x x x . et l x . reges, qui habitabant terram.
 Et dedit Iesus in sortem terram populo, Gasei
 que tribus secundum sortes, iuxta quod prae-
 ceptum fuerat ei. Tunc accessit ad eum Calphas
 locutus est dicens: Scis quoniam ambo in sorte
 missi sumus de Mose ire cum speculatoribus, et
 quia nos complacimus sermonem Domini: ec-
 ce nos vivimus modo, et nunc si est beneplacu-
 tum ante oculos tuos, detur Cinez filio meo in
 sortem territorium trium turrium. Et benedi-
 xit eum Iesus, & fecit sic, et cum senisset

pro

Processior efficitur diebus Iesus, dixit ad eum
 Deus: Ecce tu senescis. et processior es dierum,
 et terra facta est multa valde, et non est qui sor-
 tiatur eam: et erit ut post recessum tuum com-
 misceatur populus hic cum habitantibus terrā,
 Et seducentur post deos alienos. Et derelinquā
 eos sicut testatus sum in sermone meo ad Mo-
 sen, sed tu testare eis antequam moriaris. Et
 dixit Iesus: Tu pra omnibus scis Domine, quid
 agat cor maris antequam irascatur, Et tu in-
 vestigasti astra, Et numerasti stellas, Et con-
 stituisti pluuiam, tu scis sensum omnium ge-
 nationum antequam nascantur: Et nunc
 Domine largire populo tuo cor sapientia, Et
 sensum prudentia: Et erit cum dabis here-
 ditatibus tuis dispositiones istas, non pecca-
 bunt coram te, Et tu non irasceris eis. Nonne
 haec verba sunt qua locutus sum ante conspe-
 ctum tuum Domine, cum furatus est Achiras
 de anathemate, Et traditus est populus ante
 te, Et ego rogans in conspectu tuo dixi: Nonne
 melius erat nobis Domine, si mortui fuisset-
 mus in rubro mari, ubi demersisti inimicos no-
 stros: aut si defuncti fuissetmus in eremo, sicut
 patres nostri, quam tradamur in manus A-
 morraeorum, ut exterminaremur semper, Et cir-
 ca nos verbum est, nihil mali erit nobis, quo-
 niam etsi translata fuerit finis nostra in mortē,
 tu tamen vivis, quā ante secula Et post secula

la es: & si non potest excogitare homo, & per
 nat generationem unam, Vni dicit: corrumpit
 Deus quem elegit sibi populum, & ecce nos er
 mus in inferno, tu tamen facies verbum tuum
 vivum: & nunc fastineat plenitudo misera
 tionum tuarum populum tuum, & eligat hae
 ditas tua verum: quia ipse & generatio eius
 principabuntur populo tuo. Nonne pro eo dixit
 pater noster Iacob, dicens: Non deficiet prin
 ceptus ex Iuda, neque dux de femoribus eius. Et
 nunc confirma praedictos sermones, & discant
 gentes terra & tribus orbis, quoniam tu sem
 piternus es. Et adiecit dicens: O Domine, ecce
 dies venient, & assimilabuntur domus Israël
 columba fixa tantis, quae collocans filios suos non re
 linquet, nec obliviscetur locum suum, sicut: &
 isti conuersi ab actibus suis, expugnabunt salu
 tem qua nascitur eis. Et descendit Iesus in Gal
 gala, & adificauit sacrarium lapidibus fortis
 simis, & non intulit in eos ferrum, sicut i pra
 ceperat Moyses, & statuit lapides magnos in
 monte Gebal, et dealbauit eos, et scripsit super
 eos verba legis, manifesta valde: et congrega
 uit omnem populum in unam, et legit in aures
 eorum omnia verba legis. Et descendens cum
 eis, leuauit supra sacrarium sacrificia pacifica,
 et hymni lauerunt valde, et leuauerunt arcan
 testamenti Domini de tabernaculo cum tym
 panis, et choris, et nablis, et cum citharis, et
 psal

psalterijs, et omni organo bene sonanti. Et erāt sacerdotes et Levitæ ascendentes ante arcam, et iubilantes in psalmis: et posuerunt arcam ante conspectum sacrarij, et leuauerunt insuper sacrificia pacifica multis valde, et psallebant vna nimirum omnis domus Israël in voce magna, dicens: Ecce completum est Dominus noster, quia locutus est patribus nostris, dicens: Semini vestro dabo terram fluentem lacte et melle. Et ecce induxit nos in terram inimicorum nostrorum, et ipsos tradidit confractos corde in conspectu nostro, et ipse est Deus qui mādauit patribus nostris in occultis animarum dicens: Ecce fecit Dominus omnia quæ locutus est ad nos in Oreb, et si custodiat cor nostrum viam eius, bene erit nobis, et filiis nostris post nos. Et benedixit eis Iesus, et dixit: Dabit Dominus ut permaneat in eo cor vestrum per omnes dies, et non recedentes de nomino eius perseuerabit testamentum Domini vobiscum, et non corrumpatur sed ut edificetur in vobis habitaculū Dei, sicut locutus est, cum misit in hereditatem suam cum iucunditate, et hilaritate. Et factum est post hæc cum audisset Iesus et omnis Israël, quod filij Ruben, et filij Gad, et dimidia tribus Manasse, qui habitabant circa Iordanem, edificassent sibi altare, ut immolarent sacrificia in eo et fecissent sacerdotes in sacrario, cōturbati sunt omnes populi valde, et conuerterunt ad

eos in Silo. Et dixit ad eos Iesus, & omnes
 presbyteri dicentes: Qua sunt haec opera quae faci-
 eta sunt vobiscum, necdum habitantibus nobis
 in terra nostra? Nonne ista sunt verba, quae lo-
 cutus est ad vos Moyses in eremo dicens: Videte,
 ne ingredienti in terram vestram extermini-
 sis opera vestra, & corrumpatis omnem popu-
 lum istum? Et nunc quare inimici nostri su-
 perabundauerunt, nisi quia vos corrumpitis
 vias vestras, & fecistis omnem cōturbationem,
 & ideo collecti super nos, frangent nos? Et dice-
 runt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tri-
 bus Manasse ad Iesum, et ad omnem populum
 Israël: Ecce nunc Deus amputavit fructum ven-
 tris hominum, & posuit lumen. Et quae in tene-
 bris sunt videant, quoniam ipse scit quae in oc-
 cultis sunt abyssi: & lumen cum eo permanet.
 Nunc scit Dominus Deus patrum nostrorum,
 si aliquis de nostris, aut nos ipsi fecimus rem
 istam in verbo iniquitatis, nisi pro posteris no-
 stris, ut nō separetur cor eorum à Domino Deo
 nostro, & ne dicant ad nos: Ecce nunc fratres
 nostri, qui trans Iordanem sunt, habent sacra-
 rium, ut offerant oblationem in eo, nos autem in
 isto loco non habentes sacrarium, recedamus à
 Domino Deo nostro, quia prolongavit Deus no-
 ster de vobis nostris, ne serviamus ei. Et haec
 ceteres diximus inter nos: Faciamus nobis sacra-
 rium, ut sit ois animositas ad exquirendū Do-
 minum.

minum. Etenim aliqui ex nobis astantes, & scientes, quia fratres vestri nos sumus, & innoxiamus ante conspectum vestrum. Facite itaque, quae placent in oculis Domini. Et dixit Iesus: Nonne fortior est rex Dominus super millia sacrificia? Et quare non docuistis filios vestros verba Domini, quae audistis ex nobis? Quia si erant filij vestri in meditatione legis Domini, non seducerentur sensus eorum post sacrarium manufactum. Aut non scitis quando viduato ad modicum populo in eremo, ascendente Moysē ut acciperet tabulas, seductus est sensus eius, & fecit sibi idola? Et si non misericordia Dei patrū vestrorum custos fuisset, omnes synagoga facta essent in fabulam, & diuulgarentur omnia peccata populi propter insipientiā vestram. Et ideo nunc euntes effodite sacraria quae adificastis vobis, & docete legem filios vestros, & erunt meditatores eam die ac nocte, ut fiat eis per omnes dies vita eorum dominus in testimonium & iudicem. Erit Deus testis & index inter me & vos, & inter cor meum & cor vestrum: quia si in astutia fecistis rem hanc, vindicabitur in vobis, propter quod voluistis disperdere fratres vestros. Si autem in ignorantia fecistis, sicut dicitis, propter filios vestros misericors erit vobis Deus. Et respondit omnis populus: Amen, amen. Et obtulit pro eis Iesus, & omnis populus Israël, mille arietes pro verbis

excusationis, & orauerunt pro eis, & dimisit eos cum pace. & euntes destruxerunt sacrarium, & ieiunauerunt, & plorauerunt ipsi & filij eorum, & orantes dixerunt: Deus patrum nostrorum & prascius cordis hominum omnium tu scis, quia non facta via nostra in iniquitate ante conspectum tuum, sed nec deuiamus à vijs tuis, sed tibi seruimus omnes: quia opera manuum tuarum sumus. Nunc miserere testamenti tui filijs seruorum tuorum. Et post hac Iesus ascendit in Galgala. & leuauit tabernaculum Domini, & arcam testamenti, et omnia vasa eius, & leuauit eam in Silo. et demonstrationem & veritatem posuit ibi. Et tunc Eleazar sacerdos ministrans altari, conuenientes omnes qui veniebant ex populo interrogantes Dominum, per demonstrationem instruebat eos, quoniam per hoc ostendebatur eis. In sacrario vero nouo, quod erat in Gaigalis, constituit Iesus & que in hodiernum diem, qua offerebantur à filijs Israël holocaustumata, per singulos annos: Quousque enim edificaretur domus domini Hierusalē, et offerretur in nouo sacrario, non prohibitus est populus offerre in eo: quia Veritas et demonstratio ostendebat omnia in Silo. Et quousque poneretur per Salomonem arca in sacrario domini, erant offerentes ibi & que illam diem. Eleazar vero filius Naue disposuit populum, et diuisit eis terram, potens in virtute

tute. Et cū adhuc inimici Israël essent super terrā, appropinquauerunt dies Iesu & moreretur, & misit, & vocauit omnē Israël in omni terra eorum cum mulieribus & filijs, & dixit ad eos: Congregamini ante conspectū arca, et testamenti domini in Silo, & disponā vobis testamentū antequam moriar. Et congregatis omnibus populis x v l. die mensis. tertij ante conspectū Domini in Silo cum mulieribus & filijs, dixit Iesus ad eos: Audi Israël: Ecce ego dispono ad vos testamentū legis huius, quam disposuit Dominus patribus nostris in Oreb, & ideo sustinete hic ista nocte, & videte quid loquatur ad me pro vobis Deus. Et expectantibus populis illa nocte, visus est Dominus Iesu in aromate, & dixit dicens: Secundum sermones hos loquar ego huic populo. Et surrexit Iesus manē, & congregauit omnem populum, et dixit ad eos: Hac dicit Dominus: Vna petra erat vnde effodi patrem vestrum. & genuit vir scopuli illius duos viros, quorum nomina sunt Abraham & Nachor, & de dolatura loci illius nata sunt duae mulieres: quarum nomina sunt Sara & Melcha, & habitauerunt in vnum trans flumen, & accepit Abraham Saram, & Nachor Melcham. Et cū seducerentur habitantes terrā, singuli quique post praesumptiones suas, credidit Abraham mihi, & non est seductus cum eis, & ego cum erui de flamma, & accepi eum

Et superduxi eum in omnem terram Chanana.
 Et dixit ei in visu dicens: Semini tuo dabo terram hanc. Et dixit ad me: Ecce nunc dedisti mihi mulierem, Et hac sterilis est: Et quomodo habebō de mea petra conclusa? Et dixi ad eum: Accipe mihi vitulum trium, Et capram triennem, Et arietem trium, turturem Et columbam. Et accepit hac sicut praecepi ei. Ego autem immisi in eum somnum, Et pavorem circumdedi ei, Et ante eum locum ignis in quo expientur opera facientium iniquitatem in me, Et fasculas ostendi ignis, Unde illuminabuntur iusti, qui crediderant mihi. Et dixi ad eum: Hac erunt in testimonio inter me Et te, quoniam de conclusa dabo tibi semen. Et assimilabo te columba, quia accepisti mihi civitatem, quam incipient adificare filij tui in conspectu meo. Turturem autem assimilabo Prophetis, qui de te nascentur. Et arietem assimilabo sapientibus, qui de te nascentur, illuminā tibus filios tuos. Vitulum vero assimilabo multitudini populorum, qui multiplicatus est per te. Capram assimilabo mulieribus, quarum aperiam metras, Et parient. Hac erunt in testimonium inter nos, quoniam non transgrediar verba mea. Et dedi ei Isaac, Et plasmasi eum in metra eius quae eum genuit, et praecepi ei ut citius restituens eū redderet mihi in mense septimo: et propterea omnis mulier quae peperit

septimo

septimo mēse, vixit filius eius, quoniā super eū
 vocavi gloriam meā & nouum ostendi seculū.
 Et dedi Isaac Iacob & Esau: & dedi Esau
 terram Seir in hereditatē: Iacob autem & filij
 eius descenderūt in Aegyptum. Et humiliave-
 runt Aegyptij patres vestros, sicut vos scitis, et
 memoratus sum patrum vestrorū, & misi Mo-
 sen amicum meum, & liberaui eos inde: inimi-
 cos autem illorum percussi, & eieci eos in ma-
 nu excelsa, & deduxi eos per rubrum mare, et
 substraxi sub pedibus eorum nubē, & edu-
 xi eos per abyssum, & adduxi eos sub montē Si-
 na, & inclinaui cēlos, & descendi, & solidaui
 flammam ignis, & obturaui venas abyssi, &
 impediui cursum stellarū. & cessavi sonos toni-
 truum, & extinxi plenitudinem venti, & in-
 crepaui multitudinem nubium, et statui motus
 earum, et suspendi tēpestatem militiarū, ut nō
 corrumpere testamētū meum, quoniā moue-
 bantur in descensu meo omnia, & animabātur
 vniuersa in aduētū meo, & non permisi dissi-
 pari populum meum, sed dedi eis legem meam,
 & illuminauī eos, ut facientes hac viuant, &
 legem fiant, & non moriantur. Et induxi vos
 in terram istam, et dedi vobis vineas, ciuitates
 quas non adificastis habitatis, & compleni te-
 stamētum vestrum quod dixi patribus vestris.
 Et nunc si vos obaudieritis patres vestros, ap-
 ponā cor meū in vobis in sempiternū, & obū-
 k 4 brabo

brabo vos, & non apponent inimici vestri expugnare vos, & erit terra vestra nominata in omnem orbem, & semen vestrum electum in medio populorum dicentium: Ecce populus fidelis, quia crediderunt Domino, propterea liberavit eos Dominus: & plantavit eos. Et ideo plantabo vos tanquam vineam desiderij, & regam vos tamquam gregem amabilem, & mandabo pluviam, & rori, & saturabunt vos in tempore vitæ vestrae. Erit autem & in fine uniuscuiusque omnium vestrum fors in vita aeterna, vobis & semini vestro, & accipiam animas vestras, & reponam eas in pace, quousque cõpleatur tempus seculi, & reddam vos patribus vestris, & patres vestros vobis: & scient ipsi per vos, quoniam non in vano elegi vos. Hac sunt verba quae locutus est Dominus ad me nocte hac. Et responderunt omnes populi, & dixerunt: Dominus est Deus noster, et ipsi soli serviemus. Et fecerunt epulationem omnes populi in illa die & in innotatione, diebus x x - v i i i. Et post dies illos, adiecit Iesus filius Naue congregare omnes populos, & dixit ad eos: Ecce nunc Dominus est testatus in vobis hodie: Testatus sum vobis caelum, & terram: quoniam si sustinetis servire Domino: si autem non vultis servire ei, & vultis obaudire dijs Amorraeorum, in quorum terra habitatis, dicite hodie in conspectu Domini, & proficiscimini. Ego autem, & domus mea serviemus Domino. Et le-

nam

uauerunt omnes populi vocem suam, & ploran-
 tes dixerunt: Forsitan dignatus est deus, & in
 timore eius melius est nobis mori, quàm deleri
 de terra. Et benedixit Iesus filius Nane popu-
 los, & osculatus est eos, & dixit ad illos: Fiant
 Verba vestra in misericordiam ante dominum
 nostrum, & mittet angelum suum & conser-
 uet vos. Memores estote mei post mortē meam,
 & Moysi amici domini, & non recedant de vo-
 bis Verba testamenti, quæ disposuit ad vos per
 omnes dies. Et dimisit eos, & profecti sunt
 unusquisq; in hereditatem suam. Iesus autē re-
 posuit se in lectulo suo, & misit & vocauit filiū
 Eleazar sacerdotis, & dedit ad eū: Ecce iam
 video oculis meis transgressionē populi huius, in
 quo incipient prauaricari: tu tamē virtutifica
 manus tuas, in quo tēpore es cum eis. Et oscula-
 tus est eū, & patrē eius, & filios eius, & bene-
 dixit eū. & dixit: Dominus Deus patrū vestro-
 rū dirigat vias vestras, & populi huius. Et ut
 desijt loqui ad eos, cōplicuit pedes suos in lectū,
 & obdormiuit cū patribus suis. Et posuerunt fi-
 lij eius manus suas super oculos illius. Et tunc
 omnis Israël congregati sunt in vnum, ut sepe-
 lissent eum, & planxerunt eum planctu magno
 et hac dicebant in planctu suo: Plangite super
 pennam aquila huius leuis, quoniam euolauit à
 nobis, ei plangite super virtutem catuli leonis,
 quoniam absconsa est à nobis. Et quis iam re-

nuntiet iussu Moysi, quoniam habuimus quadraginta annis ducem similem ei? Et compleverunt planctum suum, & sepelierunt eum manibus suis in monte Effraim, & reuersi sunt unusquisque in tabernaculum suum. Et post mortem Iesu requieuit terra Israël. Et quarebant Allophili pugnare cum filiis Israël. Et illi interrogantes Dominum dixerunt: Si ascendimus, & pugnamus contra Allophilos? Dixit eis Deus: Si corde puro ascenditis, pugnate: si autem contaminatum est cor vestrum, non ascendatis: et adiecerunt interrogare, dicentes: Quomodo sciemus, si omne cor populi aequale sit? Et dixit eis Deus: Mittite sortes in tribus vestras, & erit omni tribu qui venerit in sortem, separetur in unam sortem, & tunc scietis cuius cor purum est, & cuius contaminatum sit. Et dixit populus: Constituamus prius in nobis ducem, & sic sortem mittamus. Et dixit eis angelus domini: Praponite. Et dixit populus: Quem praponeamus, qui dignus sit Domine? Et dixit eis angelus Domini: Mittite sortem in tribu Caleb, & qui ostensus fuerit in sorte, ipse vobis principabitur. Et miserunt sortem in tribum Caleb, & exiit fors ad Cenez. Et constituerunt eum principem in Israël. Et dixit Cenez populo: Adducite mihi tribus vestras, & audite Verbum Domini. Et collecti sunt populi. Et dixit ad eos Cenez: Scitis quanta vobis manda-

uit

uit Moses amicus Domini, Et non transgre-
diamini legem in dextrā vel in sinistram? Sed
Et Iesus qui post eam fuit princeps, easdem vo-
bis mandavit. Et nunc ecce audiuimus de ore
Domini, quoniam cor vestrum cōtaminatum
est, Et praecepit nobis Dominus, Et mittamus
sortem in tribus vestras, Et sciamus cuius cor
recessit à Domino Deo nostro. Nōne adduce-
tur in populum indignatio iracundia? Pradico
autem vobis hodie, quoniam Et si de domo
mea aliquis exierit in sortem peccati, non sal-
uabitur, sed igne concremabitur. Et dixit popu-
lus: Bonum verbum dixisti facere, Et adduxit
tribus in conspectu eius, et inuenti sunt de tri-
bu Iuda CCCXL. Et V. Viri. De tribu autē
Ruben DLX. Nam de tribu Simeon DCC-
LXXV. Et de tribu Leui CL. Et de tribu
Isachar DCLX. Et V. De tribu Zabulon
DXL. et V. Et de tribu Gad CCCLXXX.
Et de tribu Asser DCLXV. Et de tribu Ma-
nasse CCCCLXXX. Et de tribu Ephraim
CCCCXL. Et VII. Et de tribu Ben-
iamin CCLX. Et VII. Et factus est om-
nis numerus eorum, qui inuenti sunt sorte
peccati VIM. CX. Et duxit eos omnes Ce-
nez, Et inclusit eos in carcere, quousq; scire-
tur quid fieret de eis: Et dixit Cenez: Nōne
de istis dixit Moses amicus Domini, dicēs: For-
sis est in vobis radix, germinās fel, et amaritu-
dinem?

dinem? Et nunc benedictus Dominus, qui reue-
 lauit omnes voluntates hominū istorum, nec per-
 tiebatur corrumpere populū in nequissimis opē-
 ribus suis. Congregate ergo hic demonstrationē
 et Veritatē, et Eleazarum sacerdotem prouoca-
 te, et interrogemus per eum dominum. Et tunc
 Cenez, et Eleazar, et omnes seniores, et omnis
 synagoga vnanimes orauerunt, discentes: Do-
 mine Deus patrum nostrorum, reuela seruis
 tuis Veritatem, quoniam inuenimur non creden-
 tes prodigijs qua fecisti patribus nostris, ex quo
 eiecisti eos de terra Aegypti vsq; in hodiernū
 diem. Et respondit Dominus, et dixit: Primum
 interrogate eos qui inuenti sunt, & confitean-
 tur opera sua qua astute agebant, & postea
 igne cōcremabuntur. Et adduxit eos Cenez, &
 dixit ad illos: Ecce nunc scitis quomodo confes-
 sus est Achiz, quando exiit in sortem, et re-
 nuntiavit omnia qua fecit: & nunc renuntia-
 te nobis nequitias vestras: & adinventiones. Et
 quis scit quoniam si dixeritis Veritatem nobis,
 & si modo moriamini, miserebitur tamen vo-
 bis Deus, cum viuificabit mortuos? Et dixit ei
 quidam eorum Elas nomine: Nunquid nō iam
 aderit nobis mors, vt moriamur in igne? Dico
 autem tibi domine meus, non sunt similes vlla
 adinventiones, quas nequiter gerimus. Si au-
 tem volueris manifestē Veritatē interrogare,
 singulariter interroga viros, vniuscuiusq; in-
 divi-

bus, & sic sciet aliquis ex astantibus differē-
 tias peccatorum ipsorum. Et interrogavit Ce-
 nez eos qui erant de tribu sua, et dixerunt ad
 eum: Nos volumus imitari et facere vitulum,
 quem fecerant in eremo. Et post hac interroga-
 vit viros de tribu Ruben, et dixerunt: Nos vo-
 lumus immolare dijs habitantium terram. Et
 interrogavit viros de tribu Lem. & dixerunt:
 Nos volumus probare tabernaculum si sanctū
 esset. Et interrogavit derelictos de tribu Isa-
 char, & dixerunt: Nos volumus interrogare
 per demones idolorum, si manifestē annuntia-
 rent. Et interrogavit viros de tribu Zabulō, et
 dixerunt: Nos volumus manducare carnes fi-
 liorum nostrorum, & scire si curam de iisdem
 habet Deus. Interrogavit derelictos de tribu
 Dan, & dixerunt: Nos docuerant Amorrei
 qua ipsi agebant. Si doceremus filios nostros.
 Et ecce hac absconsa sunt sub tabernaculo Elias,
 qui tibi dixit, ut interrogares nos. Mitte ergo,
 & inuenies ea. Et misit Cenez, & inuenit ea.
 Et post interrogavit eos, qui supererant de tri-
 bu Gad, & illi dixerunt: Nos mechati sumus
 alterutrum in mulieres nostras. Et deinceps
 interrogavit viros de tribu Aser, qui dixerunt:
 Nos inuenimus septem simulacra aurea, qua
 vocabant Amorrei sanctas Nymphas, & au-
 ferentes eas cum preciosissimis lapidibus, qui
 superpositi erant eis, abscondimus illas. Et ecce
 nunc

nunc deposita sunt sub cacumē montis Sychar.
 Mitte ergo & inuenies ea. Et misit Cenez ser-
 ros, & sustulerunt ea inde. Ha sunt Nymphae,
 qua inuocata ostendebant Amorraeis per singu-
 las horas opera eorum. Ha sunt enim, qua ad-
 inuenerunt septem viri peccatores post diluuiū,
 quorum nomina haec sunt, Chanam, Phuth, Se-
 lath, Nebroth, Elath, Desuat. Nec erit iam ta-
 lis similitudo in seculo sculpta manu artificis,
 vel pictura distincta varietate. Erant autem
 confixa & confirmata in consecrationem idolo-
 rum. Lapidēs illi pretiosi erant, allati de terra
 Enilat. In quibus crystallinus erat, & prae-
 stinus, & velut in diatrium sculpti modū osten-
 debant. Et alius ex his sculptus erat desuper,
 alius velut chrysopassus stigmatu*s* ita reluce-
 bat sculptura subiacentis profundū ostentaret
 liquorem. Et ij sunt lapides pretiosi quos habe-
 bant Amorraei in sanctis suis. Quorum pretiū
 ideo inestimabile erat, quoniam per noctem
 ingredientibus his, non erat necessarium lu-
 men lucerna, ita explendebat genuinum lapi-
 dum lumen. Inter quos tamen plus lucebat ille,
 qui in modū diatriidis sculptus de setis eium-
 dabatur. Nam etsi quis de Amorraeis cecus
 erat, ibat & ponebat oculos suos super eum, &
 recuperabat lumen. Quos inueniens Cenez se-
 questrans deposuit eos, donec sciret quid de eis
 fieret. Et post hac interrogauit reliquos de tribu
 Manasse.

Manasse, & illi dixerunt: Nos tantummodo
 contaminauimus sabbata Domini. Et interro-
 gauit derelictos de tribu Ephraim, qui dixerunt:
 Nos volumus traicere filios & filias nostras
 per ignem, & sciremus si manifesta essent qua
 dicta fuerant. Et interrogauit derelictos de
 tribu Benjamin, & dixerunt: Nos volumus
 in hoc tempore librum legis perscrutari, & utrum
 manifeste Deus scripsisset qua erant in eo, aut
 Moses docuisset ea per se. Et accipiens omnia
 verba haec Cenez, cum scripsisset ea in libro, &
 legisset ante conspectum Domini, dixit ad eum
 Deus: Accipe viros, & ea qua inuenta sunt
 apud eos, & omnia eorum, & pone in torren-
 tem Phison, & combures ea igni, & pauset ira
 mea ab eis. Et dixit Cenez: Nunquid & la-
 pides hos pretiosos comburemus igni, aut san-
 ctificamus eos tibi, quoniam non sunt in nobis
 similes his? Et dixit ad eum Deus: Si Deus
 aliquid accipit in nomine suo de anathema-
 te, quid faciat homo? Et ideo nunc accipies la-
 pides istos pretiosos, & omnia qua inuenta
 sunt in libro: & cum homines sic disponas, la-
 pides ponas in vnâ partem cum libris, quo-
 niam non poterit ignis exurere eos. Et post
 ostendam tibi quomodo eos perdas: Nam ho-
 mines & omnia qua inuenta sunt concre-
 mabis igni. Et congregatis omnibus popu-
 lis, dices ad eos: Sic fiet omni viro, cuius decli-
 nauit

nauerit cor à Deo suo. Et postquam concremauerit ignis homines istos, tunc libros & lapides pretiosos, qui nō possunt igni comburi, neque incidi ferro, neq; aqua deleri, pones eos in vertice montis iuxta nouum sacrarium, & ego precipiam nubi. & sens accipiet ros, & mittet super libros, & delebit ea quæ scripta sunt in his, quoniam non deleantur ex alia aqua, nisi ex ea quæ non seruit unquam hominibus. Et post eā mittam coruscum meum, & comburet libros ipsos. De Lapidibus Verò pretiosis precipiam angelo meo. & accipiet illos. & sens ponet illos in profundum maris, & mādabo profundo, & absorbet eos. quoniam non poterunt permanere in seculo, eò quod contaminati sunt ab idolis Amorrhæorum. Et alij angelo precipiam, & accipiet mihi duodecim lapides ex eo loco. Unde ablati sunt isti septem: quos tu cum inueneris super verticem montis, ubi eos positurus es, accipiens pones eos super epomidem contra duodecim lapides quos in exeme posuit Moyses, in loco sanctificabis eos, secundum duodecim tribus, Et ne dicas, quomodo sciam quæ lapidem in qua tribu ponam? Ecce ega dicam tibi nomen tribus secundum nomen lapidis, & inuenies utraque sculpta. Et sens Lenex accepit omnia quæ inuenta fuerant, & homines simul cum his, et re congregauit ad se omnes populos, & dixit ad eos: Ecce vos vidistis omnia mirabilia, quæ ostendit

dit nobis Deus, & q₃ in hodiernū diem. & ecce
 exquirentibus nobis vniuersos, qui versute ex
 cogitabant mala cōtra Dominū, et contra Is-
 rael manifestauit eos nobis Deus secundū ope-
 ra eorū. Et nunc maledictus homo quicūq₃ ta-
 le adinuenerit facere inter vos fratres. Et re-
 spondit omnis populus, Amen, Amen. Et his
 dictis concremauit omnes homines illos igne,
 & omnia qua inuenta sunt cū eis, prater lapi-
 des pretiosos. Et post hac volēs Cenez experiri
 si cōburerentur lapides igni, misit eos in ignē.
 Et factum est mox & cadebant in ignē, extin-
 guebatur ignis. Et accipiēs Cenez ferrū & frā-
 gerentur, & cū tetigisset eos gladius, solu-
 batur ferrū eius. Et post hac volēs & libros de-
 lere per aquam factū est, & decidēs super eos,
 aqua stringeretur in se. Et videns hac dixit
 Cenez: Benedictus Deus, qui fecit tantas vir-
 tutes in filios hominū: & fecit protoplastum
 Adā, & ostendit ei omnia, & cū peccasset in
 ipsis Adam, tunc hac vniuersa adnegaret, ne
 ostendens hac generi hominū, dominarentur
 eis. Et his dictis accepit libros & lapides, &
 posuit eos super verticem montis, iuxta sacra-
 rium nouum, sicut praecepit ei Dominus. Et ac-
 cipiēs sacrificium pacificorum, holocaustoma-
 ta obtulit in sacrario nouo duo millia holocau-
 storum, vniuersa superponens ea in holocau-
 stum. In illa die epulati sunt epulationem

magnam, ipse & omnis populus in unum. Et fecit Deus eundem nocte, sicuti dixit Cenez præcepit nubi, & iens accepit roade glacie per radisi, & effundens illum super libros, deleuit eos. & post hac venit angelus. & cohuisset eos. Alius autem angelus accepit lapides pretiosos, & proiecit eos in cor maris, & præcepit profundo maris, & absorbuisset illos. Et alius angelus iens attulit duodecim lapides, et posuit eos iuxta locum illū Unde tulerat illos septem. Et exculpfit in his nomina tribuum. Et surgēs Cenez in crastinum, inuenit lapides illos duodecim super Verticem montis, & ibi ipse posuerat illos septem. Et sculptura eorum erat talis. Et tanquam oculorum forma designaretur in eis. Et primus lapis in quo scriptum erat nomen tribus Ruben, consimilabatur lapidi Sardino. Secundus autem lapis sculptus erat de dente, & ibi exculpto nomine tribus Simeonis, similitudo Topazanis videbatur in eo. Et in tertio lapide sculptum erat nomen tribus Levi qui Smaragdino lapidi erat similis. Nam quartus lapis Crystallus nominabatur, in quo erat sculptum nomen tribus Iude. & lapidis Carbunculo similabatur. Quintus Verò lapis erat Prasinus, & super ipsum sculptum erat tribus Isachar, & lapidis Sapphiri color erat in eo. Et sexti Verò lapidis sculptura erat tæta quam Chrysoprassus esset, diuersis distinctione.

bme

bus signatus, & ibi erat scripta tribus Zabulon, et lapis Iaspis assimilabatur ei. Nam septimi lapidis resplendens sculptura, ostendebat in se velut infusum liquorem profundi, & ibi scriptum erat nomen tribus Dan, qui lapis assimilabatur lapidi Ligitio. Octavus lapis sculptus erat de Adamante, & ibi scriptum erat nomen tribus Neptalim, & Amethysto lapis assimilabatur. Et noni lapidis sculptura erat tenebrata ex monte Ophir, & ibi scripta tribus Gad. & lapis Achates assimilabatur ei. Et lapidis decimi sculptura excavata erat, & expressit similitudinem lapidis Themam, et ibi erat scripta tribus Aser, & lapis Chrysolithus assimilabatur ei. Et Undecimus lapis electus de Libano. & ibi scriptum erat nomen tribus Ioseph, & lapis Beryllus similabatur ei. Et lapis duodecimus excisus de excisione, & super ipsum scripta erat tribus Benjamin, & lapis Onychinus similabatur ei. Et dixit Deus ad Moysen: Accipe lapides istos, & pone eos in arca testamenti Domini cum tabulis testamenti, quas dedi Moysi in Ore, et erunt ibi cum his, donec exurgat Iahel, qui adificet domum in nomine meo & tunc ea proponet ante me supra duo cherubin, & erunt in conspectu meo in memoriam domus Israël. Et erit cum impleta fuerint peccata populi mei, & caperint inimici poterant domus ipsorum, accipiam lapides

pides istos, & illos priores una cum tabulis
 reponam ea in locum unde ab initio prolati
 sunt, et erunt ibi quousque memor sum seculi. &
 visitabo habitantes terram. & tunc accipiam et
 istos, & alios plures valde meliores, ex eo quod
 oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor
 hominis non ascendit quousque tale aliquid fie-
 ret in seculum. & non indigent iusti opera lu-
 minis solis, neque splendore lune, quoniam pre-
 tiosissimorum lapidum lumen erit lumen eorum.
 Et surrexit Cenez. & dixit. Ecce quantum bo-
 num fecit Deus hominibus, & propter pecca-
 ta eorum ab his omnibus defraudati sunt. Et
 nunc scio hodie quoniam genus hominum est,
 & vita eorum in nihilo deputabitur. Et his
 dictis accepit lapides de loco ubi erant positi,
 & cum tolleret eos, velut lumen solis diffusum
 super illos, splendebat terra de lumine eorum.
 Et posuit eos Cenez in arca testamenti Domi-
 ni cum tabulis sicut praeceptum fuerat ei, &
 sunt usque in hodiernum diem. Et post hac arma-
 vit de populo tria millia virorum, & ascendit
 expugnare Amorraeos, et percussit prima die
 octingenta millia virorum. Et secunda die in-
 teremit quingenta millia. Et facta die tertia
 male locuti sunt viri plebis a lueris Cenez
 dicentes: Ecce nunc solus Cenez operatus est
 cum muliere sua, & concubinis suis in domo
 sua. & nos mittet in pugnam, ut in conspectu
 nostrorum

inimicorum nostrorum conteramur. Et audientes hac pueri Cenez, renuntiauerunt ei. Et precepit quinquagenario, & adduxit ex his viros triginta & septem, qui fuerunt detractores eius, & inclusit eos in carcere. Quorum nomina hac sunt: Leetuz, Betul, Acphal, Dealma, Anaph, Desac, Besac, Getel, Anaël, Anaxim, Noac, Cebechoac, Obal, Iabat, Enath, Beath, Zebut, Effor, Ecent, Dephap. Abidam, Esar, Moab, Duhal, Azat, Phelac, Igat, Zephal, Eliezor, Ecar, Zebat, Sebet, Nesach, Cere. Et cum inclusisset eos quinquagenarius secundum preceptum Cenez, dixit Cenez: Quando feceris salutem Dominus populo suo in manibus meis, tunc puniam viros istos. Et his dictis iussit Cenez quinquagenario, dicens: Vade, & elige de pueris meis trecentos viros, & equos tanto numero; & nullus sciat de populo horum in qua existurus sum ad pugnam, tantum in qua hora tibi dixerō, prepara viros, ut sint parati in nocte. Et misit Cenez nuntios speculatores, ut viderent ubi esset multitudo castrorum Amorraeorum. Et venerunt nuntij, & speculantes viderunt quia multitudo de castris Amorraeorum in rupibus conuersabantur, cogitantes & hac. Ut venientes pugnarent aduersus Israël. Et reuersi sunt nuntij, & renuntiauerunt ei iuxta verbum hoc. Et surrexit Cenez ipse, & trecenti equites cum eo noctu, & accipiens

psalpingas in manu sua, cepit descendere
 trecētis viris. Et factū est: cū appropriasset ca-
 stris Amorraorū, dixit pueris suis: Hic statim
 ego autem solus descendā, et videā castra A-
 morraorum. Et erit et psalpingauero descende-
 tis: sin autē non, ibi expectabitis me. Et descen-
 dit Cenez solus, et orauit antequā descende-
 ret, et dixit: Domine deus patrū nostrorum,
 tu ostendisti seruo tuo mirabilia, qua prepara-
 sti facere in testamēto tuo in nouissimis diebus,
 et nunc unum de mirabilibus tuis mitte ser-
 uo, tuo, et expugnabo inimicos tuos, et sciant
 ipsi, et omnes gētes, et populus tuus, quoniā non
 in multitudine militia, neq; in virtute equitū
 liberat Dominus, si cognouerint signū salutis,
 quod facies mecū hodie. Ecce ego euaginabo ro-
 phaam meā de theca sua, et refulgebit in ca-
 stris Amorraorum, et erit si cognouerint A-
 morrai quia ego sum Cenez, scio quoniā tra-
 didisti eos in manus meas, si autē non me co-
 gnouerint, et putauerint aliū esse, scio quoniam
 non exaudisti me sed tradidisti inimicis meis.
 Nā et si traditus trador morti, scio quod pro-
 pter delicta mea nō exaudiuit me dominus, et
 tradidit me inimicis meis. Nō autē perdet he-
 reditatē suā in morte mea. Et profectus est po-
 steā quam orauit, et audiuit multitudinē A-
 morraorū dicentiū: Surgentes expugnemus If-
 raēl: Scimus enim quoniā sancta nostra Num-
 pha

pha ibi sunt cū eis, & tradent eos in manus nostras. Et surrexit Cenez, induit eū spiritus Domini, et euaginavit rhōphāā suā. Et Etire fuit Amorrae splendor eius, sicut coruscus acutus. Vidētes dixerūt: Nonne haec est rhomphaea Cenez, quae multiplicauit vulneratos nostros? Et directū est Verbum quod locuti sumus, dicentes: Quoniā tradiderunt eos sancta Nympha in manus nostras. Et ecce nūc in hodiernū diem epulatio Amorrae, cū traditus fuerit nobis inimicus noster, Nunc ergo surgite: et unusquisq; praeingat se rhomphaea sua, et incipite pugnare: et factū est Et audiuit Cenez Verba eorū indutus spiritu Virtutis, et transmutatus in Virum aliu, descendit in castra Amorrorū. et cepit percutere eos: Dominus autē misit ante faciē eius angelū in Gethel, superpositū occultis, et operantē inuisibiliter, angelū Virtutis cooperantē eum: et percussit in Gethel cecitate Amorraeos, ita Et videns unusquisq; proximum suū, astimarēt aduersarios suos esse, & interficerent se alterutrū. Et Zeruel, qui praeerat Virtuti, sustinebat brachia Cenez, ne considerarent eum: & percussit Cenez de Amorreis quadragintaquinque millia Virorum. Ipsi autem percutientes se alterutrum, ceciderunt quadragintaquinque millia Virorum. Et dū interfecisset Cenez multitudinē magnam, Voluit dissoluere manū suā de rhomphaea, quoniā in-

6 4 disso!

dissolubiliter astrictū fuerat manubriū rhomphaeae. Et assumpserat dextera eius virtutem gladij. Et tunc qui derelicti fuerant de Amorrais, fugerunt in mōtana. Cenez, autē quærens, quemadmodū resolveret manum suā, et respiciens oculis suis vidit virum Amorraorū fugientem, Et comprehendit eum, et dixit ad illū: Scio quia Amorraei periti sunt, et nunc demonstra mihi, quomodo dissoluam manū meam de gladio isto, et dimittā te. Et dixit Amorraeus: Vade, Et accipe virum de Hebraeis, Et interfice eum, et calente adhuc sanguine eius suppone manum tuam, excipiens sanguinē eius, exaltetur manus tua. Et dixit Cenez, Viuit dominus, quia si dixisses, accipe virū de Amorraeis, accepissem unum ex his, Et te saluassem, sed quoniam dixisti, de Hebraeis, Et odium tuum ostenderes, os tuum erit super te, et secundum quod locutus es, ego faciā tibi. Et his dictis, interfecit eū Cenez. Et dum caleret adhuc sanguis eius, supponens excepit eū in manum suā, Et absoluta est. Et abiit Cenez, Et exiit vestimenta sua. Et mittens se in flumen, Et lauit se, Et iterū ascendens mutauit vestimenta sua, Et reuersus est ad pueros suos. Dominus autē immisit in eos somnum grauem in nocte, Et dormierūt, Et non cognouerūt ex omnibus quae egerat Cenez. Et venit Cenez, excitauit eos de somno, Et intuentes illum oculis suis viderunt.

runt, & ecce campus plenus erat corporibus, et
 stupentes mente intuebantur singuli quisq; pro-
 ximum suum. Et dixit ad eos Cenez: Quid mi-
 ramini? Nunquid sicut Via hominū Via domi-
 ni sunt? Nam in hominibus multitudo valet, in
 deo autem quod constituerit. Et ideo si Deus
 voluerit salutem facere populo huic per manus
 meas, quid miramini? Exurgentes surgite, et
 singuli quisq; accingimini rhomphais vestris.
 & ibimus in domum ad fratres nostros. Et ve-
 audit omnis Israël salutem factam per ma-
 nus Cenez, exierunt vniuersi populi vnanimes
 obuiam ei, et dixerunt: Benedictus est Domi-
 nus, qui te constituit ducem in populo suo, et
 ostendit quia fidelia erant quae ibi locutus fue-
 rat, et quae nos audiebamus per Verbum, nunc
 visu videmus, apparente opere sermonis Dei.
 Et dixit ad eos Cenez: Interrogate fratres ve-
 stros, & referant vobis quantum laboraue-
 runt mecum in pugna. Et dixerunt Viri illi
 qui fuerunt cum eo: Viuit dominus, quoniam
 nos nō pugnauiamus, se nec sciebamus, nisi tan-
 tiam cū expergefacti sumus, vidimus caput
 plenum corporibus. Et respondit populus: Nunc
 scimus quoniam constituerit Dominus facere
 salutē populo suo. Non indiget multitudine, sed
 sanctificatione. Et dixit Cenez quinquagena-
 nario, qui incluserat Viros illos in carcerē: Pro-
 duc huc Viros istos, et audiemus Verba eorum.

Et cum produxisset eos, dixit ad illos Cenez:
 Dicite mihi quid vidētes de me marmurab-
 tis in populo? Qui dixerunt: Quod nos interro-
 gas, quid nos interrogas? Nūc ergo praece ignis
 nos cōburi, quia non pro hoc peccato quod nūc lo-
 cuti sumus morsemur, sed in illo priori de quo
 comprehēsi sumus. Confessi sunt viri, qui arse-
 runt in peccatis suis, quia nos tūc consensimus
 peccatis eorū, dicentes: Fortasse populus non co-
 gnoscet nos. Et nunc fugimus populū, sed recte
 transducti sumus in peccatis nostris, ut incide-
 rimus in detractionem tuā. Et dixit Cenez,
 Si ergo ipsi aduersus vos testificamini, in quo
 vobis miserebor? Iussit Cenez cōburi eos igni,
 Et misit cineres eorū ubi vsserant multitudi-
 nem peccantiū in torrentē Phison. Et principa-
 tus est Cenez populo quinquaginta Et septem
 annos, Et timor erat super omnes inimicos
 eius omnibus diebus suis. Et dum appropin-
 quassent dies Cenez, ut moreretur, misit Et
 vocavit omnes, Et Iabīs Et Phinees duos pro-
 phetas, Et filiū Eleazarī sacerdotis, Et dixit
 ad eos: Ecce nunc ostendit mihi Dominus o-
 mnia mirabilia sua, quae praeparauit facere po-
 pulo suo in novissimis diebus, Et nunc ego di-
 sponam testamentū meum vobiscum hodie, ut
 non derelinquatis Dominum Deum vestrum
 post discessum meum. Vos enim vidistis omnia
 mirabilia in eos qui peccauerunt, Et quanta
 retul

retulerint ipsi confitētes sponte peccata sua, aut
 quomodo cōsumauerit eos Dominus Deus no-
 ster, pro quo transgressi fuerant testamentum
 eius. Propter quod nunc parcentes domesticis
 Et filiis vestris, permancite in itineribus Do-
 mini Dei vestri, ne perdat Dominus heredita-
 tem suā. Et dixit Phinees filius Eleazar sa-
 cerdotis: Si precipit Cenez dux, Et propheta, et
 populus, Et seniores, dicā verbum quod audini
 de patre meo cū moreretur, Et non tacebo de
 mandato quod mandauit mihi dū acciperetur
 anima eius. Et dixerunt Cenez dux, Et pro-
 pheta: Dicito Phinees: Nunquid aliquis loqui-
 tur prior sacerdote, qui custodit mandata Do-
 mini Dei nostri, praesertim cū exeat de ore eius
 Veritas, Et de corde eius lumen refulgens? Et
 tunc dixit Phinees: Pater meus dū moreretur
 mandauit mihi, dicēs: Hac disces filiis Israël.
 Congregatis vobis in congregationē, Dominus
 apparuit mihi ante tridui in somnis noctu, et
 dixit ad me: Ecce tu vidisti, sed pater tuus an-
 te te, quantū laborauerim populo meo. Erit au-
 tem post obitū vestrū, exurget populus hic Et
 corrūpet vias suas, recedens a mandatis meis,
 Et indignatus irascat eis: sed memor ero tem-
 poris eius quod fuit ante secula, in tēpore quo
 non erat homo, Et iniquitas non erat in eo, cū
 dixi Et fiet seculū, et laudaret me qui ventu-
 ri erāt in eo, et plantabo vineā grandē, et de ea
 eligam

eligam plantationem, & disponam eam, & nomen
 minabo eam nomine meo, & erit mea semper
 cum ego fecerim omnia quae dixi. Tamen plan-
 tatio mea quae à me nominata est, non agnoscat
 me plantatorem suum, sed corrumpet fructum
 suum, & non reportabit mihi fructum eius. Haec
 sunt quae mandavit mihi pater meus, ut dice-
 rem populo huic. Et levavit Cenez vocem suam,
 & seniores, & omnis populus unanimitè, plo-
 rantes planctum magnum usque ad vespèrā, &
 dixerunt. Nunquid in vano perdet pastor gregem
 suum, nisi peccaverit ei? Et non ipse est, qui par-
 cat iuxta abundantiam misericordiae suae quo-
 niam ipse plus laboravit in nobis? Et dum sede-
 rent insiluit spiritus sanctus, habitans in Ce-
 nez. & extulit sensum eius, & cepit propheta-
 re, dicens: Ecce nunc video quae non sperabam, &
 considero quae non cognoscebam. Audite nunc,
 qui habitatis super terram. Sicut commorantes
 in ea prophetaverunt, ante me videntes horam
 hanc priusquam corruperetur terra, ut cognosca-
 tis praedestinatās prophetationes omnes vos qui
 habitatis in ea. Ecce nunc video flamas non ar-
 dentes, & audio venas expergefactas de somno,
 quibus non est fundamentum, neque fastigia mō-
 tum, nec suspensorium fundamenti: considero, sed
 omnia in apparentia, & invisibilia quibus lo-
 cus non est in totum: & cum oculus meus non
 sciat quid videat, cor meum adinveniet quae di-
 cat.

cat. De flamma autem quam video, non ardere vidi, & ecce scintilla ascendit, & quasi substravit sibi sub diuum, & erat similitudo substrati eius tanquam aranea ordiens in modum scuti. Et dum factum esset fundamentum, vidi: de vena illa excitabatur quasi spuma ebulliens, & ecce dum mutauit se tanquam in aliud fundamentum, inter medium autem fundamentum superioris & inferioris de lumine inuisibilis loci, aduenerunt quasi imagines hominum, & perambulabant, & ecce vox dicens: Hac pro fundamento erunt hominibus, & habitantibus in eis annis V I I. Et fundamentum inferius substratum erat, superius autem despumauerat, & qui processerunt de luce inuisibilis loci, hi erunt qui habitabunt * & nomen hominis illius *. Et erit cum peccauerit mihi, & completum fuerit tempus, extinguetur scintilla, & pausabit vena & sic mutabuntur. Et factum est cum locutus fuisset Cenez, verba hac, expege factus est, & reuersus est sensus eius in eum. Ipse autem nesciebat quia locutus fuerat, neque quia viderat. Hoc autem solum dixit populo: Si sic est requies in floribus, postea quam defuncti fuerint, oportet eos mori corruptibili seculo, ut non videant peccata. Et cum hac dixisset Cenez, defunctus est, & dormiuit cum patribus suis. Et plaxit eum populus triginta diebus. Et postea constituit super se populum ducem Zebul, qui in illo tempore

com

congregavit populos, & dixit ad eos: Ecce nunc
 scimus omnem laborem quem laboravit nobis
 scum Cenez in diebus vite sue, & nunc si filios
 habuisset, ipsi debuerant principari populo, &
 quia filia supersunt, accipiant partem ampliore
 in populo, quoniam pater earum in vita sua cō-
 tempsit dare eis, ne audiretur avarus & cupi-
 dus. Et dixit populus: Facito omnia quæ sunt
 placita ante oculos tuos. Cenez autem erant tres
 filia, quarum nomina hæc sunt. Primogenita,
 Ethema secunda, Pheila, tertia Zelpha. Et de-
 dit Zebul primogenita omnia quæ in gyro erant
 terra Phœnicum, & secunda dedit oliuetum
 Accaron, tertia autem dedit quæ circa Acca-
 ron erant cultiva. Et viros eis dedit, id est, pri-
 mogenita Elisephan, secunda Odshel, tertia au-
 tem Doel. In diebus vero illis constituens Ze-
 bul thesaurum Domino. & dixit populo: Ecce
 si quis voluerit sanctificare Domino aurum, et
 argentum, afferat in thesaurum Domini in
 Silo, prætereā ne aliquis habens de idolis rem,
 velit sanctificare thesauris Domini, quoniam
 non vult Dominus abominamenta anathema-
 tum, ne conturbetis synagoga Domini: suffi-
 cit enim transacta iracundia. Et tulerunt omnes
 populi quod suggessit cor eorum, à viris usque ad
 feminas, aurum & argentum. Et omne quod
 allatum est ponderatum, auri talenta x x. &
 argenti talenta c c l. Et indicavit Zebul po-
 pulum

pulum annis x x . Et v . Et ut complerent tem-
 pus suum , misit Et convocauit omnes popu-
 los , Et dixit : Ecce tunc ego proficiscor mori . Vi-
 dete testimonia qua testati sunt precesseres
 nostri , Et non sit cor vestrum simile fluctibus
 maris . Sed sicut fluctus maris non intelligit ,
 nisi ea tantum qua sunt in mari , sic Et cor
 vestrum nihil aliud cogitet , nisi ea tantum
 qua sunt legis . Et obdormiuit Zebul cum patri-
 bus suis , Et sepultus est in sepulchro patris
 sui . Tunc filij Israël non habuerunt quem con-
 stituerent sibi iudicem , Et declinauit cor eo-
 rum , Et obliuisci sunt sponsionem , Et transgres-
 si sunt vias quas mandauerat eis Moyses , Et
 Iesus , ministri Domini . Et seducti sunt post
 filias Amorrhæorum , Et seruierunt dijs eorum .
 Et iratus est eis Dominus , Et misit angelum
 suum . Et dixit : Ecce vnum populum elegeram
 ex omni tribu terra , Et dixit ut permaneret
 gloria mea in hoc seculo cum eo , Et misi eis
 Moysen famulum meum , qui mandaret super
 excellentiam meam Et iustitias , Et transgres-
 sua est vias meas . Et nunc ecce ego suscitabo in
 meipsius eius , et dominabuntur ei : Et tunc dicent
 omnes populi . Propter quod transgressimus vias
 Dei , et patrum nostrorum , propter hoc uenerunt
 nobis hæc , et principabatur eis mulier , qua illu-
 minasset eos x l . annis . Et post hæc suscitauit
 eis Dominus Iabal regem Ager , et cepit expu-
 gnare

gnare eos, & habebat Syfara principem civi-
 tis sua, cui erat VIII. currus ferres, & habitabat
 in montem Effrē. & expugnabat plebem, & per-
 munit eum Israël vehementer, & non potuit pla-
 re plebs per omnes dies Syfara. Et cum humi-
 liatus fuisset Israël. Valde, collecti sunt in mō-
 tem Iuda omnes filij Israël & unanimos, & dix-
 runt: Dicebamus beatos nos esse praeceteris ge-
 tibus, & nunc ecce ita humiliati sumus praeco-
 mibus plebibus, & non possumus habitare in
 terra nostra, & inimici nostri dominantur no-
 bis, & nunc quis nobis fecit hac omnia? Nōne
 iniquitates nostra, quoniam dereliquimus Do-
 minum patrum nostrorum, & in his ambula-
 vimus, quae non proderant nobis? Et nunc Veni-
 te ieiunemus septem dies à viro &que ad mu-
 lierem, & à minimo &sq; ad lactantē. Et quis
 scit si replacabitur Deus hereditati suae, & nō
 disperdat plantationem vineae suae? Et cum ie-
 iunassent plebes VII. diebus in cilicio sedētes,
 misit eis Dominus septima die Debborā, qua
 dixit ad eos: Si potest occidenda omnis respondere
 in conspectu occidentis eam, cum & qui occi-
 det, & qui occiditur taceat, cum aliquoties con-
 tristetur in eam? Et nunc Vos nati estis in gre-
 gem, in cōspectu domini nostri, & perduxit Vos
 in altitudinem nubium, & angelos subiecit sub
 pedibus vestris, & disposuit vobis legē, & mō-
 dauit vobis per prophetas, & castigavit vos per
 duces.

duces, & ostendit vobis mirabilia nō pauca, & propter vos praecepit luminaribus, & steterunt in locis iussu, & cū venirent saper vos inimici vestri lapides grandinis pluit super eos, & perdidit eos. Et praecepit vobis Moses, & Iesus, & Cenez, & Iebul, & non obaudistis eis: Nā viventibus illis ostendistis vos sicut seruientes Deo vestro, mortuis autem his, mortuum est etiam & cor vestrum. Et facti estis similes ferro misso in ignem, quod conflatum per flammā, fiet tanquam aqua, & cū exierit de igne, reuertitur in duritiā suā, sic & vos, dum vos vrunt hi qui vos monēt, demonstratis factum, & postquā defuncti fuerint, obliuiscimini omnium. Et ecce nunc Dominus reconciliabitur vobis in hodierna die, non pro vobis, sed pro testamento suo, quod disposuit patribus vestris, et iuramento quod iurauit vt non desereret vos vsque in finem. Scitote autem quoniam post discessum meum incipietis peccare in nouissimis vestris. Propter quod faciet in vos mirabilia dominus, et tradet in manus vestras inimicos vestros, quoniam patres vestri mortui sunt: Nam qui eis disposuit testamentum Deus vita est. Et misit Deborah, & vocauit Borach, & dixit ad eum: Surge & praeinge lumbos tuos tanquā vir, & descende, & expugna Syssaram, quoniam video astra conturbari in dispositione sua, & parari in pugnam vobiscum, Video etiam & co-

m rusc

ruscationes immobiles in cursu suo, proficiscen-
 tes ad impediendum currū eorum, qui glori-
 antur in virtute Sysara, quā dicit: Iens descendit
 in brachio virtutis meae expugnare Israël. Et
 spolia eorum diuidam pueris meis Et speciosas
 mulieres accipiam mihi in concubinas. Et pro-
 pter hac locutus est de eo Dominus, Et brachiū
 infirma mulieris expugnet eum, Et spolia eius
 rapiant puella, Et in manus mulieris incidat
 etiam Et ipse. Et ut descendit Debhora Et po-
 pulus, Et Barach in obuiam inimicorum, sta-
 tim Dominus conturbauit motum stellarum
 suarum, Et dixit ad eos dicens: Festinate, Et
 ite, incidunt enim inimici vestri in vos, Et con-
 turbate brachia eorum, Et conteremini virtutē
 cordis eorum. quoniam Veni ut dominetur popu-
 lus meus. Nam etsi populus meus peccauit, ego
 tamē misereor ei. Et his dictis profecta sunt a-
 stra sicut praeceptum fuerat ois, Et incenderunt
 inimicos eorum. Et erat numerus cōgregatorū
 in vna hora perēpti. nonagies nonaginta septem
 millia virorum, Sysarā autem nō dissipauerūt,
 quoniam sic praeceptum fuerat ois. Et cū Sys-
 ara sedens equo fugisset, Et liberaret animam
 suam, Iahel vxor Chinei ornauit se ornamento
 suo, Et exiuit obuiam ei. Mulier autem erat bo-
 na speciei valde, Et videns eum dixit ad illū
 Ingredere, Et sume cibum, Et dormiens ad ve-
 sperū, mit tam tecum pueros meos: Scio enim

quo

quoniam memor mei eris, & vicem reddes mihi. Et ingressus Sysara, & vidit rosas & arsas in lecto, dixit: Si liberabor, ibo ad matrem meam Iabel, & erit mihi mulier. Et post hac sitivit Sysara, & dixit ad Iabel. Porriges mihi modicum aqua, quoniam dissolutus sum, & uritur anima mea de flamma, quam vidi in astris. Et dixit ad eum Iabel: Modicum requiesce, & sic bibes. Et cum obdormisset Sysara, Iabel perrexit ad pecora, & mulsit ex eis lac. Et cum mulgeret, dicebat: Ecce nunc memor esto Domine, quoniam quando dividebas omnem tribum & generationem terrae, nonne elegisti solum Israel & non assimilasti eum animalibus, nisi velut arietem praecedentem, & ducantorem gregis? Et ideo respice & vide, quia Sysara cogitavit dicens: Vadā & pernam gregem fortissimi. Et ecce ego accipiam de lacte pecorum istorum quibus assimilasti populum tuum, & iens potabo eum. Et cum biberit, dissoluetur, & post hac occidam eum. Hoc autem signum erit quod facies mihi Domine, & dormiet Sysara, cum ingressa fuero, si experges factus petieris me continuo dicens: pota me aqua, scio quoniam exaudita est oratio mea. Et reuertens & ingressus est Iabel, experges factus Sysara, dixit ad eam: Pota me, quoniam &ror valde, & exarde scit anima mea. Et accipiens Iabel vinum, miscuit lacte, & dedit ei bibere. Et ille bibens obdormiuit. Iabel autem accipiens palum in sinistra

manu sua, appropinquavit ei, dicens: Hoc signum significet tecum Dominus, scio quoniam incidet in manus meas Sysara. Ecce iacto eum in terrā de lecto, in quo dormit, & erit ut si non senserit, scio quoniam traditus est. Et accipiens Iahel Sysaram, impulit eum in terram de lecto. Ille autem non sentiebat, quoniam valde fuerat dissolutus. Et dixit Iahel: Virtutifica in me Domine hodie brachium meum, propter te, & propter populum tuum, & propter eos qui sperant in te. Et accepit Iahel palum, & posuit eum super tempus eius, & percussit de malleo: & cum moreretur, dixit Sysara ad Iahel: Ecce dolor accepit me Iahel, & morior tanquam mulier. Et dixit ad eum Iahel: Vade gloriare apud patrem tuum in inferis, & dicito, quoniam incideris in manus mulieris. Et faciens occidit eum, & posuit corpus eius donec reverteretur Barach. Mater autem Sysara dicebatur Themec, quam misit ad amicas suas, dicens: Venite, & exeamus simul in obviam filio meo, & videbitis filias Hebraeorum, quas adducet filius meus sibi in concubinas. Barach autem reuersus à persecutione Sysara, contristatus valde quod non inuenisset eum, cui exiens in obviam Iahel dixit: Veni ingredi, benedictus à Deo. & tradam tibi inimicum tuum, quem persequens non inuenisti. Et ingressus Barach inuenit Sysaram mortuum, & dixit: Benedictus Dominus qui misit

misit spiritum suum, & dixit in manum mulieris tradetur Sysara. Et his dictis, abstulit caput Sysara, & transmisit illud matri eius, & mandavit ei dicens: Accipe filium tuum quem sperabas venire cum sociis. Tunc Debhora & Barach filius Abino, & omnis populus unanimiter hymnum dixerunt Domino in die illa, dicentes: Ecce de alto ostendit nobis Dominus gloriam suam, sicut fecit superioribus locis, emittens vocem suam, ut confunderet linguas hominum, & elegit gentem nostram, et eiecit de igne Abraham patrem nostrum, & elegit eum pro omnibus fratribus suis, & custodivit eum de igne, & liberauit eum de lateribus turrisificationis, & dedit ei filium in novissimo senectutis eius. & eiecit eum de metra sterili, & zelati sunt eum omnes angeli, & inivisi sunt ei cultores militiarum. Et factum est cum zelarent ei, dixit ad eum Deus: Occide fructum ventris tui pro me, & offeres pro me sacrificium quod donatum à me tibi. Et Abraham non contradixit, & profectus est statim. Et cum proficisceretur dixit ad filium suum: Ecce nunc filio offero te holocausto, & in manus te trado qui donavit te mihi. Filius autem dixit ad patrem: Audi me pater: Si agnus ex pecoribus acceptatur in oblationes Domini in odorem suavitatis, & pro iniquitatibus hominum pecora constituta sunt in occisionem, homo autem positus est in

hereditatem seculi, & quomodo nunc dicis
 mihi: Veni, & hereditare securam vitam,
 & immensurabile tempus? Quid si non essem
 natus in seculo, & offerrem sacrificiū ei qui me
 fecit. Erit autē mea beatitudo super omnes ho-
 mines, quia non erit aliud, & in me adnuntia-
 buntur, & per me intelligent populi, quoniam
 dignificaret Dominus animā hominis in sacri-
 ficiū? Et cum obtulisset pater filium in aram,
 & ligasset ei pedes & eum occideret, festinauit
 fortissimus, & misit de alto vocem suam, di-
 cens: Non interficias filium tuum, neque disper-
 das fructum ventris tui: nunc enim manifesta-
 vi, & apparerem ignoratibus me, & clausi ora
 maledicentium semper aduersus te. Erit autē
 memoria tua in conspectu meo in sempiternū.
 & erit nomen tuum, & huius, in generationē
 & generationē. Et dedit Isaac duos filios, etiā
 ipsos de matre conclusa. Et tunc mater eorum
 erat in tertio anno nuptiarum suarum. & non
 erit sic omni mulieri, nec gloriabitur sic quacū-
 que femina. In tertio autē anno appropinquās,
 nati sunt ei duo filij, Iacob & Esau. Et dilexit
 Deus Iacob. Esau autē odio habuit propter ope-
 ra eius. Et factū est in senectute patris eorū, be-
 nedixit Isaac Iacob, & misit eum in Mesopotā-
 miā. & genuerunt ibi duodecim filios, & descē-
 derūt in Aegyptū & habitauerūt ibi. Et cum
 malignati fuissent aduersus eos inimici eorū
 exclā

exclamasset populus ad Dominum, & exaudita est oratio illorum, & eduxit eos inde, & duxit in montem Syna, & prouisit eis fundamentum intellectus, quod praparatisset ex nativitate seculi, & tunc commoto fundamento militia festinaverunt fulgura in cursus suos, & venti sonum reddiderunt de promptuarijs suis, & terra mota est de firmamento suo & tremuerunt montes, & rupe in compaginibus suis, & nubes eleuauerunt fructus suos contra flammam ignis, & non exurerent seculum. Tunc experge facta est abyssus de venis suis, et omnes fructus maris conuenerunt in Unū Tunc paradisus reddita inspiratione fructus sui, & cedri libani mota sunt de radicibus suis, & bestia capi commota sunt in habitationibus sylvarum, & omnia opera eius conuenerunt simul, & videret testamentum disponentem dominum ad filios Israël Et omnia quæ dixit fortissimus, hæc custodiuit, habens testem Moysen dilectum suum. Et cum moreretur, disposuit ei firmamentum, & ostendit ei tunc quos nunc habemus testes, dicens: Sit testis inter me, & te, & populum meum, cælum, in quo ingressus es, terra, in qua ambulasti & nunc: ministri enim erunt vobis sol & luna & astra. Et cum exurgeret, Iesus regere populū, factum est & die in qua expugnabat inimicos appropinquaret vespere, pugna adhuc superante, dixit Iesus soli et luna:

Vos ministri, qui facti estis inter fortissimos
 Et filios eius, ecce nunc pugna adhuc superest
 Et vos derelinquitis officia vestra, stete ego
 hodie, Et tucete filiis eius, Et intenebrificate
 inimicos eius. Et fecerunt ita. Et nunc in die-
 bus his insurrexerat Sysara servificare nos, Et
 exclamavimus ad dominum nostrum, Et pra-
 cepit astris, Et dixit: Discedite de dispositioni-
 bus vestris, Et incēdite inimicos meos ut sciāt
 virtutem meam. Et defenderunt astra, Et ex-
 pugnaverunt castra eorum, Et sine labore custo-
 dierunt nos. Propterea non cessamus hymniza-
 re, nec tacebit os nostrum in narrando mirabi-
 lia eius, quoniā memoratus est Et iuvenū Et
 antiquarum sponsionum, Et liberationem suā
 ostendit nobis. Et ideo in mulieribus gloriatur
 Iahel, quoniam sola direxit bonam viā per ma-
 nus suas, occidens Sysaram. Vade terra, ite
 cœli, Et fulgura, ite angeli militia, ite Et nun-
 tiate patribus in promptuarijs animarum eo-
 rum, et dicite: Non est oblitus fortissimus spon-
 sionum minimam, quas disposuit nobis dicens:
 multa faciam miracula cum filiis vestris. Et
 nunc ex hodierna die scietur, quia qua dixit
 Deus hominibus, ut faceret, hac Et faciet.
 Etiā si moratur homo hymnizare deo, hymni-
 za vel tu Debhora, Et euigilet sanctissimus
 gratia in te, Et incipe laudare opera Domini,
 quoniā non resurget talis dies per quem astra

ammm

*annuntient, & expugnet inimicos Israël. sicut
 Præceptum est eis. Et hac hora si incidat Israël in
 pressura, inuocet testes istos, & cum ministris,
 & legatione fungetur ad altissimum, & me-
 mor erit istius diei. & mittet liberationem testa-
 menti sui. Et tu Debhora incipe loqui quæ vi-
 disti in campo, quoniam populi securi ambulan-
 tes profecti sunt, astra pugnabant pro eis. Gra-
 tulare terra super habitâtes in te, quoniã adest
 conscientia Domini quæ turrificat in te: Non
 enim iniuste accepit Deus de te costam proto-
 plasti, sciens quoniam de costa eius nasceretur
 Israël. Erit enim in testimoniũ plasmatio tua,
 quid fecerit Dominus populo suo. Sustinete ho-
 ra diei, & nolite festinare, ut exponamus quæ
 potest sensus noster proferre, quia nox futura
 est nobis. Erit similis nocti, cum Deus percussit
 primogenitæ Aegyptiorum, propter primogeni-
 tum suũ. Et tunc pausabo de hymno meo, quia
 tempus præparabitur iustificationibus suis.
 Hymnizabo enim ei in inuolutione creatura.
 & populus memor erit saluationis huius, &
 erit ei in testimonium. Et mare testis sit cum
 abysso sua quoniam non solum siccauit eum
 Deus ante conspectum patrum nostrorum, sed
 & castra de dispositionibus suis euerit, & ex-
 pugnauit inimicos nostros. Et ut pausauit Deb-
 bora de verbis suis, ascendit cum populo & mani-
 miter in Silo, & obtulerunt sacrificia & ho-
 m s locan*

locustomatæ, et delatis psalpingis psallentes.
 Et cum psallèrent, oblatusq; sacrificijs dedit.
 Debbara: Erit hoc in testimonium psalpingum
 inter astra. Et Dominum eorum Et descendit
 Debbara inde, Et inde, et iudicavit Israël x l.
 annis. Et factum est dum appropinquaret dies
 mortis eius, misit Et congregavit omnes popu-
 los, Et dixit ad eos: Audite nunc populi mei:
 Ecce ego moneo vos tanquam mulier Dei, Et
 illumino vos tanquam ex femineo genere, Et
 obaudite mihi quasi matri vestre, Et intendite
 verbis meis, tanquam morituri Et ipsi: Ecce ego
 proficiscor mori, viam totius carnis, quo venie-
 tis Et vos, tantum cor vestrum dirigite ad Do-
 minum Deum vestrum in tempore vite vestra
 quoniam post mortem vestram, in his in quibus
 vivitis pœnitere nō poteritis. Signata est enim
 iam tunc mors, Et perfecta est, Et mensura, Et
 tempus, Et anni reddiderunt depositum suum.
 Nam si requiratis in inferno iniquè agere post
 mortem vestram, non poteritis: quoniam pausa
 bit cupiditas peccandi, Et plasmatio iniqua per-
 det potestatem suam: quoniam Et infernus ac-
 cipiens sibi deposita, non restituet, nisi reposcetur
 ab eo qui deposuit ei. Nunc ergo filij mei vos
 obaudite vocem meam, donec habetis tempus vite
 Et legi lumen, dirigite vias vestras. Et dum
 loqueretur Debbara verba hac, levaverunt o-
 mnes populi vocem unanimes, Et plorantes
 dixit

dixerunt: Ecce nunc mater moreris, & relin-
 quens filios tuos, cui commendas eos? Ora ita-
 que pro nobis: & post recessum tuum erit ani-
 ma tua memor nostri in sempiternum. Et re-
 spondit Debhora, & dixit ad populum: Adhuc
 viues homo potest orare pro se & pro filiis suis,
 post finem autem non poterit exorare, nec me-
 mor esse alicuius. Propterea nolite sperare in
 patres vestros: non enim proderunt, nisi similes
 inueniamini in eis. Erit autem vestra similitu-
 do tunc tanquam sydera celi, quae nunc in vo-
 bis manifesta sunt. Et mortua est Debhora, &
 dormit cum patribus suis, et sepulta est in ciuita-
 te patrum suorum. & planxerunt eam populi
 L X X. diebus. Et dum plangeret eam, haec ver-
 ba dixerunt: Ecce perijt mater ex Israël, et san-
 cta quae rebus ducatum in domo Iacob, qua ob-
 durauit septem generationis suae, & genera-
 tio eius requireret eam. Et post mortem eius quie-
 uit terra annis V I I. Et in illo tempore ascen-
 dit quidam Aod de sacris Madian, & hic e-
 rat malificus, & dixit ad Israël, dicens: Ve-
 quid intenditis legi vestra? Venite, ego osten-
 dam vobis qualis nox est lex vestra. Et dixit
 populus: Quid ostensurus es nobis, quod non ha-
 beat lex nostra? Et ille dixit ad populum: Nun-
 quid aliquando vidistis solem noctu? Et re-
 sponderunt non. Et ille dixit: Quando volueritis o-
 stendam vobis, et sciatis quoniam dii no-
 stri

stri virtutē habent, & non fallent eos qui se-
 uiunt eis. Et illi dixerunt: Ostende. Et abiit. &
 fecit magicis suis, praeicipiens angelis qui pra-
 erant maleficijs: quoniam immolabat eis mul-
 to tempore: in hoc enim quod monstrabatur ab
 angelis antequā iudicarentur, & vellent per-
 dere immensurabile seculum, & quia trans-
 gressi sunt, factum est ut angeli in potestate nō
 essent. Quando enim iudicati sunt, tunc cate-
 ris non est data potestas, & in his operantur
 qui ministrant hominibus in maleficijs, & sque-
 quo veniat immensurabile seculū. Et tunc arte
 maleficij ostendit populo solem nocte. Et stupefa-
 cti populi dixerunt: Ecce quantum possunt dñ
 Madianitum, & nos non sciebamus. Et volens
 Deus tentare Israël si adhuc esset in iniquita-
 tibus permisit, & directum est opus eorum, &
 populus Israël implanatus est, & cepit serui-
 re dñs Madianitum. Et dixit Deus: Tradam
 eos in manus Madianitum, eò quod implana-
 ti sunt ab his. Et tradidit eos in manus eorū,
 & ceperunt Madianites in servitutem redi-
 gere Israël. Gedeon autem erat filius Ioath,
 vir fortissimus inter omnes fratres suos. Et dñ
 esset tempus aestivum, venit habens manipulos
 ut excuteret eos in montem, & fugaret immi-
 nentes Madianitas, obviavit ei angelus Do-
 mini, & dixit ad eum: Unde venis, & ubi in-
 gressus tuus? Dixit ei: Quid me interrogas
 unde

Unde Veniā. quia pressura circumst me incidit
 enim Israhel in angustias. tradētes traditi sunt
 in manus Madsanitum. Et Vbi sunt mirabilia
 qua narrauerunt nobis patres nostrī. dicentes:
 Dominus elegit Israhel singularē. pra omnibus
 populis terra? Et ecce modō tradidit nos. Et
 oblitus est spōsionū quas dixit patribus nostris.
 Malebamus enim semel tradi morti quam sic
 per tēpus puniri populū eius. Et dixit ad eum
 angelus Domini: Non traditi estis in Vanū. sed
 adinventiones Vestra fecerūt vobis hac: quia se
 cundum quod reliquistis spōsiones. quas accepi-
 stis à Domino. Venerunt vobis mala hac. et nō
 fuistis memores mādatorum Dei. quae manda-
 uerūt vobis hi qui fuerunt ante vos. ideo Veni-
 stis in odiū Dei Vestri. sed ipse miserebitur. sicut
 nemo miseretur genus Israhel. etiā non propter
 vos. sed propter eos qui dormierūt. Et nūc Veni.
 mittam te. Et liberabis Israhel de manu Ma-
 dsanitū: quoniam hac dixit dominus: Et si Israhel
 non est iustus. tamen quia Madsanitas peccato-
 res sunt. propter hoc cognoscēs iniquitatē. populi
 mei remittam illis. Et arguam eos postea. cō
 quod iniquē gesserint. in Madsanitas autē in
 presenti faciam vindictā. Et dixit Gedeō. Qui
 sum ego. Et quae est domus patris mei. Ut Va-
 dam cōtra Madsanitas ad pugnam? Et dixit
 ad eum angelus: Forsitā tu putas quemadmo-
 dum Via hominum. sic Via sit Dei. Homines
 enim

enim intēdūt in gloriā seculi, et diuitias: Deū
autē in directū bonū, & in mansuetudinem.
Nunc ergo vade, & cinge lūbos tuos, & domi-
nus erit tecū. Te enim elegit, & vindictā facias
de inimicis suis, sicut ecce praecepit tibi: Et dixit
Gedeon ad eū: Non indignetur Dominus meus
& discā verbū: Ecce Moses primus omnium pro-
phetarū petiit dominū signū, et datū est ei. Ego
autem qui sum, nisi fortē quia elegit me Do-
minus, det mihi signū, & scīā quoniam dirigor.
Et dixit ad eū angelus domini: Curre, & acci-
pe mihi aquā de lacu illo, & funde super petrā
istā, & dabo tibi signū. Et abiens accepit sicut
praecepit ei. Et dixit ad eū angelus: Antequā
fundas super petrā aquā, pete quid velis fieri
de ea, siue sanguinē, siue ignē, siue & nusquam
compareat. Et dixit Gedeon: Fiat mediū san-
guis, et mediū ignis. Et effudit Gedeon aquā
super petrā, & factū est cū effudisset, & fie-
ret media pars flāma, media autē pars sanguis
& commixta sunt & traq, id est, ignis & san-
guis, et non extinxit ignem sanguis, nec sangui-
nem ignis exussit: Et hac videns Gedeon petiit
alia signa, & data sunt ei. Nōne haec scripta
sunt in libro Iudicum? Et accepit Gedeon c c c.
Viros, & abiens venit vsq, ad extrema castro-
rum Madian, & audiuit vnunquēq, loquen-
tem ad proximum suū, dicentes: Videbitis in-
estimabile turbationē rhomphae Gedeonis &-

nicus

mētem super nos, quia tradidit in manus eius
 deus castra Madianitū. Et incipiet consummare
 nos, id est, matrem cum filijs, quoniam completa
 sunt peccata nostra, sicuti Et dñi nostri ostende-
 runt nobis, Et non credimus eis. Et nunc surge-
 tes adiuuemus animas nostras, Et fugiamus.
 Et Gedeō mox Et ausuit verba hac, induit spi-
 ritum Domini, Et virtutificatus dixit CCC.
 Viri: Exurgentes unusquisq, vestrū cingat se
 rhōphaā suā quoniam traditi sunt Madianites
 in manus nostras. Et descenderunt cū eo Viri:
 Et accessit, Et cepit pugnare, Et tubātes vlu-
 lauerunt pariter Et dixerūt: Rhōphaa Domi-
 ni super nos. Et occiderunt ex Madianitis qua-
 si CXXXM. Virorū: Et fugerunt residus Madia-
 nitum. Et post hac Venit Gedeon, Et congrega-
 uit populū Israēl, Et dixit ad eos: Ecce misit me
 Dominus pugnare pugnam vestram, Et abijse-
 cundum quod praecepit mihi. Et nunc Vnā peti-
 tionē peto à vobis, ne aduertatis faciem vestrā,
 Et det mihi unusquisq, vestrū aurea dextra-
 lia: qua habetis in manibus vestris, Et exten-
 dit Gedeon tunicā, Et miserunt singuli quiq,
 dextrales suos, Et pensata sunt omnia, Et in-
 uentū est pondus eorū talentū XII. Et accepit
 ea Gedeō, Et fecit ex his idola, Et adorabat ea.
 Et dixit Deus: Vna Via posita est Et non redar-
 guam Gedeonem in vita sua, eò quod dissipauit
 sacrum Baal: quia dixerunt tūc omnes:

Vind

Vindictet se Baal. Erit nunc si castigauero eum propter quod iniquè gessit in me. , dicitur : *non* Deus castigauit eum, sed Baal, quoniam *ante* peccauit in eū. Et ideo nunc morietur Gedeon bona senectute. Et quod loquatur. Sed postea cū mortuus fuerit Gedeon, castigabo eum semel, eò quòd deliquerit in me. Et mortuus est. Gedeon in senectute bona, & sepultus est in ciuitate sua. Et filium de concubina habens, occidit fratres suos omnes, Volens esse dux populi. Tunc conuenerunt omnia ligna campi ad ficum, & dixerunt: Veni, regna super nos. Et dixit ficus: Nunquid in regno nata sum, aut in principatu lignorum? Aut ideo plantata sum, Et regnem in vobis? Et ideo sicut ego vobis regnare non possum, sic non accipiet Abimelech per seuerantiam principatus sui. Et postea conuenerunt ligna ad vineam. & dixerunt: Veni, regna super nos. Et dixit Vitis: Ego plantata sum ad praestandam hominibus suauitatem, Venite & sustinete ortus mei fructum. Sed quemadmodum ego non possum regnare super vos, sic sanguis Abimelech exquiritur de vobis. Et deinceps Venerunt ligna ad malum, & dixerunt: Veni, regna super nos. Et dixit: Praeceptum est mihi, praestare hominibus fructum odoris; ideo non possum regnare super vos: & Abimelech lapidibus morietur. Et tūc Venerūt ligna ad rubū, & dixerūt: Veni, regna super nos. Et dixit ru-

bus:

bus nascente spina; Veritas in specie spina prae-
lucbat. Et quando iudicatus est protoplastus,
mortis spinas & tribulos iudicatus est proferre
terra. Et cum Moſen illuminabat Veritas per
ſenticetum illuminabat eum. Et nunc erit Et de
me vobis Veritas audiatur. Et ſi in vero dixi-
ſtis rubo, Et in Veritate regnaret ſuper vos ſe-
dete in ſombra eius. Sin autem in hypocrifi, e-
xeat ignis, & deuoret. & comedat ligna cam-
pi: quia malus facta eſt in caſtigatores. & fi-
cus facta eſt in populum, et vinea facta eſt in
preceſſores. Et nunc erit vobis in hac hora, quae-
admodum Abimelech, qui occidit fratres ſuos
iniuſte, & vult principari in vobis. Si dignus
eſt Abimelech corum quorum vult principatum,
ſit ſicut rubus, quae facta eſt redarguens impe-
ritos populi. Et exiit ignis de rubo, & come-
dit ligna quae in campis ſunt. Poſt hac principa-
tus eſt Abimelec populo anno vno, & menſi-
bus ſex. & mortuus eſt. Et dimittente mulie-
re ſuper eum medium fragmentum mola adſi-
ficauit ſacrarium Baal, & ſeduxit populum,
dicens: Omnis qui non ſacrificauerit Baal, mo-
rietur. Et cum ſacrificaret omnis populus ſoli
ſeptem viri noluerunt ſacrificare: quorum no-
mina haec ſunt, Dephal, Abieſdrel, Getalibal,
Selumi, Aſſur, Ionadali, Memihel: qui reſpon-
derunt dicentes lair: Ecce nos memores pra-
ceptorum ſummorum, quae praeceperunt nobis pra-
ceſſores

cessores nostri, & Debbara mater nostra, accens: Videte ne declinetis cor vestrum ad dextram vel ad sinistram, sed legi domini intendite die ac nocte, & nunc quare corrupisti populum Domini, & seduxisti eum, dicēs: Deus est Baal, adoremus eum? Et nunc si Deus est, sicut dicis, loquatur tanquā Deus, & tunc sacrificabimus illi. Et dixit Iair: Combuste eos igni, quoniam blasphemauerunt Baal & acceperunt eos pueri eius, ut incenderet illos igni. Et cum imponebant eos super ignem, exiit Nathaniel angelus qui praest igni, & exstinxit ignem, & incendit pueros Iair: Viris autem septem fugam dedit, ita ut nemo eos videret ex populo, quoniam populum percusserat cecitate. Et ut venit usque ad locum Iair, incensus est igne, & antequam eum combureret, dixit ad eum angelus domini: Audi verbum domini antequā moriaris: & hac dicit, Dominus: Leuam te de terra Aegypti, & posui te ducem super populos meos, tu autem exurgens corrupisti testamentum meum, & seduxisti eos, & quasisti flamma concremare seruos meos eo quod castigarent te: qui incensi sunt igni corruptibilibus: nunc autem uiuificati sunt igne viuo, & liberati sunt, tu autem morieris, dicit Dominus, & in quo igne morieris, in eo habebis habitationem. Et postea incendit eam, & venit usque ad columnam Baal, quam demolens, incendit Baal, cum assistentibus populis, id est M. Viris. Et post,

hic

hac venerunt filij Ammon. & ceperunt expu-
 gnare Israël, & acceperunt ciuitates eorum
 multas. Et dum coangustarentur populi valde,
 congregati sunt in Massphath, discentes singuli
 quisq. ad proximos suos: Ecce nunc videmus
 pressuram quæ includit nos, & Dominus re-
 cessit à nobis, & iam non est nobiscum, & mi-
 nici nostri rapuerunt ciuitates nostras, et dux
 non est qui ingrediatur, & exeat ante con-
 fectum nostrum. Nunc ergo videamus quem po-
 namus super nos, ut pugnet pugnam nostram.
 Ieptham autem Galadites erat potens in vir-
 tute, cum zelaret fratres suos, qui eiecerat eum
 de terra sua. & ille iens sedit in terra Tobî: Et
 congregati ad eum viri Gagi, commorati sunt
 cum eo. Et factum est cum expugnaretur Is-
 rael, venerunt in terram Tobî ad Ieptham &
 dixerunt ad eum: Veni principare populo: Quis
 enim scit, si propterea seruatus es in dies istos,
 aut propterea liberatus es de manibus fra-
 trum tuorum, ut principeris in tempore hoc
 populo tuo? Et dixit ad eos Ieptham: Sic post
 adiuu dilectio reuertitur, aut tempus omnia
 vincit quonia eiecisti me de terra mea. & de
 domo patris mei. & nunc venistis ad me, quã-
 do pressura facta est vobis. Et dixerunt ad eum
 Si Deus patrum nostrorum cum peccauisse-
 mus ei, & tradidisset nos in confectum ini-
 micorum nostrorum, & premeremur ab his, im-

memor fuit peccatorum nostrorum, & liberauit nos: & quid tu uis homo mortalis iniquitates quae acciderunt nobis memorari, in temporis pressura nostra? Et ideo non ita sit coram te damine. Et dixit Iepthan: Deus potest peccatorum nostrorum memor non esse, qui habet tempus & locum ubi requiescat à longanimitate sua tanquam Deus, ego autem mortalis, & de terra factus, in quam reuersurus sum, ubi projiciam iram meam, & iniuriam qua nocuistis me? Et dixit ad eum populus: Edoceat te columba, cui assimilatus est Israel, quia cum auferuntur ab ea filij eius, tamen de loco non recedit suo. & respuens iniuriam suam, oblitusceat velut in profundo abyssi. Et surrexit Iepthan. & venit cum eis, & collegit omnem populum, & dixit ad eum: Scitis quod dum uinerent duces nostri, monuerunt nos ut sequeremur legem nostram. Et Amon, & filij eius auerterunt populum de via sua, in qua ambulabant, & seruierunt dijs alienis, qui eos perderent, Nunc ergo ponite corda uestra in lege Domini Dei uestri, & deprecemur eum vnanimis, & sic pugnabimus aduersus inimicos nostros, confidentes & sperantes in Domino, quonia non tradet nos usque in finem. Et si peccata nostra superabundent, misericordia tamen eius implet terram. Et orauit omnis populus vnanimis ser, uiri & mulieres, pueri lactentes. Et cum orarent

erarent, dicebant: Intende Domine in populum quem elegisti, & non corrumpas vineam quam plantasti dextera tua. Et sit cor a te hereditas te hac gens, quam habuisti ab initio, & quam pratulisti semper, & pro qua fecisti habitabilia, & induxisti in terram quam iurasti: & ne tradas nos in conspectum odientium te Domine. Et pœnituit Deum ira sua, & confortauit spiritum Ieptha, Et misit nuntium ad Getal regem filiorum Ammon, & dixit: Quare importunus es terra nostra, & accepisti ciuitates meas, aut contristatus? Quare tibi non praecepit Israël: Et disperderes inhabitantes terram? Et nunc redde mihi ciuitates meas, & pausabit iracundia mea a te. Si quod minus, scito quoniam ascendam ad te, & praeerita tibi reddam, & retribuam malitias tuas in caput tuum. Aut immemor sum, quoniam subdoli fuisti populo Israël in eremo? Et legati Ieptha dixerunt mandata hac regi filiorum Ammon. Et dixit Getal: Putabat Israël in quantum acceperat terram Amorraeorum? Et ideo dicite: Scitote, quia nunc residuas ciuitates accipiam a te, & reddam tibi malitiam, & vindicabo Amorraeos quos nocuisti. Et adiecit Iepthan mādare regi filiorum Ammon, dicens: In Veritate didici, quia adduxit te Deus Et disperdam te, nisi requiescas ab iniquitate qua vis nocere Israël. Et ideo ve-

niam ad te, & manifestabo me tibi: Non enim
 sicut dicitis sunt dñi qui dederunt vobis ha-
 bitatorem quam possidetis, sed quia post lapides
 ducti estis, Veniet ignis post vos in vindictam.
 Et quia volebat rex filiorum Ammon exau-
 dire vocem Ieptha, surrexit Ieptha, & arma-
 vit omnem populum ut exiret, & in prae-
 elum pugnaret, dicens. Cum traditi fuerint filij
 Ammon in manus meas, & reuersus fuero,
 omnis qui mihi primus obuianerit, erit Domi-
 no in holocaustum. Et iratus est dominus ira
 & dixit: Ecce orauit Ieptha, ut offerret mihi
 omne quod primū obuianerit ei, & nunc si ca-
 nis primus obuianerit Ieptha, nunquid canis
 offerretur mihi? Et nunc fiat oratio Ieptha in
 primogenitum eius, id est, in fructum ventris
 ipsius, & petitio ipsius in unigenitam eius. E-
 go autem liberans liberabo populum meum in
 isto tempore, non pro eo, sed pro oratione quam
 orauit Israël. Et venit Ieptha, & expugnauit
 filios Ammon, & tradidit eos Dominus in ma-
 nus eius, & percussit ciuitates eorum sexagin-
 ta, & reuersus est Ieptha cum pace. Et exierunt
 mulieres in obuiam ei in choris. Et erat ei unige-
 nita filia quae in choris exijt prima obuiam patri
 suo. Et videns eam Ieptha, resolutus est, & di-
 xit: Iustè vocatum est nomen tuum Seila, ut
 offeraris in sacrificium. Et nunc quis dabit cor-
 meum in statera, animam in pondere, & sta-
 bo,

*Et videbo, & trum epulatio qua facta est, an
 tristitia qua contingit mihi? Et quia in cantico
 votorum aperui os meum Domino meo, non
 possum reuocare illud. Et dixit ei Seila filia
 eius: Et quis est qui tristetur moriens, videns
 populum liberatū? Aut immemor es qua facta
 sunt in diebus patrū nostrorū, quādo pater si-
 liū imponebat in holocaustū, & non cōtradixit
 ei sed epulans cōsensit illi? Et erat qui offereba-
 tur paratus, et qui offerebat gaudens. Et nunc
 omnia qua orasti non destruas, sed fac vñā an-
 tē petitionē. Peto à te antequā moriar postula-
 tionē minimā, exoro priusquā reddā animam
 meā, Et vadā in montes, & per meē in collibus
 & per ambule petras, ego & cōiurinales meae
 & effundam in ois lachrymas meas, & refe-
 rā tristitias iuuentutis meae, & plorabunt me
 ligna cāpi, & plāgent me bestia cāpestres, quia
 non sum tristis in hoc quod moriar, nec dolet
 mihi quia reddo animā meam, sed quoniā in
 oratione praoccupatus est pater meus: et si spon-
 taneam me nō obtulero in sacrificiū, timeo ne
 non sit acceptabilis mors mea, aut in vano per-
 dam animā meā. Hac referam mētibus et post
 reuertar. Et dixit pater eius: Vade. Et profecta
 est Seila filia Ieptha, ipsa & cōiurinales eius,
 & venit, & narrauit sapiētibus populi, & ne-
 mo potuit respondere ad verbū eius. Et post ve-
 nit in montem Stelac, & Dominus cogitauit*

super eam noctu, & dixit : Ecce nunc co-
 linguam sapientum populi mei in generem
 nem istam, ut non possent respondere filia
 ptha ad verbum eius, et compleretur verbum
 meum, ne destrueretur consilium meum quod
 cogitauerat et ipsam vidi magis sapientem, quam
 patrem suum, et sensatam virginem præ omni-
 bus qui hic sunt sapientibus, & nunc detur ani-
 ma eius in petitione eius, et erit mors eius pre-
 tiosa ante conspectum meum omni tempore. Et
 ut venit filia Icptha in montem Stelac, capit
 plorare. Et hic threnus eius, in quo plangens
 plorauit se antequam recederet, & dixit : Audi-
 te montes threnum meum, & intendite colles
 lachrymas oculorum meorum, & testes esto-
 te petra in planctu anima mea. Ecce quomodo
 accusor, sed non in vano recipiatur anima mea
 Proficiscantur verba mea in cælis, et scribatur
 lachryma mea ante conspectum firmamenti, ut
 pater non expugnet filiam quam deuouit sacrifica-
 re, ut princeps illius Unigenitam audiat in sacri-
 ficio promissam. Ego autem non sum saturata
 thalamo meo, nec repleta sum coronis nuptia-
 rum mearum. Non enim vestita sum splendore
 sedens in genua mea, non sum vna Moysi odoris
 mei, nec fronsiuit anima mea oleo unctionis
 quod preparatum est mihi. O mater in vano
 peperisti Unigenitam tuam, quoniam factus est
 infernus thalamus meus, & genua meam su-
 per

per terrā. et confectio omnis olei quod prapara-
 ſti mihi effundatur. Et alba qua nenuit mater
 mea timea comedat eam, et corona quam inte-
 xuit nutrix mea: in tempore marceſcat, et ſtra-
 toria qua texuit ingenuam meā de Hyacinthi-
 no Et purpura, Vermis ea corrumpet, Et refe-
 rentes de me conuirgines mea in gemitu per-
 dies plangent me. Inclinate arbores ramos ve-
 ſtros, Et plangite iuuentutē meam, Venite fera
 ſylvarum Et conculcate ſupra Virginitatem
 meā, quoniā abſciſi ſunt anni mei, Et tēpus vi-
 ta mea in tenebris inueterauit. E his dictis, re-
 uerſa eſt Seila ad patrem ſuū, Et fecit omnia
 quacunq; oraui, Et obtulit holocauſtomata.
 Tunc omnes Virgines Iſraël conuenerunt, Et
 ſepelierunt filiā Ieptha, Et planxerunt eam,
 Et fecerunt filij Iſraël planctum magnum, Et
 conſtituerunt in eo menſe quartadecima die
 menſis, Et conuenientes per ſingulos annos pian-
 gerent filiam Ieptha per dies quatuor. Et fece-
 runt nomē ſepulchri eius iuxta nomē eius Sei-
 la. Et iudicauit Ieptha filios Iſraël annos decē
 Et mortuus eſt, Et ſpuitus eſt cum patribus
 ſuis. Et poſt eū ſurrexit Moab: Iudex in Iſraël
 Addo filius Eiech de Praton, et iudicauit Et
 ipſe filios Iſraël annis octo. Et in diebus ipſius
 miſit rex Moab nuntios ad eum, dicens: Ecce
 nunc ſcies, quoniam ciuitates meas accepit Iſ-
 raël, Et nunc redde eas in remiſſionem. Et di-

xit Addo: Nec docti estis in his qua conuer-
 runt filijs Ammō, nisi forte iam peccata illorum
 repleta sint? Et misit Addo, & accepit de popu-
 lo x x. M. Virorum, & venit in Moab, & con-
 pugnavit eos, & interfecit de eis x l v. M.
 Virorum, reliquis autem fugerunt ante conspe-
 ctum eius. Et reuersus est Addo cū pace: & ob-
 tulit holocausta, & sacrificia domino suo,
 & mortuus est, & sepultus est in Euphratz ci-
 uitate sua. Et in tempore eo elegit populus E-
 lon, & constituit eum sibi iudicē, & iudicauit
 Israël x x. annis. Et in illis diebus expugna-
 uerunt Allophilos, & acceperunt ab his duo-
 decim ciuitates. Et mortuus est Elon, & sepul-
 tus est in ciuitate sua. Filij autem Israël obli-
 ti sunt Dominum Deum suum, & seruierunt
 dijs habitantium terram, & propter hoc tra-
 diti sunt Allophilis, & seruierunt eis annis
 x l. Fuit autem Vir de tribu Dan, cui nomen
 erat Manue, filius Edoe, filij Odō, filij Eriden,
 filij Phadesur, filij Dema, filij Susi, filij Dan,
 & erat ei mulier cui nomen Eluma, filia Re-
 mac. Et hac erat sterilis, & non pariebat ei.
 Cui cū diceret quotidie Manue maritus
 eius: Ecce conclusit Dominus metram tuam,
 Et non pareres, & nunc dimitte me, Et acci-
 piam aliam mulierem, ne moriar sine fructu.
 Et dicebat illa: Non me conclusit Dominus &
 non parerē sed te: Et non faciam fructū. Et ille
 dixit

dixit ad eam : Experimentum nostrum manifestat lex. Et cum altercarentur quotidie , & contristarentur ambo valde , quia sine fructu erant, in nocte quadā ascendit mulier solarium, et oravit, dicens: Ecce tu Domine Deus totius carnis, Vtrum viro meo, aut mihi nō sit datum procreare filios, reuela mihi, vel cui prohibitum sit, aut cui concessum ut faciat fructum, ut cui prohibitū est, ingemiscat in peccatis suis , quia manet sine fructu: Vel si ambo fraudati sumus, & hoc reuela nobis, ut peccata nostra sustinentes, taceamus coram te. Et exaudivit dominus vocem eius, & misit ei angelū suum manē, & dixit ad eam: Tu es sterilis, quia non parturis, et tu es metra, quia prohibita es non facere fructū. Sed nunc exaudivit Dominus vocem tuam, et intendit lachrymis tuis, & aperuit metrā tuā. Et ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Sāson: hic enim erit sanctificatus Domino tuo. Intende autē ne gustet ex omni fructu vinea, & ne comedat omne immundū, quia sicut ipse dixit, liberabit Israël de manu Allophilorum. Et cum locutus fuisset angelus Domini verba hæc, recessit ab ea. Et illa venit ad virū suum in domum, & dixit ad eum: Ecce ego appono manum meam super os meum & ore taceas ante te omnes dies , propter quod gloriosa sum in vano, & non credidi verbis tuis. Angelus enim Domini venit ad me hodie, &

manifeste

manifestavit mihi dicens: Eluma tu es steris
 sed concipies, & paries filium. Et non credidit
 Manue mulieri suae. Et confusus tristitia
 ascendit & ipse in solarium. & oravit, & dixit
 Ecce non sum dignus audire signa & prodigi-
 a quae fecit in nobis deus, aut videre faciem
 missi. Et factum est dum loqueretur verba
 haec, adiecit angelus Domini Venire ad ux-
 orem eius, ipsa autem erat in agro, & Manue
 in domo sua. Et dixit ad eam angelus: Curre,
 & clama ad virum tuum, quoniam dignatus
 est Deus, ut vocem, meam audiat. Et currens
 mulier clamauit viro suo, & ille festinus ve-
 nit ad angelum in agro in animo, qui dixit ad
 eum: Ingredere ad mulierem tuam, & fac ci-
 to omnia verba ista. At ille dixit ei: Sed vide
 tu Domine, ut verbum tuum fiat super puerum
 tuum. Et ille dixit: Fiat, Dixitq; ad eum Ma-
 nue: Si possem, persuaderem tibi, ut ingredereris
 in domum meam, & manducares apud me pa-
 nem, et scires ut cum vadās darem tibi dona
 quae tecū ferres, ut offerres sacrificium Domino
 Deo tuo. Et dixit ei angelus: Non ingrediar tecū
 in domum tuā, nec manducabo panem tuum, nec
 dona tua accipiam. Si enim offeres sacrificium de
 his quae sunt aliena, non possum gratificari tibi.
 Et aedificavit Manue altarium super petram, et
 obtulit sacrificia, & holocaustomata. Et factum
 est dum cōcidisset carnes, & posuisset eas super
 sacra

Sacraria misit angelus, & tetigit eas de sum-
mitate sceptri sui. & exiit ignis de petra, &
denotans holocausta, & sacrificia. Et an-
gelus ascendit ab eo cum flamma ignis: Manue
verò. & mulier eius videntes hac ceciderunt in
faciem suam, & dixerunt: Morte moriemur,
quã vidimus Dominum facie ad faciem. Nō
sufficiebat quòd vidi eum. Et adhuc interroga-
uit nomen eius, nesciens quoniam minister Dei
esset. Angelus autem qui venerat dicebatur
Ahadabel. Et factum est in tempore dierū ipso-
rum concepit Eluma, & peperit filium, & vo-
cavit nomen eius Samson, & erat Dominus cū
eo. Et cū cōpisset crescere, & querere expu-
gnare Allophilos accepit sibi mulierem de Allo-
philis. Quam incēderunt Allophili in igne, quo-
niā humiliati erant de Samson valde. Et post-
ea iratus est Samson in Azotū. & incluserunt,
& circumierunt civitatem, & dixerunt: Ecce
nunc traditus est inimicus noster in manus no-
stras, & nunc congregemus, & adiuvemus al-
terutram animas nostras. Et cū surrexisset
Samson noctu, & vidisset civitatem clausam,
dixit: Ecce nunc pulces isti incluserunt me in ci-
vitate sua. Et nūc erit dominus mecū, & egre-
diens per portas eorum expugnabo eos. Et ve-
niens supposuit sinistram manū suā sub plectro
porta, & cōcutiens deposuit portam muri, & nā
earum tenebat in dextera sua pro scuto, alterā
posuit

posuit super scapulas suas, & auferens, quoniam non habebat gladium, persequeretur in uen-
 lophilos, & interfecit in ea vigintiquinque
 lia virorum. Et lenauit omnia qua erant portans
 & posuit ea in montem. De leone autem quem
 interfecit, & de maxilla asiri in qua occidit
 Allophilos, & de vinculis velat sponte disruptis
 de brachijs eius, & vulpibus, quas apprehendit,
 nonne hac scripta sunt in libro ludicum? Tunc
 descendit Samson in Geraram ciuitatem Allo-
 philorum, & vidit ibi fornicariam, cui nomen
 erat Dalila. & seductus est post eam, & acce-
 pit eam sibi in uxore. Et dixit Deus: Ecce nunc
 Samson seductus est per oculos suos, & imme-
 mor fuit virtutis quam feci cum eo, & commi-
 xtus est filiabus Allophilorum, & non intendit
 in Ioseph puerum meum, qui fuit in terra alie-
 na. & factus est in coronam fratrum suorum,
 eo quod noluerit contristare semen suum. Et nunc
 erit Samson concupiscentia sua in scandalum,
 & commixtio eius in perditionem, & tradam
 eum inimicis eius, & cacabunt eum, sed in ho-
 ra mortis eius memorabor illius, & adhuc se-
 mel & indicabo eum in Allophilos. Et post hac mu-
 lier eius cum importuna esset illi, dicebat ad
 eum: Indica mihi potentiam tuam, & in quo
 sit virtus tua, & sic cognoscam quoniam amas
 me. Et cum fefellisset eam Samson ter, & illa
 importuna ei esset quotidie, manifestauit ei
 quar

quanto cor suum. Et inebriauit eum illa. Et so-
 parato illo vocauit tonsorem, Et totodit septem
 crines capitis, et recessit Virtus eius ab eo, quo-
 niam sic Et ipse annuntiauerat. Et vocauit Al-
 lophilos, et percusserunt Samson, et excacauerunt
 eum, et miserunt illum in carcerem. Et factum
 est in die potationis eorum Vocauerunt Sāson,
 Et illuderent eum. Et ille ligatus iuxta duas co-
 lumnas orauit, dicens: Domine Deus patrum
 meorum exaudi me adhuc semel, et cōforta me,
 Et moriar cum Allophilis istis, quoniam visus
 quem isti sustulerunt mihi gratis mihi datus
 est à te. Et adiecit dicens Samson: Proficiscere
 anima mea, et noli cōtristari, morere corpus, et
 noli ligere te. Et apprehendit duas columnas do-
 mus, et iactauit eas, et cecidit domus, et omnia
 quæ circa eam erant, et interfecit omnes qui in
 circuitu eius erant. Et fuit numerus eorū qua-
 draginta millia Virorum ac mulierū. Et descē-
 derunt fratres Samson et omnis domus patris
 eius, et accipientes sepelierunt eum in sepulchro
 patris eius. Ipse autem inducauit Israël .x.x.
 annis. Et in diebus illis nō erat dux in Israël,
 sed faciebat unusquisq; quæ placita erant ante
 conspectum eorum. Et in illo tempore surrexit
 Achas filius Dedila, matris Helan et habe-
 bat mille drachmas auri, et quatuor tegulas cō-
 flatiles auri, et quadraginta didrachmas argē-
 ti. Et dixit ad eū mater eius Dedila: Audi fili
 Vocem

Vocem meam, & facies tibi nomen antea-
tem: Accipe aurū istud, & conſla illud, & facies
tibi idola, & erunt tibi in deos, & tu ſerues
eis ſacerdos. Et erit qui voluerit interrogare
per eos, qui veniet ad te, & reſpondebis ei. Et
erit in domo ara, & columna adificata ex auro
iſto quod habes comparabis tibi thus in incen-
ſum, & oves in ſacrificiū. Et erit quicumq; vo-
luerit facere ſacrificiū, dabit pro omnibus ſeptē
didrachmas, & pro thure ſi voluerit incendere,
dabit didrachmam ſnam argenti & ponderis,
& ſacerdos nomen tuum erit, & diceris cultor
deorum. Et dixit ad eam Michas: Bene mater
conſiliata es mihi ut vivā, & nunc erit nomen
tuum plus quam meū, & in nouiſſimis diebus
omnia à te exquirentur. Et profectus eſt Mi-
chas, & fecit omnia quacūq; praeceperat ei ma-
ter ſua. Et excluſit, & fecit ſibi effigies tres pue-
rorū, & vitulorū, & leonē, aquilā, & draconē,
& colūbam. Et factum eſt, ut omnes qui sedu-
cebantur, venirent ad eū, ut ſi quid voluiſſent
pro vxore interrogare, per colūbam interrogaret
eum. Si quis autē pro filijs, per effigies puerorū.
Qui vero pro diuitijs, per ſpeciem aquila. Qui
pro fortitudine, per leonis effigiē conſulebant eū.
Si autē pro pueris, ſi pro puellis per effigies vi-
tulorū interrogabant: nā ſi pro longitudine die-
rū, per draconis effigiem interrogabatur. Et e-
rat iniquitas eius multiformis, et irreligioſitas
eius

eis astuta. Et nunc recedentibus filiis Israël
 à Domino, dixit Dominus: Ecce eradicabo ter-
 ram, & perdam totum genus hominum, quo-
 niam cum ponerem excelsa in monte Sina, osten-
 di me filiis Israël in procella, & dixi, Et nō fa-
 cerent idola, & consenserunt Et non sculperent
 effigies deorum. Et constitui his, Et non accipe-
 rent nomen meum in Vanū, & elegerunt hoc,
 ne acciperent sibi nomen meum in Vanū. Et pra-
 ceptis eis, Et custodirent diem sabbati, & consen-
 serunt mihi Et sanctificarent se. Et dixi eis Et
 honorificarent patrem & matrem. & promise-
 runt faciuros se. Et constitui eis non furari, &
 consenserunt. Et iussis eos homicidium non fuce-
 re, & acceptum habuerunt Et non facerent. Et
 praeceptis eis ne mæcharentur, & non negauerūt.
 Et constitui eis, ne falsum testimonium dicerēt,
 & ne concupiscerent unusquisq; uxorem proxi-
 mi sui, neq; domum, nec omnia quae eius sunt,
 & acceptauerunt Et non facerent idola, nec ope-
 ra deorum eorum, qui nati sunt de corruptela
 in appellatione sculptili. Sed eos per quae facta
 sunt corrupta omnia. Fecerunt enim eam mor-
 tales homines, & ignis ministravit in confla-
 tione eorum, ars hominis produxit eos, & ma-
 nus operata sunt illos, & sensus adinuenit eos.
 Qua accipientes acceptauerunt nomen meū in
 Vanum, & nomen meum imposuerunt sculpti-
 libus, et die sabbati, quem acceperunt Et custo-
 dirent,

dirent, operati sunt abominamenta ab eis, propter quod dixi eis, Et diligere patrem, Et matrem, me inhonorificauerunt creatorem suum. Et quod dixi eis, Et non furarentur in seculo suo, furati sunt in sculptilibus. Et quod dixeram, Et non occiderent, occidunt quos seducunt. Et cum praecepissem eis non machari, Zelum suum machati sunt. Et quod elegerunt ne falsum testimonium dicerent, falsum testimonium acceperunt ab eis quos exterminauerunt, Et concupierunt mulieres alienas. Propterea ecce ego exhorresco genus hominum, Et Et eradicem plasmata, multiplicabuntur morientes super numerum nascentium, eo quod vitiatum est domus Iacob iniquitatibus, Et multiplicata est impietas Israël, Et non possum ex toto disperdere de tribu Benjamin: quoniam ipsi primi se ducti sunt post Micham, Et populus Israël non erit impunis. Erit autem eis in scandalum sempiternum in memoriam generationis generationum. Micham autem tradam igni. Et erit mater eius in conspectu eius marcescens vinum super terram, Et Vermes exient de corpore eius. Et tunc loquentibus eis inter se adinuicem, dixit illa tanquam mater castigans filium suum. Ecce quale operatus es peccatum. Et respondit ille, tanquam filius obaudiens matri, Et astute agens, Et tu maiorem fecisti iniquitatem. Et erit similitudo columba quam fecit ad eijciendam

efficiendas oculos eius, & similitudo aquila erit, & præstet illis de pennis, ignem, & effigies prætorum quas fecit, erunt ei ad radenda latera. & effigies leonis quam fecit, erit ei & fortes sint torquentes eum. Et sic non hoc solummodo Micha faciam, sed omnibus qui peccant in me. Et nunc sciet genus hominum, quoniam non zelabunt me in adinventionibus qua faciunt, sed omni hominis erit illa punizio, & in quo peccato peccauerit, in eo adiudicabitur. Et si mentiti fuerint ante conspectum meum, mandabo calo, & mentietur eis pluviam. Et si voluerit unusquisque concupiscere rem proximi sui, mandabo morti, & abnegabit eis fructum ventris eorum. Et si iudicabunt in nomine meo falsè, ego non exaudiam orationes eorum. Et cum discernitur anima à corpore, tunc dicent: Non contristemur in his qua passi sumus, sed quia quacunq; adinuenimus, hac & recipiemus. Et factum est in tempore illo venit quidam de tribu Levi in Gabao, & cum vellet manere ibi, occidit sol. Et volentem ibi ingredi, non permisérunt qui habitabāt eam. Et ille dixit puero suo: Ambula, & duc mulum, & veniemus in civitatē Nobā, forsitan permittent nos ingredi in eam. Et venit illuc, & sedit in platea civitatis, & nullus dixit ei: Ingredere in domū meam. Erat autem ibi quidam Levites, cui nomen erat Bejabac. Hic cum vidisset eū, dixit ad illū: Num tu

habitantes in ea, Et occiderent me, et acceperunt
 concubinam meam, incluso me, illam occiderunt.
 Et si placet hoc ante conspectum vestrum, Et ta-
 ceatis, Dominus autem iudicat. Si autem volue-
 ritis vindicare, Dominus adsumabit vos. Et con-
 turbati sunt omnes viri duodecim tribuum, et col-
 lecti in Seron, dixerunt unusquisque proximo suo:
 & facta est talis iniquitas in Israël, pausabis
 Israël? Et dixit Dominus ad Antecaminum: Vi-
 des quemadmodum conturbatus est populus in-
 sapiens? In terra in qua debuerant mori quoniam
 versute gessit Michas. Et in istis seduceres po-
 pulum, in colubam et aquila, & in effigie homi-
 num et vitulorum et leonum, et draconum? Et ideo
 quia non sunt tunc zelati, propterea sit eorum con-
 silium in manu, et conturbabitur cor eorum. Et
 eum peccatores consumant, quoniam iniqua geren-
 tes. Et ut factum est mane, conturbati sunt popu-
 li Israël, et dixerunt: Ascendamus, et inquiramus
 peccatum quod factum est. Et auferatur ini-
 quitas a nobis. Et hac loquentes, dixerunt: Inter-
 rogemus primum Dominum, et discamus, si tra-
 det fratres nostros in manus nostras: sin minus,
 pausemus. Et dixit eis Phinees: Offeramus de-
 monstrationem & veritatem. Et respondit eis Do-
 minus, dicens: Ascendite, quoniam tradam eos in
 manus vestras. Ipse autem seduxit eos, ut cople-
 ret verba sua. Et ascenderunt in pugnam, & vo-
 nerunt in civitatem Benjamin, et miserunt nun-
 tios.

tios, dicētes: Mitte nobis viros, qui fecerunt iniquitatem hanc, & parcemus vobis, reddentes unicuique malitiā suam. Et induravit populus Benjamin cor suum, & dixerunt ad populum Israël: Quare trademus vobis fratres vestros? Et si parceris, non pugnabimus cōtra vos. Et exiit populus Benjamin in obuiā filiis Israël, et persecutus est eos. Et ceciderunt filij Israël in conspectu eius; & percussit in eis quadragintaquingue millia virorum. Et factum est cor populorum conturbatum nimis, & venerunt lugentes, & plorantes in Silo, & dixerunt: Ecce tradidit nos Dominus in conspectu habitantis in Noba. Et nunc interrogemus Dominū, quis in nobis peccauit. Et interrogauerunt Dominū. Et dixit ad eos: Si vultis, ascendite, & pugnate, & tradentur in manus vestras, & tunc vobis dicetur propter quod cecidistis in conspectu eorum. Et ascenderunt alia die expugnare eos, & exierunt filij Beniamin, & persecuti sunt Israël, & percusserunt in eis quadraginta sex millia virorum. Et dissolutum est cor populorum valde, & dixerūt: Nunquid voluit Deus seducere populum suum? Aut nunquid ita constituit propter id quod factum est malum, ut aequaliter cadant, qui faciunt iniqua? Et haec dicentes, ceciderunt in conspectu arcae testamenti Domini, & ruperunt vestimenta sua, & imposuerunt cinerem super capita sua, ipsi & Pbi nees

tes filius Eleazaris sacerdotis, qui oravit **Et**
dixit: Quæ est seductio hæc, qua seduxisti nos
Domine? Si iustum est ante conspectum tuum
quæ fecerunt filij Benjamin, quare nobis non
renuntiasti, Et incenderemus? Si autem non
erat placitum in conspectu tuo, quare nos per-
misisti, Ut caderemus ante eos? Et adiecit di-
cere Phinees: Deus patrum nostrorum audi vo-
cem meam, Et renuntia seruo tuo hodie, si re-
elè factum est ante conspectum tuum, aut for-
tè peccavit populus, Et voluisti disperdere ma-
le facta eorum, Ut emendares etiam in nobis qui
peccauerunt tibi. Ego enim memor sum in iu-
uentute mea, quando peccavit Iambri in die-
buss Moysi famuli tui, Et ingressus intraui ego,
Et zelatus sum anima mea, Et ambos suspen-
di in rhomphaa mea, Et voluerunt insurgere
aduersum me residui, et mortificare me, Et mi-
sisti angelum tuum, Et percussisti ex his x x -
iiii. m. virorum, Et me liberaisti de ma-
nibus eorum. Et nunc undecim tribus misi-
sti, Et adduxisti eis, dicens: Ite, Et percutite
eos. Et euntes, traditi sunt. Et nunc dicunt, quod
manifestationes tuæ veritatis mentiantur corâ
te. Et nunc Domine Deus patrum nostrorum, non
abscode à seruo tuo, sed renuntia nobis propter
quid fecisti in nos iniquitatem istam? Et vidēs
Dominus quoniam attentè orauerat Phinees
in cōspectu eius, dixit ad eū. Per me iuravi, di-

est Dominus, quoniã si nõ iurarem, memor fui
 non fuisset eo quod dixisti, neq; respondi-
 ssetis vobis hodie. Et nũc dic populo: State: Et audite
 Verbũ Domini. Hac dicit Dominus: Erat qu-
 dam leo in media sylua potentior, cui cõmen-
 dauerunt omnes bestia syluam, sua potestate vt eã
 custodiret, ne fortẽ aduenientes cetera fera ex-
 terminarent eam. Et cum custodiret hanc leo,
 aduenerunt fera agri de alia sylua, Et comede-
 runt omnes catulos ferarum, Et exterminau-
 runt fructum Ventris earum, Et leo vidit, Et
 tacuit. Et fera bestiarum secura erant, quoniã
 commendauerunt leoni, syluam, non sentientes
 quia filij earum exterminati erant. Et post tem-
 pus, exurrexit minima fera ex his qua cõmen-
 dauerant leoni syluam, Et comedit minimum
 catulum alterius fera pessima: Et ecce leo excla-
 mauit, Et cõturbauit omnes feras sylua, et pu-
 gnauerunt inter se, Et expugnauerunt vnus-
 quisque proximum suum. Et cum extermina-
 rentur multa fera, vidit alius catulus leonem
 de alia sylua tantã, Et dixit: Nõne tu exter-
 minasti feras tantas? Qua iniquitas hac? Vt
 cum exterminarentur ab initio tanta fera, aut
 filij earum iniuste ab alijs feris pessimis, et quã-
 do oportebat moueri feras omnes, vt se vindi-
 carent, quando corrumpebatur fructus earum
 in vano, tunc tacebas, Et non loquebaris. Sed
 vnus catulus nunc perijt fera pessima, Et exa-
 gitur

*Et itaſti totam ſylvam, & ſe comederēt muſcem
 Omnes fera inuſtē, et minoretur ſylvā. Et nūc
 te oportet exterminari primū, & ſic conſti-
 tueritis reſidua. Et auſerunt catuli ferarū, et
 interfecerunt leonem primū, & catulum pro
 poſuerunt pro eo. & ſic cetera fera in vñ ſub-
 ſecta ſunt. Michas exurrexit, qui diſtans vos
 in his qua commiſit ipſe & mater eius. Et fue-
 runt iniqua & peſſima, qua nullus adinuenit
 ante eos, ſed in verſutia ſua fecit ſculptilia, qua
 non ſunt facta & ſque in hanc diem, & nullus
 zelauit, ſed omnes ſeducti eſtis, & vidistiſti fru-
 ctum ventris veſtri corrumpi, & tacuiſtiſti ſi-
 cut malus ille leo. Et nunc videntes quemad-
 modum cōcubina huius iniqua gerens mortua
 eſt, & conturbati eſtis omnes, & veniſtiſti ad
 me, dicentes: Si tradas in manus noſtras filios
 Benjamin. Propterea vos feſelli, & dixi: Tra-
 dam vobis illos. Et nunc diſperdiſti eos qui
 tunc tacuerunt, & ſic vindicabo in omnes qui
 iniquē geſſerunt. Et exurrexit omnis populus
 vñanimiter, & abiit, & exierunt filij Benia-
 min obuiam eis, aſtimantes & ſicut antea e-
 uicerant eos, & nesciebant quoniam comple-
 ta erat malitia ſuper eos. Et cū veniſſent ſi-
 cut primū, & perſequerentur poſt eos, reſu-
 git populus à facie eorum, & darent locum.
 Et nunc exurgentes ab inſidijs, facti ſunt filij
 Benjamin in medio eorum. Et conuerſis his*

o s qui

qui refugiebāt, interfecti sunt Viri ciuitatū
 ba, à viro vsq; ad mulierem, L X X X V. vir-
 rorum, & incenderunt ciuitatem filij Israël.
 direpta spolia eorum perdidērunt omnia in gla-
 dij, & nemo supersuit de filijs Benjamin.
 nisi D C. Viri qui fugerunt, & non sunt inuen-
 ti in pugna. Et reuersus est omnis populus in
 Silo, et Phinees filius Eleazar sacerdotis cum
 eis. Hi autem sunt qui derelicti sunt de genere
 Benjamin, principes tribus decem patriarum,
 quorum nomina haec sunt. Prima patria, Ex-
 baile, Ziebbalac, Remdebac, Belloch. Et secun-
 da patria, Netach, Zenip, Phenoch, Deniech,
 Gorefaraz. Et tertia patria, Ierimuth, Veloth,
 Amibel, Genuth, Nephuth, Phienna. Et ex
 quarta ciuitate, Gemuph, & Eliel, Gemet, So-
 leph, Raphaph, & Dopho. Et de quinta patria,
 Annual, Code, Fretam, Remmon, Peccam, Na-
 bath. Et de sexta patria, Rephaz, Sephet, Ara-
 phaz, Metach. Adhoc, Balmoc. Et de septima
 patria, Bensimephiz, Araph, Ruimel, Belon,
 laal, Abac. Et de decima patria, Enophlafa,
 Melec, Meturia, Meac, & ceteri qui superfue-
 runt principes tribus numero L X. Et in illo tē-
 pore reddidit dominus Micha, & matri eius
 omnia qua loquutus est. Et erat Micha dissolu-
 tus igne, et mater eius marcescens, sicut loquu-
 tus fuerat Dominus de eis. Et in tempore eo
 Phinees reclinauit se ut moreretur, et dixit ad

cuius

*dominus Dominus: Ecce transisti C X X. annos, qui
 constituti erant omni homini, Et nunc exurge.
 Et vade hinc. Et habita in Danabem in mon-
 te, Et inhabita ibi annis plurimis. Et manda-
 bo ego aquila mea: Et nutriet te ibi, Et non de-
 scendes ad homines iam, quousq, superueniat
 tempus, Et preberis in tempore, Et tu claudas
 caelum tunc, Et in ore tuo aperietur, Et postea
 eleuaberis in locum. Vbi eleuati sunt priores tui
 Et eris ibi quousque memorabor seculi, Et tunc
 adducam vos, Et gustabitis quod est mortis. Et
 ascendit Phinees, Et fecit omnia quae praecepit
 ei Dominus. In diebus autem quibus constituit
 eum in sacerdote, Vixit eum in Selon. Nam in
 illo tempore cum ascenderet, tunc factum est,
 Ut filij Israel facientes pascha, praeperint fi-
 lijs Beniamin, dicentes: Ascendite, Et expu-
 gnate vobis mulieres, quoniam non poterimus
 vobis dare filias nostras. Iurauimus enim in
 tempore ira nostra, Et non fiat ut deleatur vna
 tribus de Israel. Et ascenderunt filij Beniamin
 Et rapuerunt sibi mulieres, Et adificauerunt si-
 bi Gabaon, Et ceperunt inhabitare ibi. Et quae
 scientibus interim filijs Israel, dux non erat eis
 in diebus illis: Et vnusquisque faciebat quod
 placitum erat ante oculos eius, Hac sunt man-
 data, Et iustitia, Et testimonia Et mani-
 festationes facta in diebus Iudicum Israel, an-
 tequam regnaret in eis rex. Et in tempore illo
 cape*

ceperunt filij Israël requirere à Domino, &
 dixerunt: Sortiamur omnes nos, & videamus
 qui sit qui possit principari nobis sicut Ceteri.
 Forſitan enim inuenſemus hominem, qui libe-
 ret nos de preſſura noſtra, quia inconueniens
 eſt, populum eſſe ſine principe. Et miſerunt ſortē.
 & nullo inuento triſtati ſunt populi Valde, &
 dixerunt: Non fuit dignus populus exaudiri de
 Domino, quia non reſpondit nobis. Et nunc ſor-
 tiamur ſed per tribus, ſi ſed per multitudinem
 reconcilietur Deus. Sciemus enim quia reconci-
 liabitur dignis ſuis. Et miſerunt per tribus, et
 in nulla tribu exiuit ſors. Et dixit Iſraël: Eli-
 gamus nobis ex ipsis poſiti in neceſſitate. Scie-
 mus enim quoniam abominauit Deus populum
 ſuum, & exhorruit nos anima eius. Et reſpondit
 quidā nomine Nethex, & dixit populo: Nō ipſe
 nos odio habet, ſed ipſi nos exoſos fecimus, & re-
 lineret nos Deus. Et ideo etiā moriētes non
 relinquamus eū, ſed ad eū fugiamus, qui am-
 bulantes in vijs noſtris iniquis, nō ſciuiſſimus eū
 qui creauit nos, & propterea erit noſter cogita-
 tus in Vano. Scio enim quia non in fine nos abij-
 ciet Deus, neq; in generatiōe odiſetur populus ſuum.
 & ideo virtutiſicamini, & adhuc oremus &
 mittamus ſortem per ciuitates, ſi enim peccata
 noſtra amplificata ſi. at, ſed longaminitas eius
 non deficiet. Et miſerunt ſortes per ciuitates,
 & ſortitus eſt Armathem. Et dixit populus: Si
 inſi

*insignificata est Armatibem pra omnibus ciuita-
 tibus Israël. quoniam sic eam elegit super omnes ci-
 uitates? Et dixit Vnusquisq; ad proximum suum:
 In ipsa ciuitate, qua exiuit per sortem, per vi-
 ros mittamus sortem, & videamus quem ex
 ea elegit Dominus. Et miserunt per viros. &
 neminem comprehendit prater Elchanaan: Quia
 in eos superuolauit fors, accepit populus eum, &
 dixerunt: Veni, & esio nobis dux. Et dixit El-
 chana ad populum: Ego non possum dux esse su-
 per populum istum, nec existimare quis possit es-
 se nobis in ducem. Sed si peccata mea compre-
 henderunt me, & superuolaret super me fors,
 ego me interficiam, & non me contaminetis.
 Iustum est enim me pro peccatis meis tantum-
 modo mori, quam sustinere pondus populi. Et vi-
 dens populus quod non esset voluntas Elchana
 & ducatum ageret super eum, orauit iterum
 ad Dominum, dicens: Domine Deus Israël, quare
 in victoria inimicorum dereliquisti populum tuum,
 & in tempore angustiae neglexisti hereditatem
 tuam? Ecce & ipse qui comprehensus est in sorte,
 non perfecit mandata tua, sed solum hoc est quod su-
 peruolauit super illum fors. & putauimus nos ha-
 bere ducem. Et ecce etiam ipse factus est in sorte, &
 non repugnaret. Quem adhuc postulabimus, aut
 ad quem fugiemus, & ubi est locus requietio-
 nis nostrae? Si enim vera sunt dispositiones quas
 disposuisti patribus nostris, dicens: Semen ve-
 strum*

strum amplifica bo, & hoc scient, tunc profuerit
nobis dicere, abscido Vestrum semen, quam
gligas radicem nostram. Et dixit ad eos Deus.
Si redderem secundum mala Vestra, oportuerat
me nec intendere ad genus Vestrum. Et quid fa-
ciam? quoniam Veniet nomen meum ut innocetur in
Vos. Et scitote, quia Elchana super quem ceci-
dit fors, non potest principari in Vobis, sed ma-
gis filius eius qui nascetur ex eo, ipse principabi-
tur in Vobis, & prophetabit, & ex hoc non de-
ficiet ex Vobis princeps plurimis annis usque ad
annos multos. Et dixit populus: Ecce Domine
decem filios habet Elchana, & qui eorum prin-
cipabitur aut prophetavit? Et dixit Deus. Nul-
lus de filiis Phenenna poterit principari populo,
sed natus de sterili quam dedi ei in uxorem,
ipse erit Propheta in conspectu meo, & diligam
eum quemadmodum dilexi Isaac, & erit no-
men eius in conspectu meo semper. Et dixit po-
pulus: Ecce nunc forsitan memor fuit nostri
Deus, ut liberet nos de manu odientium. Et
in illa die fecerunt sacrificia pacifica, & epu-
lati sunt in dispositionibus suis. Et cum essent
Elchana duae mulieres, nomen uni Anna, &
nomen altere Phenenna. Et quia Phenenna
erant filij, & Anna non erant, impropertit ei
Phenenna dicens: Quid tibi prodest quod te di-
ligit Elchana vir tuus, tu vero es lignum sic-
cum? Et ego scio quia dilectus est me, dele-

Etatus

Et erat in conspectu filiorum meorum, astantiū
 in circuitu eius, tanquam plantatio olueti. Et
 succum quotidie improperebat ei, & Anna con-
 tristaretur valde, & esset timens Deum à in-
 ventute sua. factū est ut superueniente die bono
 pascha, cum ascēderet Vir eius ut sacrificaret,
 insultat Phenēna Anna dicēs: Non est dil:ctio
 mulieris, si dilgat eā Vir eius, aut pulchritudi-
 nem illius. Ne gloriatur in specie sua Anna,
 sed qui gloriatur, gloriatur cum videt semen
 suū ante conspectū suum, & quādo inter mu-
 lieres nō ita fuerit fructus Ventrīs eius, in va-
 num fiet dilectio. Quid enim profuit Rachel,
 quod dilexit eā Iacob? Et nisi datus fuisset ei
 fructus Vōtris illius in Vanum fuerat dilectio
 eius. Et cum audisset hac Anna, dissoluta est
 anima eius, & confusa est lachrymis. Et vidit
 eā Vir eius, & dixit: Quare tristis es, & qua-
 re non es, & ut quid concidis cor tuum in te?
 Nōne meliores sunt mores tui super decē filios
 Phenemma? Et audiuit eum Anna, & surrexit
 postea quā comedit, & venit in Silo in do-
 mū Domini, ubi Heli sacerdos sedebat, quem
 proposuerat Phinees filius Eleazarī sacerdotis,
 sicut praeceptū ei fuerat. Et oravit Anna, & di-
 xit: Nōne tu Domine inspeculatus es cor om-
 nium generationū ante quā plasmares secu-
 lū? Quia autem metra aperta nascitur, aut qua-
 clusa moritur, nisi Volacris? Et nūc ascēdat ora-
 tio

tio mea in conspectu tuo hodie, ne descēdam
 de vacua: quoniam tu scis cor meum quoniam
 ambulavi in conspectu tuo ex die iuuetutis meae.
 Et noluit Anna orare clara voce, sicut quidam
 homines. Tunc enim cogitavit dicens: Ne forte
 non sim digna exaudiri & erit ut plus me ze-
 lans impropere mihi Phenenna, sicut quotidie
 dicit: Vbi est Deus tuus, in quo confidis? Et ego
 scio, quia non quae in filiis multiplicatur ditata
 est, quaeq; minorata est eguit, sed quae abundat,
 ditata est & in voluntate Dei. Nam qui scie-
 rint quod orant, si cognoverint quod non exau-
 dior in oratione mea, blasphemabunt. Et non so-
 li mihi erit testis in anima mea, quia ministra
 sunt orationum mearum lachryma mea. Et dū
 oraret, videns eam Heli sacerdos quoniam an-
 xiaretur sensu, & velut ebria ageret, dixit ad
 illam: Vade, & aufer vinum tuum ara. Et il-
 la dixit: Si siti in me exaudita est oratio mea,
 ut ebrie audiam. Ego autem ebria sum dolore,
 & calicem bibi fletus mei. Et dixit ad eam He-
 li sacerdos: Renuntia mihi improprium tuum
 Et illa dixit ad eum: Mulier sum Elchana, &
 quoniam concludens conclusit Deus metram
 meam, oravi in conspectu eius, ut non eam ad
 eum sine fructu de seculo huius, & non moriar
 non habens imaginem meam. Et dixit ad eam
 Heli sacerdos: Ambula, quoniam scis pro quibus
 oraveris, exaudita est oratio tua. Nominavit autem
 ei di

ei dicere. Heli sacerdos quis prænúmeratus est
 ex ea Propheta: Ipse enim audivit: cū dixit Do-
 minus pro eo. Et Venit Anna in domū suam.
 Et misificata est à dolore suo, nulli renuntiās
 hoc quod orasset. Et in tēpore dierum illorū con-
 cipiens peperit filiū. Et vocavit nomen eius Sa-
 muel, quod interpretatur fortis secundū quod
 vocavit Deus nomen illius cū prophetaret eū.
 Et sedit Anna, Et lactavit infante, quousq̃
 fieret duorū annorū. Et cū abstulisset eum de
 lacte ascendit cū eo leuans munera in manibus
 suis, Et erat puer speciosus valde, et Dominus
 erat cum eo. Et statuit Anna puerū ante con-
 spectū Heli, Et dixit ad eū: Hoc est desiderium
 quod desideravi, Et hac est petitio quā petivi.
 Et dixit ad eā Heli: Non tu sola petisti, sed po-
 pulus oravit pro hoc. Non est petitio tua solius,
 sed in tribus anteā promissum erat, et per hūc
 iustificata est metra tua, Et statuas prophetiā
 populi, Et lac mamillarū tuarum cōstituas in
 fontem duodecim tribuū. Et audiens hac ora-
 vit Anna, Et dixit: Venite in voce mea omnes
 gentes, Et intendite alloquutioni mea omnia
 regna quoniā apertum est mihi os Et loquar,
 Et labijs preceptum est Et hymnizē Domino,
 stillate mamilla mea, Et renuntiate testimo-
 nia Vēstra, quia preceptum est vobis lactare.
 Statuetur enim qui lactatur de vobis Et popu-
 lus illuminabitur, acervus eius Et gentibus

ostendet terminos, & exaltabitur cor meum
 Valde. Et ideo loquar aperte Verba mea, quoniam
 nia ex me exurget constitutio Domini, et omnes
 homines insensent Veritatē. Nolite festinare
 magna eloqui, nec eijcere de ore vestro Verba
 alia, sed delectamini in gloriatiōe, dum enim
 exiet lumen ex quo nascetur sapientia, Et non
 qui pssident plurima, dicatur diuites, sed qui
 pepererunt in abundantia matres, audirent: fle-
 rilis enim saturata est, quae autē multiplicata
 fuerat in suis, euacuata est, quia Dominus
 mortificat in iudicio, & vivificat in misericor-
 dia: quoniam iniqui sunt in hoc seculo, vivificat
 iustos cum vult, iniquos autē concludet in tene-
 bris. Nam iustus cōservat lumen suū, & cum
 mortui fuerint iniqui, tūc peribunt, & cum
 dormierint iusti tūc liberabuntur. Sic autem
 omne iudicium periret, quousq, reveletur quod
 tenet. Dicito, dicito Anna, & noli tacere. Hy-
 mniza filia Batuel, in mirabilibus tuis qua
 fecit Deus tecum. Quae est Anna, quoniam ex ea
 Propheta est? Aut quae est filia Batuel, & per-
 ret iumē populis? Exurge & tu Elhana, et pra-
 cinge lūbos tuos. Hymniza super signa domi-
 ni, quantum pro filio tuo prophetavit Asaph in
 eremo discens: Moyses, & Aaron in sacerdoti-
 bus eius, & Samuel inter eos. Ecce perfectū est
 Verbū, & cōvenit prophetia. Et haec si maxime
 quousq, dent cornu christo suo, & adhaesit po-
 tentia

*trant thronis regis eius. Stet autē filius meus
 hic ministrans, quousq; fiat lumen genti huic.
 Et abierūt inde, et profecti sunt cū incunditate
 gaudentes. Et exultātes corde in omnē glo-
 riam quam fecit cū eis Deus. Populus autem
 descendit unanimit̃ in Silo cum tympanis
 Et choris, cytheris Et nablīs, Et Venerunt ad
 Heli sacerdotē, offerentes ei Samuel. Quē sta-
 tuerūt ante conspectū Domini, Vixerūt enim,
 Et dixerūt, Visuat propheta in plebe, Et in lon-
 go tēpore sit lumē genti huic. Samuel autē erat
 infans Valde, Et nihil horū sciebat. Et cū de-
 seruiret in conspectu Domini, Et duo filij Heli
 ambulantes in vijs patrū suorū, ceperunt ini-
 qua agere ad plebē, multiplicantes iniquitates
 suas. Et erant cōmorantes iuxta domū Bethac
 Et cū convenirent populi sacrificare, Vensebāt
 Ophni Et Phinees, Et ad iracundiā provocā-
 bant populi, rapientes sanctificata, antequā of-
 ferrentur sancta Domino. Et non placuit Ver-
 bum hoc Domino, neq; populo, neq; patri eorū.
 Et sic dixit pater eorum ad eos: Quā est audi-
 tio hac, quam ego audio de vobis? Aut non sci-
 tis quoniam depositum de Phinees locum acce-
 psi? Et si exteramus acceptam, quid dicemus si
 iterum inquirat qui deposuit eum, Et pro eo
 quod deposuit nocuerit nos? Et nunc dirigite
 vias vestras, Et ambulate in vijs bonis, Et
 permanebunt actus vestri. Si autem cōtradi-*

xeritis, & adinuentiones vestras pessimas non
 continueritis, vos ipsos perdistis, & erit in
 vobis sacerdotiū, & in nihilū deputabitur quod
 sanctificatū est, & tunc dicet: in vano orta est
 virga Aaron, aut in nihilum descendit natus
 flos illius. Et ideo cum potestis adhuc, filij cor-
 rigite quod peccastis, & orabunt pro vobis vi-
 ri in quo peccastis. Si autem nolueritis, et per-
 manseritis in iniquitatibus vestris, ego im-
 munis ero, & non tantummodò delebo, ne for-
 sitan audiā diem mortis vestrae antequā mo-
 riar, sed & si hoc factū fuerit, vocabo culpam,
 & quāuis contrister ego, vos tamē peribitis.
 Et non obaudierunt filij eius, quoniā Dominus
 de eis dederat sententiā & morerentur, pro-
 pter quod peccauerāt. Nam cū dixisset eis: Pœ-
 nitemini de via vestra iniqua, illi dicebant:
 Quādo senuerimus, tunc pœnitebimus. Et pro-
 pter hoc admonitis à patre suo non datū est ut
 pœniterent. quia aduersantes semper fuerāt,
 & iniuste egerāt valde, diripiētes Israël. Indē
 gnatus est Dominus ad Helī. Et Samuel erat
 deseruiens in cōspectu Domini, nesciens adhuc
 quid essent eloquia domini. Necdū enim audie-
 rat eloquia Domini, erat enim annorū octo. Et
 cū memoraretur Deus Israël, voluit reuela-
 re Samuel sermones suos, & Samuel erat dor-
 miens in templo domini. Et factū est cū cla-
 maret Deus ad eum, cogitauit primò, dicens:
 Ecce

*Et nunc Samuel iuuenis Et sit ascēctus in
 conspectu meo, tamē quia adhuc Vocē Domini
 non audierit, neq; loquutionē altissimi non est
 sollicitus, tamen similis est Mosi famulo meo
 octogenario. Locutus sum Samuel, octo anno
 rum est, Et Moses vidit ignē in primis, Et ex-
 pavit cor eius. Et si viderit ignem Samuel mo-
 dō, quemadmodū sustinebit? Et ideo nunc erit
 Vox ad eum tanquā hominis, et non tanquam
 Dei, Et cū intellexerit, tunc loquar ad eum
 tanquā Deus. Et in media nocte Vocavit eum
 Vox de cælo, Et expergescit Samuel, cogno-
 vit, Velut Vocem sacerdotis Heli, Et cucurrit
 ad eum Et dixit discēs: Quare me excitasti pa-
 ter? Ego enim timui, quoniam nunquam me cla-
 maueras noctū. Et dixit Heli: Heu me, nun-
 quid spiritus immundus seduxit filiū meum
 Samuel? Et dixit ad eū: Vade dormi, ego enim
 non clamaui tibi. Tamē hoc mihi disc si memor
 es. quoties qui Vocavit te clamavit? Et ille di-
 xit Bis. Et dixit ad eū Heli: Dicit cuius Vo-
 cem cognovisti fili mi? Qui dixit: Tuam, propte-
 rea cucurri ad te. In te video hoc signū quod
 habebunt homines ab hodierna die, Et usq; in
 seculum quoniam si clamaverit bis alter ad al-
 terū per noctē vel in meridie, scient quoniam
 spiritus pessimus est. Si autem adiiciat ter cla-
 mare, sciam quia angelus est. Et abiit Samuel
 Et dormiit, Et audiit secundo Vocem de cæ-*

in, & exurgens cucurrit ad Heli, & dixit ad eum: Quid me clamauit, quoniā audisti vocem patris mei Elchana? Et tunc intellexit Heli, quod inciperet Deus Vocare eum. Dixit enim Heli: In duabus Vocibus quibus clamauit ad te Deus, assimilatus est patri, & magistro, nunc autē tertio Deo. Et dixit ad eum, Aure tua dextra intēde, sinistra tace. Phinees enim sacerdos praecepit nobis dicens: Auris dextra audst Dominū per noētem, sinistra autem angelum. Et ideo si in dextra audieris, dicito: dic quid vīs quoniā audio, tu enim me plasmassti. Si autē in sinistra audieris, Veni & annuntia mihi. Et abiit Samuel, & dormiuit sicut praeceperat ei Heli. Et adiecit Dominus tertio loquus, et repleta est Samueli dextra auris. Et ut sciuisset quoniā patris sui eloquutio descenderat, conuersus Samuel in alio latere, dixit: Si possibilis sum, loquere, quoniā tu plus de me nosti. Et dixit ad eū Deus: Illuminans illuminauit domū Israēl in Aegypto, & elegi tunc mihi Prophetā Moſen famulū meū, & feci per eum prodigia populo meo, & vindicaui de inimicis meis, sicuti volebam, & adduxi populū meum in eremum, & illuminauit eos sicuti viderunt. Et cū exurrexisset tribus contra tribū, dicentes: Quare sacerdotes soli sancti sunt? ego nolui disperdere eos, & dixi ad eos: Date unusquisque virgam suam, et erit cuius virga steruerit, ipsius

ipsum elegi et faceret dotiam Et cum omnes de-
 dissent Virgas sicut praeceperam, tunc praecepi
 verti tabernaculi, et floreres Virga Aaron, et
 manifestaretur genus eius omnibus diebus.
 Et nunc qui floruerunt abominauerunt sancta
 mea, propterea ecce dies veniens, et compescam
 eos qui tunc nati fuerant, et obuiabo eis, quia
 transgrediuntur verbum quod mandavi Moysi
 famulo meo, dicens: Si inueneris nidum, non ac-
 cipies matrem cum filiis, ideo continget eis et
 matres cum filiis moriantur, et patres cum
 filiis pereant. Et cum audiuisset Samuel verba
 haec dissolutum est cor eius, et dixit: Si sic ob-
 uiauerit inuentus mea, et prophetizem a per-
 ditione nutritoris mei, et nunc quomodo da-
 tus sum in petitione matri meae? Et quis me su-
 scipit? Quomodo mihi praecepit et euangelizem
 mala? Et exurrexit Samuel mane et noluit
 renuntiare Heli. Et dixit Heli ad eum: Audi
 nunc filius, Ecce Deus antequam nascereris pro-
 misit in Israel, et mitteret te eis, et propheta-
 res. Et tunc adueniente matre tua et orante,
 quia ignorabat quod factum fuerat, dixi ad
 eam: proficiscere, quia quod nascetur ex te fi-
 lius erit mihi. Sic dixi matri tuae, et sic direxit
 dominus via tua, Et si castiges nutritorem tuum,
 uiuist dominus, ne abscondas a me quae audisti tunc
 tenuit Samuel, et renuntiavit ei omnia verba
 quae audierat. Et ille dixit: Si respondebit plasma

ei qui eum plasmavit, ita ut non potero respondere cum voluerit afferre qua tradidit fidelis dator sanctus qui prophetauit: Ego enim sub potestate eius sum. Et illis diebus Allophili colligerunt castra sua, et expugnarent Israel, et exierunt filij Israel pugnare cum eis: Et persecutionem passi populus Israel in congressu primo dixerunt. Leuemus arcam testamenti Domini, et forsitan pugnat nobiscum, quoniam in ea sunt testimonia domini, qua disposuit patris tua nostris in Oreb. Et ascendens arca cum eis, cum aduenisset in castra, intonuit Dominus, et dixit: Erit similitudo hora huius, sicuti facta est in eremo, quando acceperunt arcam sine precepto meo, et factum est eis exitum, Sic et in ista hora cadet populus et arca capietur et finem inimicos populi mei propter arcam, et corripiam plebes meas propter quod peccauerunt. Et cum venisset arca in pugnam, exierunt Allophili in obviam filijs Israel, et percusserunt eos: Et erat ibi Golia quidam Allophilus, et venit usque ad arcam, et tenebant arcam Ophni et Phinees filij Heli, et Saul filius Cis. Et apprehendens Golia de manu sua sinistra interfecit Ophni et Phinees. Saul autem quia levis pedibus erat, fugit a facie eius, et disrumpens vestimenta sua, imposuit cinerem in caput suum: Et venit ad Heli sacerdotem, et dixit ad eum Heli: Renuntia mihi quid evenit in castris? Et dixit ad eum Saul: Quid me interrogas haec?

has? quia populus oppressus est, et Deus recepit
 Israël. Sed et sacerdotes interfecti sunt in rhom
 phaa, & arca tradita est Allophilis. Sed cū au
 disset Heli de captivitate arca, dixit: Ecce de
 filijs meis, & de me prophetavit Samuel, &
 moriamur simul, arcā autē tunc nō nominavit
 mihi. Et nunc tradita sunt testimonia inimi
 cis. Quid adhuc possum dicere? Ecce perit Is
 rael de veritate, eo quod ablata sunt iustitia ab
 eo, et cū desperasset Heli valde, cecidit de sella,
 & mortui sunt in die una Heli, & Ophni &
 Phinees, filij eius. Et mulier Heli sedebat pa
 riens, qua audiuit hac resoluta sunt omnia vi
 scera eius. Et dixit ad eā obstetrix: Resume,
 & nō dissolvatur anima tua quoniā natus est
 tibi filius. Et dixit ad eā mulier: Ecce nūc una
 anima nata est, et quatuor moriamur, id est
 pater. & duo filij, et nurus eius. Et vocavit no
 mē eius, ubi est gloria, dicēs: Perijt gloria Dei
 in Israël, quoniā captivata est arca domini. Et
 cū dixisset hac emisit animā. Samuel autē in
 his omnibus nesciebat, quoniā ante tridū pū
 gna miserat eū Deus, dicēs ad illū. Vade, et in
 spice locū Aromatba, ubi erit habitatio tua, Et
 audies Samuel qua contigerant Israël, venit.
 & oravit dominū dicēs: Ecce nūc in vano igno
 ratur militū intellectus, & viderē exercitū popu
 li mei. Et nūc timeo, ne forte dies mei in ma
 lis veterascāt, & anni mei finiātur in dolore.

*Vbi enim arca Domini non est mecū, quid mihi
 hic mihi viuere? Et dixit Dominus ad eū: Quia
 tu tristis esse Samuel, quia ablata est arca, redde
 tam eam, et qui abstulerūt eā euertam, et vin
 dicabo plebē meam de inimicis meis. Et dixit
 Samuel: Ecce etiā si vindicas secundum longa
 nimitatē tuam nos tamen qui nunc morimur
 quid faciemus? Et dixit ad eum Deus: Ante
 quā moriaris videbis consummationē, quā ad
 ducā super inimicos meos, in quibus periet Al
 lophilis extincti in scorpionibus. Et omnibus re
 ptilibus pessimis. Et cū captiuatam arcā domi
 ni Allophilis posuissent in templū Dagō dei sui.
 Et cū venissent interrogare Dagon de exitu
 suo, inuenerūt eum cecidisse in faciem, Et ma
 nus eius ac pedes ante arcam positos. Et exie
 runt in primo mane crucifigentes sacerdotes
 eius. Et alia die venientes, inuenerūt sicut he
 sterna die, Et multiplicabatur perditio in oīe
 valde. Congregāti sunt Allophilis in Acharon;
 Et dixerunt singuli ad proximū suū: Ecce nunc
 videmus, quoniam perditio amplificata est in no
 bis, et periet fructus vōtris nostris; quoniam repen
 tia qua missa sunt in nos, exterminabūt in vō
 ro habentes suae sugentes, Et eas qua luctant,
 Et dixerūt: Videamus propter quid manus do
 mini cōualuit super nos, nūquid propterea, quo
 niā inuenitur quotidie deus noster cadēs in fa
 ciē ante cōspectū arcæ, et sacerdotes in vanum
 per*

Perdidimus semel & iterum. Et dixerunt sapientes Allophilorum: Ecce nunc de hoc scire possumus. si Dominus misit in nos perditionem propter arcam suam, aut conueniens dominatio superuenit nobis. Et nunc quia moriuntur omnes pregnantēs & lactentes, & qua lactant sine filiis efficiuntur, et qui lactentur pereunt, accipiamus & nos vaccas qua lactant, & iungamus in currū nouum, & arcam ponamus in eo, & filios vaccarū includamus. Et erit si vacca proficiscendo profecta fuerint, ita ut nō se cōuertant ad filios suos, sciemus quoniam propter arcam hac passi sumus: Si autem noluerint proficisci, desiderantes filios suos, sciemus quoniam tēpus ruinae venit nobis. Et responderunt quidam de sapientibus & diuinis: Non hoc tantum tēpus, sed initio trium viarum qua sunt circa Acharon ponamus vaccas. Media enim via dirigite Acharon, & dextra in Iudaam. Et si sinistram viam proficiscentes in Iudaam, sciemus quoniam verē Deus Iudaorū exterminabit nos. Si autē per illas alias proficiscantur, sciemus quoniam valdum nobis tēpus accidit, & nunc deos nostros negauimus. Et acceperunt Allophile vaccas qua lactabant, & iunxerunt in currū nouum, & arcam imposuerunt in eo, & statuerunt in initio trium viarum, & filios earum incluserunt apud se. Vacca autem quamuis migerent, & quærerent filios suos, tamen profi-
cisceb

eiscebantur in dexteram viam, qua dirigit ad
 Iudaam. Et tunc scierunt, quoniā pro arca ex-
 terminantur, & congregati sunt omnes Al-
 lophili, & reduxerunt arcam in Silo, cum tym-
 panis, & tibijs, & choris. Et pro repentibus pes-
 simis qua exterminauerunt eos, fecerūt sedilia
 aurea, & sanctificauerunt arcam. Et factū est
 in ea exterminatio Allophilorū, numerus earū
 qua in Vtero habentes mortua sunt LXXVM.
 & lactentes LXVM. & earum qua lactabāt
 LV M. & virorum XXXVM. Et quieuit terra
 septem annis. Et in tempore illo concupierunt fi-
 lij Israël, petentes regem. Et congregati sunt ad
 Samuel, & dixerunt: Ecce nunc tu senuisti, &
 filij tui non ambulant in Vjs Domini, & nunc
 constitue super nos regē qui nos dijudicet, quo-
 niam completū est Verbum quod dixit Moses pa-
 tribus nostris in eremo, dicens: Constituendo con-
 stitue de fratribus tuis super nos principem. Et
 cū audisset Samuel Verba regni, contristatus
 est valde in corde suo, & dixit: Ecce nūc video,
 quoniam non est adhuc tempus regnandi nobis
 in sempiterno, & adificare domum Domini
 Dei nostri, petentibus regem ante tēpus. Quod
 sit totum voluerit Dominus, videtur mihi quo-
 niam rex non disponitur. Et dixit ad eum Do-
 minus noctu: Noli contristari: mittam enim re-
 gem illis qui eos exterminabit, & ipse postea
 exterminabitur. Qui autem venturus est ad te
 crastino

*trigesimo die, hora sexta, ipse est qui regnaturus
 est super eos. Et alia die Saul filius Cis Venie-
 bat de monte Effrem, quarens asinos patrie
 sui. Et dum Veniret in Armathem, ingressus
 est. Et interrogaret Samuel pro asinis. Ille autē
 ambulabat iuxta Baam, et dixit ad eum Saul:
 Vbi est qui videt? Quoniam in illo tempore Pro-
 pheta vocabatur Videns. Et dixit ad eum Sa-
 muel. Resume te mecum hodie, & renuntiabo
 tibi mane propter quod Venisti interrogare. Et
 dixit ad Dominum Samuel: Dirige Domine
 populum tuum. & annuntia mihi qua cogita-
 sti de eo. Et resumpsit Saul cum Samuel in illa
 die. Et surrexit manē, & dixit ad eū Samuel:
 Ecce scias, quoniam elegit te Dominus in prin-
 cipem populo suo in tēpore hoc, & crexerit vias
 tuas, dirigetur tempus tuum. Et dixit Saul ad
 Samuel: Quis sum ego, & qua est domus pa-
 tris meae, ut dicat Dominus meus ad me Verbū
 istud? Non enim intelligo qua dicis, quoniam
 inuenie sum. Et dixit Samuel ad Saul: Quis
 dabit Verbum tuum per se Venire vsq; ad finē
 ut longatus sis? Tamen intende, quia assimila-
 buntur Verba tua Verbis Propheta, cui nomen
 erit Hieremias. Et abeunte Saule, in illa die Ve-
 nerunt populi ad Samuel, dicentes: Da nobis re-
 gem, sicut promisisti nobis. Et dixit ad eos: Ec-
 ce rex vobis Veniet post triduum. Et ecce Saul
 Venit, & obnauerunt ei omnia signa, qua di-
 xerat*

xerat ei Samuel: Nōne hæc scripta sunt in libro Regum? Et misit Samuel, & congregavit omnem populum, & dixit ad eos: Ecce vos, rex vester: Ego autem in medio vestri sum, sicut præceperat mihi Deus. Et ideo dico vobis ante conspectum regis vestri, sicut dominus meus Moses, famulus Dei, dixit patribus vestris in eremo, quando synagoga Cora surrexit adversus eum: Scitis quia non accepi nihil de vobis, nec nocui aliquem vestrum, & quoniam mentiti sunt tunc, & dixerunt: accepisti deglutivit illos terra. Et nunc vos impuniti à Domino, respondete in conspectu Domini, & in conspectu Christi eius, si pro hoc petistis regem, eò quòd ego male tractaverim vos, & Dominus erit testis vobis. Si autem iam Verbum Domini completum est, ego excusatus sum, & domus patris mei. Et responderunt populi: Nos servi tui sumus, & rex noster nobiscum, quia nos indigni sumus iudicari à Propheta. Nunc statue super nos regem, qui nos iudicet. Et omnes ploraverunt populi, & rex planctu magno, & dixerunt: Vinat propheta Samuel. Et constituente rege, attulerant sacrificia Domino. Et post pugnam Saul cum Allophilis uno anno pugna expedientissima. Et in tempore illo dixit Dominus ad Samuel: Vade, & dic ad Saul: Missus es ut disperdas Amalech, et cōpleantur Verba quæ locutus est Moses famulus meus dicens:

Di p

dedit nomen Amalech de terra qua locu-
 sum est tibi. Et ne obliuiscaris quin per-
 didisti omnem animam ex ois sicut praeceptum est
 tibi. Et abiit Saul. Et expugnauit Amalech, et
 uiuificauit Agag, regem Amalech, quonia di-
 xerat ei: Ostendam tibi thesauros absconditos. Et
 propter hoc parcens ei uiuificauit eum. Et ad-
 duxit eum in Armathen. Et dixit Deus ad Sa-
 muel: Vidiſti quomodo in momento corruptus
 est rex argento, Et uiuificauit regem Ama-
 lech, Et mulierem eius? Et nunc permitte ei, ut
 conueniat Agag mulierem suam in nocte hac,
 Et ipsam interficies in crastinum. Nam mu-
 lierem eius consuluerunt quousque pariat mas-
 culum, Et tunc etiam ipsa morietur: Et qui na-
 tus fuerit ex ea fiet in scandalum Sauli. Tu au-
 tem exurge crastino, interficias Agag: quia pec-
 catum Saul scribitur in conspectu meo per omnes
 dies. Et cum surrexisset Samuel in crastinum,
 exiit Saul obuiam ei, Et dixit ad eum: Trade-
 dit Dominus inimicos nostros in manum nostram,
 sicut locutus est. Et dixit ad Saul Samuel: Quae
 nocuit Israel: quoniam antequam uenires tempus
 ut regnaret rex super eum, postulauit te sibi in
 regem. Et tu missus es faceres uoluntatem Domi-
 ni, transgressus es, et ideo qui per te uiuificatus
 est morietur nunc: Et quos dixit thesauros abscon-
 ditos non ostendet tibi, Et qui nascetur ab eo, erit
 tibi in scandalum. Et uenit Samuel ad Agag,
 habena

habens gladium interfecit eum, et reuertens in domum suam. Et dixit Dominus ad eum: Exe de, Vnge quem tibi dixerō, quoniam completum est tempus, in quo aduenerit regnum eius. Et dixit Samuel: Ecce nunc delebis regnum Saul? Et dixi: Deleo. Et profectus est Samuel in Bethel, et sanctificauit presbyteros, et Iesse, et filios eius. Et venit Eliab primogenitus Iesse, et dixit Samuel: Ecce nunc sanctus Christus Domini. Et dixit ad eum Dominus: Vbi est visio tua quam vidit cor tuum? Nonne tu es qui dixisti Saul: Ego sum qui video? Et quare nescis quem uncturus es? Et nunc sufficit tibi exprobratio, et require pastorem omnium minimū, et hunc unge. Et dixit Samuel: Audi Iesse, mitte adhuc filium tuum de grege, quoniam eum elegit Deus. Et misit Iesse, et adduxit Dauid. Et unxit eum Samuel in medio fratrum suorum, et erat Dominus cum eo ex illo die. Tunc cepit psallere Dauid psalmum hunc, et dixit: In finibus terra incipiam glorificari, et in dies seculi decam hymnum: Ab eo imprimis quando pascebat pecora, acceptabilius fuit sacrificium eius, quam fratris illius: et zelans eum frater eius occidit eum: me autē non sic, quia custodiuit me Deus: et quoniam angelis suis tradidit me, et custodibus suis ut custodiāt me, quoniam fratres mei zelauerunt me, et pater meus, et mater mea neglexerunt me, et cū veniret Propheta, nō cla-

mane

*conuerſus ad me: Et quādo nominatus eſt Chri-
ſtus Dominus, obliſi ſunt mei. Deus autē dexte-
ra ſua. Et miſericordia ſua appropinquauit mi-
hi: propterea non ceſſabo hymniſcare omnes dies
uita mea. Et cū adhuc Dauid loqueretur, ec-
ce leo amarus de ſylua, Et verſa de mōte rapue-
runt tauros Dauid, Et dixit Dauid: Ecce hoc
ſignum erit mihi infortiſſimum initium victo-
ria mea in pugna. Et ex eo poſt eos, Et liberabo
qua direpta ſunt, Et occido eos. Et exiens Da-
uid poſt eos, accepit lapides de ſylua, Et occidit
illos. Et dixit ad eum Deus: Ecce in lapidibus
tradidi in cōſpectu tuo ſeras iſtas. Erit autē ti-
bi in ſignū hoc, quoniā lapidibus interficies poſt
inimicum populi mei. Et in tēpore illo ablatuſ
eſt ſpiritus Domini à Saule, Et preſocabat eū
ſpiritus peſſimus. Et miſit Saul, Et adduxit
Dauid, Et pſallebat in cithara pſalmum in no-
tate. Et hic pſalmus quem pſallebat in Saulem,
ut recederet ab eo ſpiritus iniquus: Tenebrae
ſilentium erant antequam fieret ſeculum, Et
locutum eſt ſilentium, Et apparuerunt tenebrae,
Et factum eſt tunc nomen tuum in compagina-
tione extenſionis, quod appellatum ſuperius cæ-
lum, inferius vocatum eſt terra. Et praeceptum
eſt ſuperiori, ut plueret ſecundū tempus eius:
Et inferiori praeceptum eſt, ut crearet eſcam o-
mnibus qua facta ſunt Et poſt hac facta eſt tri-
bus ſpirituum veſtrorum: Et nunc moleſta eſſe
noli*

noli tanquam secunda creatura, si communis
 memoraret avari in quo ambulas. Aut
 audire tibi sufficit, quoniam per ea qua cano-
 nant in conspectu tuo multis psallo? Aut sum-
 mor es, quoniam de resuscitatione in chaomato na-
 ta est vestra creatura? Arguet autem tempora
 noua unde natus sum, de quo nascitur post tē-
 pus de lateribus meis, qui vos donauit? Et cum
 hymnizaret Dauid parcebat Saul spiritus. Et
 post hac Venerunt Allophili pugnare ad Israël.
 Et Dauid reuersus est in eremo et pasceret o-
 nes, & obuiauerunt ei Madianites, & vole-
 bant rapere oues eius, & descendit ad eos, &
 expugnauit eos, & occidit de ois x v m. Viro-
 rum. Hac est prima pugna, quam pugnauit Da-
 uid cum esset in eremo. Et exiit vir de Ca-
 stris Allophilorum, nomine Golia, & intendit
 in Saul & in Israël, & dixit: Nonne tu es
 Israël, qui fugisti ante conspectū meum, quan-
 do abstuli à vobis arcam & interfeci sacerdo-
 tes vestros, & nunc regnans descendens tan-
 quā vir & rex, & expugnabis nos? Si minus,
 ego veniam ad te, & captiuare te faciam, &
 populum tuum seruire dijs nostris. Et audiens
 hac Saul & Israël, timuerunt valde. Et dixit
 Allophilus, Iuxta numerum dierum in quibus
 epulatus est Israël, quando accipiebant legē in
 eremo, quadraginta diebus, ita ego impropa-
 bo ois, & post pugnabo cum illis. Et factū, cum

com

compleri fuissent quadraginta dies, & Venisset
 David. Videre pugnam fratrum suorum. audi-
 uit verba quæ locutus est Allophilus, & dixit:
 Si hoc est tempus quod dixit Deus ad me, tra-
 dam in manus tuas in lapidibus inimicū popu-
 li mei? Et audiuit Saul verba hæc. & misit, &
 accepit eum, & dixit: Quis erat sermo quem lo-
 cutus est populo? Et dixit David: Ne timeas
 rex, quoniam iam expugnabo Allophilum, &
 auferet Deus odia & opprobria ex Israël. Et
 profectus est David. & accepit septem lapides,
 & scripsit nomina patrum suorum, Abraham,
 Isaac, & Iacob, Moysi, & Aaron, & suum, &
 fortissimis, & misit Deus Cersibell angelū præ-
 positum super virtutē. Et profectus est David
 ad Goliath, et dixit ei: Audi verbū antequam
 moriaris: Nonne sorores erant duæ mulieres, ex
 de natus es tu, & ego? Et erat mater tua Or-
 pha, & mater mea Ruth. Et elegit sibi Or-
 pha deos Allophilorum, & abiit post eos, Ruth
 autem: elegit sibi vias fortissimis. & ambulavit
 in eis. Et nunc nati sunt de Orpha tu, & fra-
 tres tui, & quia exurgens hodie venisti deua-
 stare Israël, natus de cognatione tua, ecce veni
 & ege vindicare populū meum. Nā & tres fra-
 tres tui post mortē tuā incidēt in manus meas,
 et tūc dicetis matri vestra, nō pepercit nobis qui
 natus est de sorore tua. Et misit David in fūdo
 bulo lapidē, et percussit Allophilū in fronte suo,

Et cucurrit super eum Et euaginavit rhodan-
 eius. Et caput eius tulit ab eo. Et dixit ei Ge-
 lia, dum adhuc esset in eo anima eius: Fes-
 Et interfice me, Et exulta. Et dixit ei Dauid:
 Antequam moriaris aperi oculos tuos, Et vide
 interfectorem tuum, qui te interfecit. Et respi-
 ciens Allophilus, vidit angelum, Et dixit: Non
 solus occidisti me sed qui tecum aderat, cuius
 species non est sicut species hominis. Et tunc Da-
 uid abstulit caput eius ab eo. Angelus autem Do-
 mini erexit faciem Dauid, Et nemo agnosce-
 bat eum. Et videns Saul Dauid, interrogauit
 eum quis esset, Et non erat qui cognosceret eum.
 Et post hac Zelauit Saul Dauid, Et quarebat
 occidere eum. Dauid autem, Et Ionathas filius
 Saul, disposuerunt testamentum simul. Et ut vidit
 Dauid: quoniam quarebat eum Saul occidere,
 fugit in Armathē. Et exiuit post eum. Et man-
 sit spiritus in Saul, Et prophetauit: dicēs: Quid
 seduceris Saul, aut quē persequeris in vanum?
 Cōpletum est tēpus regni tui. Perge in locū tuū.
 Tu enim morieris, Et Dauid regnabit. Nōne
 tu, Et filius tuus simul moriemini? Et tunc ap-
 parebit Dauid regnum? Et abiit Saul, Et non
 sciuit qua prophetauit. Dauid autem venit ad Io-
 natham, Et dixit ad eū: Veni, Et disponamus
 testamentum antequam separemur ab inuicem:
 Saul enim pater tuus querit me interficere in-
 iuste. Et ex quo cognouit quoniā diligis me, nō
 renas

*quantitas tibi qua cogitauerit de me. Propter
 hoc autem odit me, quoniam diligis me, & ne
 regnem pro eo. Et cum ego reddiderim illi bona
 ille retribuit mihi mala, & cum ego Goliath oc-
 ciderim in verbo fortissimi, vide finem quem
 tribuit mihi, quia determinauit domum patris
 mei, & disperderet eam. Atque utinam consti-
 tuatur in potestate iudicium veritatis, & audiat
 determinationem multitudo prudentium. Et nunc
 timeo, ne interficiat me, ne perdat pro me vitam
 suam, sanguinem enim iustum nunquam effun-
 det. Quare anima mea persecutionem patitur?
 Minimus enim inter fratres meos fui pascens
 oves, & quare morte periclitor? Iustus enim
 sum, & iniquitatem non habeo. Et quare pater
 tuus odit me? Sed iustitia patris mei adiuuet
 me, & in manus patris tui non incidam. Et cum
 sim iuuenis, & mollis dierum, in vano Saul in-
 uidet mihi. Si nocuissem eum, rogarem & dona-
 ret mihi peccata: quoniam si iniquitates Deus,
 donat, quantomagis pater tuus, qui est caro &
 sanguis? Ambulaui in domo eius in toto corde
 etiam quasi leuis aquila prouectus sum ante con-
 spectum eius. Posui manus meas in lancea, & be-
 nedixi eum in hymnis, at ille cogitauit interficere
 me, & tanquam passer qui fugit ante faciem acci-
 pitris, sic fugi ante faciem eius. Cui hac dixi, aut
 cui annuntiaui qua passus sum, nisi tibi, et Mel-
 chior sorori tua? Ambo enim nos in veritate ea-*

mus inuicē. Et melius erat frater, si in pugna
 occisus essem, quā incidere in manus patris
 tui: fuerūt enim in pugna oculi mei ubiq; con-
 tes, Et custodirē eū de inimicis eius. Frater mi
 Jonatha, audi Verba mea, Et si est in me ini-
 quitas, argue me. Et respondens Jonatha, dixit
 ad David: Veni ad me frater meus David, et
 dicā tibi iniquitā tuam. Tabesce anima mea in
 tristitia tua Valde, quoniā separamur a cōtra ab
 inuicē. Et hoc cōegerunt peccata nostra, Et sepa-
 remur ab inuicē, sed memores simus dum viui-
 mus nectis Et dic inuicem: Et si mors separat
 nos, scio quia anima nostra alterutrū se cogno-
 scent Tuum est enim regnū in hoc seculo, Et ex
 te erit initiū regni, adueniens in tēpore. Et nūc
 tanquam infans qui auferetur à lacte matris
 sue, sic erit separatio nostra. Testis esto cælū, et
 testis esto terra, in his qua locuti sumus inter
 nos. Et ploremus unusquisq; ad proximum suū,
 Et lachrymas nostras condamur in vas vnum,
 Et cōmendemus vas terra, Et erit nobis in te-
 stimonium. Et plorauerunt unusquisq; ad pro-
 ximum suū Valde, Et osculati sunt se inuicē.
 Timuit autem Jonatha, Et dixit ad David:
 Memores simus frater testamēti instituti in-
 ter nos, Et iuramēti positi in corde nostro. Et si
 prior te obiero, Et regnando regnaueris, sicut
 locutus est Dominus, non memor sis ira patris
 mei, sed testamenti tui, quod dispositum est in-
 ter

ter me & te. Nec memor sis odij quo te odit pa-
 ter meus in vano, sed dilectionis mea qua te
 amavi. Nec memor sis, quod tibi ingratus fuit
 pater meus. sed memor eslo mēsa in qua man-
 ducavimus simul. Nec retineas zelum quo te ze-
 lauit male, sed veritatem quā habemus ego et
 tu. Nec cures mendaciū quod mētus est Saul,
 sed iuramenta quæ ad invicem iuravimus. Et
 osculati sunt invicē. Et post hac abiit David in
 eremū, & Ionatha ingressus est civitatem. In
 illo tempore sacerdotes, qui habitabāt in Noba
 erāt contaminantes sancta Domini, & expro-
 brantes primitiua populis. Et indignatus est
 Deus, & dixit: Ecce ego delebo habitantes in
 Noba, quoniam ambulat in vijs filiorū Heli. Et
 in tempore illo venit Doëch Syrus ad Saul, &
 dixit ei: Tu ne scis quoniam facit cōsilia Abime-
 lec sacerdos cū David. & rhōphaā dedit ei, &
 misit eū in pace? Et misit Saul, et vocavit Abi-
 melec. & dixit ad eū: Morte moriaris, quoniam
 consiliū disposuisti cum inimico meo. Et interfe-
 cit Saul Abimelec: & domū patris eius, et nec
 unus quidē liberatus est ex tribu eius, nisi solus
 filius eius Abiathar. Qui abiens ad David, re-
 nuntiavit ei omnia qua contigerāt illi. Et dixit
 ei: Ecce populus hic in anno quo ceperat regna-
 re Saul, cū peccasset Ionatha, et vellet morti-
 ficare eum, exurrexit, & non permisit eum, &
 nūc interficerētur sacerdotes CCCLXXXV.

Viri. Tacuit, & nihil dixit. Et propterea a coe-
 des veniet citò, & tradam eos in manus in-
 micorū eorū, et cadent vulnerati cum rege suo.
 Et ad Adoëch Syriū hac dixit Dominus: Ecce
 dies veniet citò, & ascēdet vermis igneus in
 linguam eius, & tabescere faciet eum, & erit
 habitatio eius cum Iair in igne inextinguibili
 semper. Omnia quae fecit Saul, & reliqua ver-
 borum eius, & quomodo persecutus est David,
 nōne scripta sunt in libro Regū Israël? Et post
 hac Samuel mortuus est, & congregatus est
 omnis Israël, & planxit eum, & sepelivit eū.
 Tunc Saul cogitavit, dicens: Auferens maleficos
 de terra Israël, memor mei erunt post discessum
 meum. Et dispersit Saul omnes maleficos de ter-
 ra. Et dixit Deus: Ecce Saul non propter timo-
 rē meū tulit maleficos de terra, sed ut sibi nomē
 faceret. Ecce quos dispersit ad eos vadat, & di-
 vinationē consequatur ab illis, eò quòd non ha-
 beat prophetas. Et tunc Allophili dixerunt v-
 nusquisq; ad proximū suum: Ecce Samuel mor-
 tuus est propheta, & quis orat pro Israël? Et
 David qui expugnavit pro eis inimic⁹ est Saul
 & non est cū eis. Et nunc exurgentes eamus, et
 pugnantes expugnemus eos, & vindicemus
 sanguinem patrum nostrorum. Et collecti sunt
 Allophili, & venerunt ad pugnam. Et ut vidit
 Saul quoniam Samuel mortuus est, & David
 non esset cum eo, resoluta sunt manus eius. Et
 inte

interrogauit per dominum, & non obaudiuit
eum: & quaesuit prophetas, & non apparuit
ei Sllus. Et dixit Saul ad populu: Queramus
aliquē diuinū, & interrogemus per eum quod
cogito. Et respōdit ei populus: Ecce nunc est mu-
lier Sedecia nomine, & hac filia Debicundia-
nita, qui seduxit populum Israël maleficijs. Et
ecce hac habitat in Endor. Et induit Saul vesti-
menta sua non bona, & abiit ad eā ipse & duo
viri cū eo noctu, & dixit ad eam: Eleua mihi
Samuelem. Qua dixit: Timeo regem Saulē. Et
dixit ad eā Saul: Non noceberis à Saule in hoc
verbo. Et dixit Saul intra se: Quando regnabā
in Israël, etiamsi gētes non videbāt, me, sciebāt
tamen quomodo Saul eram. Et interrogabat
Saul mulierē, dicens: Si vidisti Saulē aliquan-
do? Qua dixit: Frequēter vidi: Exiit Saul fo-
ras, & plorauit, & dixit: Ecce nunc scio qua-
niā species mea mutata est, & gloria regni mei
trāsiiit à me. Et factum est cum videret mu-
lier Samuelē descendente, & Saulē vidit cū eo,
exclamauit, & dixit: Ecce tu es Saul, & quare
illusisti me? Et dixit ad eā: Noli timere, sed dic
quid vidisti? Qua dixit: Ecce quadraginta an-
ni sunt ex quo eleuo mortuos Allophilis, sed
hac species non est visa, sed nec postea videbi-
tur. Et dixit ad eam Saul: Qua species eius?
Qua dixit: Interrogas me de dijs. Ecce enim
species eius non est hominis. Ipse enim vestitur

stalam albam superpositam deplodens, & angelus deducētes eam. Et memoratus est Saul deplodis quam disuperat Samuel dum ueneret, & percutiens manum eius proiecit eam in terram. Et dixit ad eum Samuel: Vt quid inquistasti, & eleuares me? Putaui quod appropinquasset tempus reddendi mercedē operum meorum. Et ideo noli gloriari rex, neq; tu mulier. Vos enim non deduxistis me, sed ea traditio, in qua dixit mihi Deus cū uiuerem, & Veniens nuntiarem tibi, quod peccaueras iam secundo negligenter Deo. Propterea post reditionem anima mea conturbata sunt ossa mea. Et dicerem tibi, mortuisque audirer uiuens. Nunc ergo crastino tu & filij tui mecum eritis tradito populo in manus Allophilorum, & propter, quod zelatz sunt viscera tua, accipietur de te quod est tuum. Et audiuit Saul verba Samuelis, & dissolutus est, & dixit: Ecce ego vado cum filijs meis morti, si ruina mea exoratio est iniquitatum mearum. Et surrexit Saul, & abiit inde. & Allophili expugnabāt Israhē, & exiuit Saul in pugnam, & fugit Israhē ante cōspectum Allophilorum. Et videns Saul quoniam confortabatur pugna valde, dixit in corde suo: Quid confortaris ad vitam, cū Samuel euangelizauerit tibi mortem cum filijs tuis? Et dixit Saul ei, qui portabat Vasa eius: Tolle rhomphaam tuā, & mortifica me, antequam

*Et venit: Allophili, & abstinuit me. Et
 noluit qui portabat vasa eius mittere manus
 suas in eum. Ipse autem incubuit super rhom-
 phaeam suam, & non potuit mori, & resse-
 xit retro se, & vidit virum currentem, & clama-
 vit ad eum, & dixit: Tolle macharam meam,
 & mortifica me, adhuc anima mea in me est.
 Et venit, & mortificaret eum. Et dixit ad
 eum Saul: Antequam mortifices me, nuntia
 mihi quis es. Et dixit ei ille: Ego sum Edab, fi-
 lius Agag regis Amalechitarum. Et dixit Saul:
 Ecce nunc venerunt super me verba Samuelis,
 quomodo dixit: Qui natus fuerit de Agag
 erit tibi in scandalum. Vade autem,
 & dic David: Ego occidi inimicum
 tuum. Et dices ei: Hac dicit
 Saul: Non memor sis
 odij mei, neque
 iniustitia
 mea.*

✱

FINIS.

C. IV

C. IVLII SOLINI
VITA, PER IOAN. CA-
MERTEM EDITA.



VA etate Iulius Solinus floruerit, nil certi à peritioribus proditum est. Id accidisse crediderim, quòd eorum monumenta, qui post eum scripserunt, Barbaris cuncta vastantibus fere perierint vniuersa. Miror Chronicarum supplementi obscurum scriptorem aliàs, tradidisse hunc Solinum Augusti Caesaris floruisse temporibus, cui & πόλις ἡρώα dedicasse commemorat. Constat enim Solinum Vespasiani principis in hoc opere meminisse. Ex annorum autem inter vtrumque Casarem computatione, euidens est non potuisse Solinū opus suum Augusto dicasse, & Vespasiani Caesaris res gestas retulisse. Meminit praterea Solinus Suetonii Paulini, quem Plinius se vidisse testatur. Huc accedit, quòd ex Pliniano fonte Solinus hauserit ferme omnia, cum tamen scribens hac, infantia sua, in operis exordio, veniam sibi dari postulet ab amico. Sed cum nusquam Plinij, per quem profecit, habuerit mentionem, suspicor viuente adhuc Plinio opusculum hoc suum scripsisse Solinum. Hinc factum forsitan, Et viuentis nō meminerit authoris. Consimili ratione potuit euenire, ne vnguā Plinius Dioscoridis

diu nobilis, eiusdē cū eo temporis, scriptoris nomen recensuerit, cūm constet tamen innumera ex eo in opus suum Plinium transtulisse. Eadem culpa poterit Dioscoridi imputari (nā ſter ab ſtro ſurripuerit, apud Ammonem inueniri poſſet) ſi is oppreſſa Plinij mentione, tanta ex eo fuerit ſuffuratus. Qui de Xenophontis, Platonisq; Vita. & moribus, pluraq; de iſdem alia exquisitiſſime ſcripſere, tradūt, nec Platonem Xenophontis, nec contra Xenophontem Platonis, cūm eſſet ſterque Socratis diſcipulus, in tot ſtriſque voluminibus inſeruiſſe nomen.

Hi ſunt inuidia nimirum, credite, mores,

Vt ſua quā rarus tempora lector amet.

Pascitur in ſuinis lior, poſt fata quieſcit.

Vera Naſonis ſentētia. Quid de Macrobio, qui integras ſape paginas ex Gellio, de Placido, qui ex Seruio, Acrone, qui ex Porphyrione? Quid de ſexcentis alijs, qui longas commentationes, ſuppreſſis vnde ſumpſerint authoribus, ad Verbum ſibi omnia tribuerūt? Nemo ambigit Aulum quoq; Gellium, Latina lingua delicias, Liuiana lectione plurimum profeciſſe, cūm tamē T. Liuium Latinorum hiſtoricorum longē principem, ſuarum Noctium noluerit eſſe participē. Nec aſſentior quorundam opinioni, qui ea ſpe Solium nullam habuiſſe Plinij mentionem exiſtimant, Et Plinij exemplaria deperirent penitus,

penitus, sicq; eius Collectanea extaret sola, non
 procedere tempore ab illo possent sua furtiva
 gnosci. Qua mente Florus, & Iustinus laborasse
 creduntur. Effet utinam tot bonorum autho-
 rum amissionis hæc sola caussa extarent hodie
 Catonis (ut Gracos interim missos facia) Var-
 ronis, Nigidij, Sallustij, Hygini, Celsi, Ennij, Fu-
 rij, Varij, Actij, Naviij, Pacuvij, nobilium autho-
 rum monumenta, quæ magna studiosorum sa-
 ctura perierunt. Vicq; factum sit testatur Soli-
 nus ingenue, quicquid in Polyhistoris comple-
 xus est, de scriptoribus receptissimis emanasse,
 suq; nil proprium esse dixit: Cum nihil (inquit)
 omiserit antiquitatis diligentia, quod intactum
 ad hoc usq; eis permaneret. Rursus constantia
 veritatis penes eos esse testatur, quos in opere
 fuerit ipse secutus. Nec dedecori Solino adscri-
 bendum, quod passim fuerit Plinium amulatus, si-
 cut nec Maroni dandum crimini, quod toties Ve-
 terum poetarum, Homeri præsertim versus in suum
 opus trāstulerit. Non enim parva virtus est au-
 thorem optimum optimè amulari. Fuisse Solinum
 Romanum tum ex scribendi stylo conijcitur, tum
 quod frequenter, cum de Romanis mentio incidit,
 eos is locis multis nostros soleat appellare. Soli-
 ni autoritate nedum rectiores scriptores, Sylla-
 tinus Perotus, Domitius Calderinus, Angelus
 Politianus, Hermolatus Barbarus, Iamys Par-
 rhasius, usq; alij plures similes quos non iniuria
 inter

inter Vetus quos annumerant, sed Servius
 II. Georg. & Priscianus in VI. insignes grä-
 matici nominatim etiam vsi sunt. Dionysij
 quoque, interpres, siue is Priscianus fuerit, siue
 Rhemius, integras Solini clausulas suis car-
 minibus frequenter inseruit. Solini (ni fallor)
 sunt omnia, quae de annorum diuisione, & die-
 bus intercalariis à Macrobio sunt relata. Do-
 ctiores praeterea ecclesiastici, D. Hieronymus,
 Ambrosius, Augustinus, item doctores alij,
 ejusdem ferè verbis Solini saepe sunt sententias
 mutuati. Sunt qui perinde Plinianam simiant
 Solinum nuncupent, quemadmodum Titi-
 anum oratorum, Arulenum Stoicorum, Iulius
 Capitolinus. Plinius Cecilius, Sidonius Apollin-
 naris simias nominatos fuisse tradunt. Sed hi
 non aduertunt eos per contumeliam simias ap-
 pellari solitos, qui vel ab alijs prius tradita, eo-
 dem quoque ordine referunt, vel non eos autores,
 sed eorum umbram potius emulantur. Verum
 Solinus sic Plinianam phrasim emulatus est, Et,
 Vena dixerim aliorum, Vix sit repertus alter,
 quæ Pliniana maiestati propius accesserit. In-
 scripsit librum hunc, Et in vetustis quibusdam
 exemplaribus inuenitur Antio amico, cui &
 opus tradidit castigandam. Sunt qui alia sui
 ingenij monumenta reliquisse tradant, quae vel
 temporis iniuria perierunt, vel abstruso loco qua-
 piam cum blatis forsitan delitefcunt.

C. IULIVS SOLINVS

AVTIO SVO S. P. D.

Quoniam quidam impatientius potius, quam studiosius, opusculum quod moliebar, intercipere properarunt, idque etiam tu impolitum, prius in medium dederunt, quam inchoata rei summa manus imponeretur, et nunc exemplaribus corruptis, qua dänata sunt, quasi probata circumferunt, prateritis qua ad incrementum cognitionis accesserunt cura longiore, ne forte rudis, & imperfecta materia, velut spectatus à me liber, in manus tuas deferretur, opusculum sententia mea digestum, Et nesceres, nisi Primò, quòd referendus ad industriam tuam fuit tenor dispositionis. Deinde, Et scabra adhuc infirmitatis proditio, editione vera extingueretur. Erit igitur operi istì titulus POLYHISTOR. Nam quem in exordio designaueram, scilicet, Collectanea rerum memorabilium, cum ijs, qua improbauimus, placuit obliterari. Collata igitur hac epistola cum ea, qua auspiciu scriptiois facit, intelligis eodem te loco habitum, quo eum cui laboris nostri summam dedicauimus.

C. IULIVS SOLINVS

AVTIO SVO. S. P. D.

CVM & aurium clementia, & optimario Cartiū studijs prestare te ceteris sentiam, idque

oppido expertus, de benevolentia tua nihil
 temere perceperim, putavi examen opusculi hu-
 ius tibi potissimum dare, cuius vel industria
 promptius suffragiū, vel benignitas veniam
 spondebat faciliore. Liber est ad compendium
 praparatus quantūq, ratio passa est, ita mode-
 ratè repressus, Et nec prodiga sit in eo copia,
 nec dannosa concinnitas. Cui si animū propius
 intenderis, Velut fermentū cognitionis magis
 ei inesse, quā bracteas eloquētia deprehēdes.
 Exquisitis enim aliquot voluminibus studuisse
 me cōpendio fateor, Et & à notioribus pedē re-
 ferrē, & remotis longius immorarer. Locorū
 cōmemoratio plurimū tenet, in quam partē fer-
 me inclinatio est vniuersa materies. Quorum
 commeminiſſe ita visum est, Et inclitos terra-
 rum situs, & insignes tractus maris, seruata
 orbis distinctione, suo quaq, ordine reddere-
 mus. Inſeruiſmus etiā pleraq, differenter con-
 gruentia, Et si nihil aliud, saltē varietas ipsa le-
 gentiū fastidio mederetur. Inter hac hominū,
 & aliorū animalū naturas expreſſimus. Ad-
 dita sunt pauca de arboribus, & lapidibus
 exoticis, de extimarū gentiū formis, de ritu dis-
 ſono abditarū nationū: nonnulla etiā memora-
 tu digna, quae pratermittere incurioſum vide-
 batur quorūq, authoritas (quod in primis in-
 dustriae tuae insinuatū velim) deſcriptori-
 bus manat receptiſſimis. Quid enim propriū no-
 r ſtrum

strum esse poterit, cum nihil omiserit antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc usque aus perseveret? Quapropter quaso te, ne de praesenti tempore editionis huius fidem libres: quandoquidem Vestigia moneta Veteris persecuti, opinioniones Universas erigere maluimus potius quam innouare. Itaque si qua ex istis secus quam opto, in animum tuum Venerint, des Velim infantia mea Veniam. Nam constantia Veritatis penes eos est, quos secuti sumus. Sicut ergo ij, qui corporum formas amulatur, postpositis quae reliqua sunt, ante omnia effigiant modum capitis, nec in alia membra prius lineas destinant, quam ab ipsa (ut ita dixerim) figurarum arce auspiciam faciant inchoandi, ita nos quoque a capite orbis, id est, ab Urbe Roma principium capefferemus, quamuis nihil super ea doctissimi authores reliquerint, quod in nouum praconium possit suscitari, ac superuacaneum penè sit, relegere tramitem decursum tot annalibus. Ne tamen prorsus dissimulata sit originem eius quantae Valeamus, prosequemur fide.

*

259

C. IVLII SO-

LINI POLYHI-

S T O R.

De origine vrbis Romæ.

CAP. I.



VNT qui Videri Velint Roma
 Vocabulū ab Euandro primum
 datum cū oppidum ibi offen-
 disse, quod extructum antea
 Valentiam dixerat iuuentus
 Latina, seruataq; significatione impositi prius
 nominis, ῥωμῆν Græc Valentiam nominatam:
 quam Arcades, quoniā in excelsa parte montis
 habitassent, derivatum deinceps, Et tutissima
 Urbis, arces Vocarentur. Heraclidi placet, Tro-
 ia captæ quosdam ex Achivis in ea loca Vbi
 nunc Roma est, deuenisse per Tyberim, deinde
 suadente Rome nobilissima captinarum, qua
 his comes erat: incensis naubus posuisse sedes,
 struxisse mania, Et oppidum ab ea Romē Vo-
 canisse. Agathocles scribit Romen non captivā
 fuisse, Et suprà dictū est, sed Ascanio natam,
 Aenea nepiē, appellationis istius causam fuisse.
 Traditur etiā propriū Roma nomen, Verum-
 tamen vetitum publicari quandoquidē quomi-
 nus exantiarētur ceremoniarū arcana sanxe-

runt

runt, Et hoc pacto notitiam eius aboleret *scilicet* placita taciturnitatis. Valerium deniq³ Socrum, quod contra interdictum eloqui id ausus foret, ob meritū profana Vocis neci datum. Inter antiquissimas sanè religiones sacellum colitur Angerona, cui sacrificatur ante diem duodecimum Calendarum Ianuariarum: qua diuæ præsul silentij ipsius, prænexo obsignatoq³ ore simulachrum habet.

De consecratione Urbis. CAP. II.

DE temporibus Urbis condita, ambiguitatum quaestiones excitavit, quòd quadam ibi multò ante Romulum condita sint. Quippe aram Hercules quā Venerat, si amissas boues reperisset, punito Caco, patri inuentori dicauit. Qui Cacus habitauit locum, cui Salina nomen est: Vbi Tergemina nunc porta. Hic (Et Calvus tradit) cū à Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus Venerat Marsya regis, socio Megale Phryge, custodia foret fatus, frustratus Vincula Vnde Venerat rediit, et praesidijs amplioribus occupato circa Vulturum Et Campaniam regno, dum etiam ea attrectare auderet, qua concesserant in Arcadium iura, duce Hercule qui tunc fortè aderat, oppressus est. Et Megalem Sabini receperunt, disciplinam augurandi ab eo edocti. Suo quoq³ numini idem Hercules instituit aram, quæ maxima apud pontifices habetur, cū se ex Nicostrate Enadræ matre, qua
à Vate

à Matricinio Carmentis dicta est, immortalem
 temperisset: Conceptum etiam, intra quod ri-
 tus sacrorum, factis Bovicidij, docuit Potitios.
 Sacellum Herculis in foro boario est, in quo ar-
 gumenta conuiuij lata maiestatis ipsius rema-
 nent. Nam diuinitus illo neque canibus, neque mu-
 scis ingressus est. Etenim cum visceratione sa-
 crificij libaret, Myagrum deum dicitur impre-
 catus: clauam. Verò in aditu reliquisse, cuius
 olfactu refugeret canes id usque nunc curat. Ae-
 dem etiam, qua Saturni ararium fertur, comi-
 tes eius condiderunt in honorem Saturni, quem
 cultore regionis illius cognouerant extitisse. Itē
 ex monte Capitolinum Saturnum nominarunt.
 Castellum quoque quod excitaueant, portam Satur-
 niam appellauerunt, qua postea à Padana vocata
 est. Pars autē infima Capitoli montis habita-
 culum Carmentis fuit, ubi Carmentis nunc fanum
 est, à qua Carmentali porta nomen datum est.
 Palatium Verò nemo dubitauerit, quin Arcades
 habeat authores, à quibus primum Palanteum
 oppidum conditum: quod aliquā diu Aborigines ha-
 bitarunt, sed propter incommodum vicina palu-
 dis, quam praterfluens Tyberis fecerat, profe-
 cti Reate postmodum reliquerunt. Sunt qui ve-
 lunt à balatibus ouium, mutata litera, Vel à Pa-
 le pastorali Dea, aut (ut Silenus probat) à Pa-
 lante Hyperborei filia quam Hercules ibi copres-
 sisse visus est. nomen monti adoptatum, Sed quam

quàm ista sic congruant. palàm est, prospero
 augurio deberi gloriam Romani nominis, ma-
 ximè cum annorum ratio faciat cardinem ve-
 ritati. Nā ut affirmat Varro author diligentis-
 simus, Romam condidit Romulus Marte ge-
 nitus & Rhea Sylvia, vel ut nonnulli, Marte
 & Ilia. Dicta quoque est primùm Roma quadra-
 ta, quòd ad æquilibrium foret posita. Ea inci-
 pit à Sylvia, quæ est in area Apollinis, & ad su-
 percilium scalarum Caci: habet terminum, ubi
 tugurium fuit Faustuli. ibi Romulus mansi-
 tavit, qui asspicatò fundamenta murorum se-
 cit duodeviginti natum annos, Undecimo Calen-
 das Masas, hora post secundam ante tertiam:
 sicut Lucius Taruntius prodidit, mathema-
 ticorum nobilissimus, Ioue in piscibus, Satur-
 no, Venere, Marte Mercurio in Scorpione, Sole
 in Tauro, Luna in Libra constitutis. Et obser-
 natum deinceps, ne qua hostia Parilibus cade-
 retur, ut dies iste à sanguine purus esset. Cuius
 significationem de partu Ilia tractam voluit.
 Item Romulus regnavit annos septem & tri-
 ginta. De Ceninensibus egit primum trium-
 phum, & Acroni regi eorum detraxit spolia,
 quæ Ioui Feretrio primus suspendit, & optima
 dixit. Rursum de Antēnatis triumphavit,
 de Veientibus postremò. Apud Capra paludem
 Nonis Quintilibus apparere desijt. Ceteri re-
 ges, quibus locis habitaverint, dicemus. Tacinus
 in area, ubi nunc ades est Iuvenis Magneta, qui

anno quinto quā ingressus urbē fuerat, à Lau-
 rētibz interceptus, septima et vigesima Olym-
 piade hominē exiit. Numa in colle primū Qui-
 rinali, deinde propter adē Vesta in regia, quæ
 adhuc ita appellatur: qui regnavit annis tri-
 bus & quadraginta sepultus sub Ianiculo. Tul-
 lus Hostilius in Velia, ubi postea deūm Penatiō
 ades facta est, qui regnavit annos duos & tri-
 ginta. obiit Olympiade quinta et trigesima. An-
 cius Martius in summa sacra Via, ubi ades La-
 riū est, quæ regnavit annos quatuor et viginti.
 obiit Olympiade prima et quadragesima Tar-
 quinius Priscus ad Mugoniā portā supra sum-
 mā novā Viā, qui regnavit annos septē & tri-
 ginta. Servius Tullius Aesquilij supra clivū
 Vrbicū, qui regnavit annos duos et quadragin-
 ta. Tarquinius Superbus et ipse Aesquilij su-
 pra clivū Pulliū ad Fagutalē lacum, qui regna-
 vit annos quinq; et viginti: Cinctio Romā duo-
 decima, Olympiade placet conditam, Pictori
 octava, Nepoti & Lucratio opiniones Erato-
 sthenis & Apollodori cōprobandibus, Olympia-
 dis septima anno secundo. Pomponio Attico,
 & M. Tullio, Olympiadis sexta anno tertio.
 Collatus igitur nostris & Gracoriū tēporibus,
 invenimus incipiente Olympiade septima Ro-
 mam conditam, anno post Ilium captum qua-
 dringētesimo trigesimotertio. Quippe certamē
 Olympicū, quod Hercules in honorē atavis ma-

terni Pelopis ediderat, intermissum, Iphiclus
 filius eius instauravit. post excidium Troia
 anno quadringentesimo octavo. Ergo ab Iphicla
 numeratur Olympias prima. Ita sex medijs
 Olympiadibus interiectis, quibus singulis anni
 quaterni imputantur, cum septima capiente
 Roma condita sit, inter exortu Urbis, et Troia
 capta iure esse quadringentos annos et trigin-
 tates constat. Huic argumēto id accedit, quod
 cum Cassius Pompeius Gallus, & Quintus Ve-
 rranus, Urbis condita anno octingentesimo pri-
 mo fuerunt consules, cōsulatu eorum Olympias
 septima & ducentesima actis publicis anno-
 tatz est. Quater ergo multiplicatis sex & du-
 centis Olympiadibus, erunt anni octingenti vi-
 ginti quatuor, de quibus septima Olympiade
 anneclendus est primus annus, et in solidū col-
 ligatur anni octingenti viginti quinq;. Ex qua
 summa detractis viginti annis & quatuor,
 Olympiadū retrò sex, manifestè anni octingēti
 & unus reliqui fient. Quapropter cum octin-
 gentesimo primo anno Urbis condita, ducentesi-
 mas septima Olympias cōputetur, par est Romā
 septima Olympiadis anno primo credi conditā
 In qua regnatum est annis ducentis quadra-
 ginta uno. Decemviri creati anno trecētesimo
 secundo. Primum Punicum bellum anno qua-
 dringentesimo octogesimo nono. Secundum, an-
 no quingentesimo tricesimo quinto, Tertium,
 sexce

Sexcentesimo quarto. Sociale sexcentesimo sexagesimo secundo, Ad Hircaium & Caium Pantam consules anni septingenti & decem. Quorum consulatu Caesar Augustus consul creatus est, octauum decimum annum agens, qui principatum ita ingressus est, ut vigilantia illius non modo securum, Verum etiam tutum imperium esset; Quod tempus ferme solum reperiuntur, quo plurimum & arma cessauerunt, & ingens floruerunt, scilicet ne inerti iustitia languerent virtutis opera bellis quiescentibus.

De diuisione anni, & diebus intercalaribus. CAP. III.

Tunc ergo primum cursus anni perspecta ratio, quæ à rerum origine profunda caligine tegebatur. Nam ante Augustum Casarem incerto modo annum computabant, quia apud Aegyptios quatuor mensibus terminabatur, apud Arcades tribus, apud Arcananas sex, in Italia apud Launios tredecim, quorum annus trecetis septuaginta quatuor diebus ferebatur.

Romani in initio annum decem mensibus computabant, à Martio auspiciates, adeo ut eius die prima de aris Vestalibus ignem accenderent, mutarent Veteribus Virides laureas, Senatus, & populus Comitia agerent, matronæ seruis suis cænas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illa ut honore promptius obsequium prouocarent, hi quasi gratiam repensarēt perfecti

r s labo

laboris. Maximè hunc mensent principem sta-
 flantur fuisse, quòd quì ab hoc quintus erat.
 Quintilis dictus est: deinde numero decurren-
 te, December solennem circumfiniebat intra
 diem trecentesium quartum. Tunc enim iste
 numerus explebat annum, ita ut sex menses
 tricenum dierum essent, quatuor reliqui trice-
 nis, & singulis explicarentur. Sed quoniam
 ratio illa ante Numam à luna cursu discrepa-
 bat, lunari computatione annum peraequarunt,
 quinquaginta & uno die adiectis. Ut ergo per-
 ficerent XII. menses, de sex mensibus priori-
 bus detraxerunt dies singulos, eosq; quinquaginta
 istis et uni adnexerunt, factisq; quinquaginta
 VII. diuiserunt in duos menses, quorum
 alter XXXI. alter XXVII. dies contine-
 bat. Sic annus habere quinq; & quinquaginta
 & trecentos dies cepit. Postmodum cum
 perspicerent temere annum clausum intra dies
 quos supra diximus, quandoquidem appareret
 solis meatum non ante trecentesium sexage-
 simumquintum diem, abundante insuper qua-
 drantis particula. Zodiacum conficere decursum
 quadrantem illum & decem dies addiderunt,
 ut ad liquidum annus trecotis sexagintaquin-
 que diebus & quadrante constaret, hortante
 observatione imparis numeri, quem Pythago-
 ras monuit preponi in omnibus oportere. Unde
 propter dies imparis dijs superis Ianuarius
 dicat

dicatur, & propter pareis Februarius quasi
 abominosus dijs inferis deputatur. Cum ita-
 que hac definitio toto orbi placuisset, custodien-
 di quadrantis gratia, à diuersis gentibus va-
 riè intercalabatur, nec vnquam tamen ad li-
 quidum fiebat temporum adequatio. Græci er-
 go singulis annis x i. dies & quadrantem de-
 traherant: eosq; octies multiplicatos in annum
 nouum reseruabant, & contractus nonagena-
 rius numerus in treis mēseis per tricenos dies
 scinderetur qui anno nouo restituti efficiebant
 dies quadringentos quadragintaquatuor, quos
 ἑμβολιόμους, vel ὑνιβάδιους nominabant.
 Quod cum initio Romani probassent contem-
 platione, numeri parilis offensione neglectum
 breui perdiderunt, translata in sacerdotes in-
 tercalandi potestate, Qui plerunq; gratifican-
 tes rationibus publicanorum, pro libidine sua
 subtraherant tempora, vel augebant. Cum hac
 sic forent constituta, modus q; intercalandi in-
 terdum cumulator, interdum fieret imminu-
 tior, vel omnino dissimulatus prateriretur, non
 nunquam accidebat, & menses, qui fuerant
 hyeme transacti, modo in æstiuum, modo in au-
 tumnale tempus inciderent. Itaq; C. Caesar &
 vniuersam hanc inconstantia incisa temporū tur-
 batione composuit, & ut statim certum prate-
 ritus acciperet error, dies x x i. & quadrāte
 simul intercalauit. Quo pacto regradati menses
 de cā

de cetero statuta ordinis sui tempora detine-
rent. Ille ergo annis solus trecentos XLIIII
dies habuit. Alij deinceps trecentos sexagenos
quinos, & quadrantem: & tunc quoq; vitium
admissum est per sacerdotes. Nam cum prae-
ceptum esset anno quarto ut intercalarent unum
diem, & oporteret confecto quarto anno id ob-
servari, antequam quintus auspicaretur, illi in-
cipiente quinto intercalarunt, non desinente.
Sic per annos sex & XXX . cum novem dies
tantum sufficere debuissent, XII . sunt interea
lati. quod deprehensum Augustus reformavit,
iussitq; annos XII . sine intercalatione decurre-
re, ut tres illi dies qui ultra novenarios teme-
re fuerant intercalati, hoc modo possent repen-
sari. Ex qua disciplina omnium postea tempo-
rum fundata ratio est. Verum cum & hac, &
multa alia Augusti temporibus debeantur, qui
penè solus sine exemplo rerum potitus est, tot
& tanta in vita eius inveniuntur aduersa, ut
non sit facile discernere calamitosior, an beator
fuerit. Primum, quod apud auunculum in peti-
tione magistratus equitum praelatus est ei Lepi-
dus tribunus, cum quadam auspantium ca-
ptorum nota. Mox triumphatus collegium,
pragavi potestate Antonij; Philippensis inde
proscriptionis inuidia, Abdicatio Posthumi A-
grippa post adoptionem. Deinde desyderio eius
insignis penitentia, naufragia Sicula, turpis
ibi

ibi in spelunca occultatio, seditiones militum plurima, Perusina cura, detectum filia adulterium. Et voluntas parricidalis, nec minore de decore neptis infamia, incusata de morte fratrum, Et amissis liberis non solum orbitatis dolor, sed Urbis pestilentia, fames Italia bello Illyrico, angustia rei militaris, corpus morbidum, contumeliosa dissensio prauigni Neronis, uxoris etiam, et Tyberij cogitationes parum fide, atque in hunc modum plura. Huius tamen suprema quasi lugeret seculum, penuria insecta est frugum omnium. At ne fortuitum quod acciderat, videretur, imminencia mala non dubijs signis apparuerunt. Nam Fausta quaedam ex plebe partu vno edidit quatergeminos, mares duos, Et feminas totidem, monstrosa fecunditate portendens futura calamitatis indicium: quamuis Trogus author affirmet in Aegypto septenos vno vtero simul gigni. Quod ibi minus mirum, cum fertifero potu Nilus, non tantum terrarum, sed Et hominum facundet arua. Cn. Pompeium, Eutychidem feminam Asia exhibitam, quam constabat tricies enixam cum x x. eius liberis in theatro suo publicasse. Vnde competens hos loco duco super hominis generatione tractare. Etenim cum de animalibus, quae dicta digna videbuntur, prout patria cuiusque admonebit, simus notaturi, in re ab eo potissimum ordiemur, quod rerum natura

tura sensus iudicio, & rationis capacitate
preposuit omnibus.

De menstruis, de homine, de Alec-
torio lapide. CAP. IIII.

Democritus Physicus ostendit, Mulier so-
lum animal menstruale est, cuius profu-
sua non parvis spectata documentis inter mon-
strifica merito numerantur. Contactibus fru-
ges non germinabunt, acescent musta, morien-
tur herbae, amittent arbores fetus, ferrum ru-
bigo corripset, nigrescent ara. Si quid canes in-
de ederint, in rabiem efferabuntur, nocituri
morsibus, quibus lymphaticos faciunt. Parua
hac sunt. Bitumen nascitur in Iudaea, quod
Asphaltites gignit lacus, adeo lentum mollitie
glutinosa, ut a se nequeat separari. Enimue-
ro si abrumpere partem velis, vniuersitas se-
quetur: scindique non potest: quoniam inquan-
tum ducatur, extenditur. Sed ubi admota fue-
rint cruore illo polluta fila, sponte discerpitur,
& applicita tube, deducitur paulo ante corpus
vnum, fitque de tenacitate connexa contagione
partitio repentina. Habet plane id solam salu-
tate, quod auertit Sydes Helenes perniciosissi-
mum nauigantibus. Caterum ipsa femina,
quibus munus est necessitatis huiusmodi quan-
diu sunt in sua lege, non innocentibus oculis
contuentur. Aspectu specula vaciant, ita ut he-
bete.

latetur Visu fulgor offensus. Et solitam amu-
lationem vultus extinctus splendor amittat, fa-
ciesque obtusi nitoris quadam caligine nubile-
tur. Mulierum alia in aeternum steriles sunt,
alia mutatis coniugijs exuunt sterilitatem,
nonnulla tantum semel pariunt. Quadam aut
feminas, aut mares semper. Post annum
quinquagesimum fecunditas omnium conque-
scit. Nam in annum LXXX. Viri gene-
rant, sicuti Masinissa rex Methymnum filium
LXXX. Et sextum agens annum genuit. Ca-
to octogesimo exacto ex filia Salonij clientis sui
anum Uticensis Catonis procreavit. Comper-
tum Et illud est, quod inter duos conceptus, cum
intercefferit paululum temporis, uterque resi-
det, sicut in Hercule Et Iphiclo apparuit, fratre
eius: qui gestati eodem onere, internallis tamē,
quibus concepti fuerant, nati videntur. Et de
Proconnesia ancilla, quae duplici adulterio ge-
minos edidit, utrumque patri similem. Hic
Iphiclus Iolaum creat, qui Sardiniam ingres-
sus, palantis incolarum animos ad concordiam
eblanditus, Olbiam, Et alia Graeca oppida ex-
truxit. Iolenses ab eo dicti, sepulchro eius tem-
plum addiderunt, quod imitatus virtutes pa-
tris, malis plurimis Sardiniam liberasset.
Ante omnia sobolem cogitantibus sterilitatio
post coitus cauenda, ne prius semen excutiat
impulsus repentinus, quam penetralibus se-
mater

maternis insinuet paternus humor. Quòd si naturalis materia haerit, decimus à concepta dies dolore gravidas admonebit. Iam inde incipiet & capitis inquietudo, & caligine. Visus hebetabitur. Ciborum quoq; fastidijs stomachi claudetur cupido. Conuenit inter omnes, corda primùm ex vniuersa formari carne, eaq; in diē quintum, & sexagesimum crescere, deinde minus: ac ex ossibus spinas. ea propter capitale est, si pars alterutra noceatur. Planè si corpusculum in marem figuratur, melior est color gravidis, & pronior paritudo vteri. Deniq; à x l. die motus est. Alter sexus nonagesimo die primùm palpitat. Et concepta femina gestantis vultum pallore inficit. Crura quoque prepediſt languida tarditate. In vtroque sexu cum capilli germinant, incommodum maius est. Fitque plens lunijs auctior agritudo, quod tempus etiā editis semper nocet. Cùm saliores escas edit grāuida, vnguiculis caret partus. At cūm propè ad vterum liberandum venerint momenta maturitatis, existenti spiritum retinere plurimum congruit, quando quidem letali mora oscitatio suspendiſt puerperia. Contra naturam est in pedes procedere nascentis: quapropter velut agrè parti appellantur Agrippa: Itz editi minus prosperè viuunt, & de vitā ano breuiori decedunt. Denique in vno M. Agrippa felicitatis exemplum est, nec tamen vsque eo in-

offen

offensa, ut non plura aduersa pertulerit, quam secunda. Nam & misera pedum valetudine, & aperto coniugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retrouersi ortus omen luit. Fæminis perinde est infausta natiuitas, si concretum virginale fuerit, quo pacto genitalia fuere Cornelia, qua editis Gracchiis ostentum hoc piasit, sinistro exitu liberorum. Rursum necatis matribus ortus est auspiciator, sicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quod excisus utero in diem venerat, primus Romanorum Caesar dictus est. E geminis, si remanente altero, alter abortiuo fluxu exciderit, alter qui legitimè natus est, Vopiscus nominatur. Quidam etiam cum dentibus procreantur, ut Cn. Papyrius Carbo, & M. Curius Dentatus ob id cognominatus. Quidam vice dentium continui ossis armantur soliditate, qualem filium Bithyniorum rex Prusias habuit. Ipsum dentium numerum discernit qualitas sexus, cum in viris plures sint, in feminis pauciores, quos uuvodovtas vocant. Et quibus gemini prodeunt à dextra parte, fortuna blandimenta promittunt: Quibus à laeva, versa vice. Nascentium vox prima vagitus est. Latitia enim sensus differtur in quadragesimum diem. Itaque vnum nouimus eadem hora risisse, qua erat natus, scilicet Zoroastem, mox optimarum artium peritissimum. At Crassus auus eius, quem va-

puerunt bella Parthica, quod nunquam refertur Agelaſtos cognominatus. Inter alia Socratis magna praeclarum illud eſt, quod in eodem Vultus tenore etiam aduerſis interpellantibus perſtitit. Heraclitus. Et Diogenes Cynicus nihil unquam de rigore animi remiſerunt, calcatisq; turbinibus fortuitorum, aduerſus omnem dolorem, Et miſeriam unſiformi dura uere propoſito. Pomponium poëtam conſularem Virum nunquam ruelſſe, habetur inter exempla. Antoniam Druſi non fuiſſe percelebre eſt. Nonnullos accepimus naſci concretis oſſibus, eosq; neq; ſudare, neq; ſitire conſueſſe, qualis Syracuſanus fertur Lygdamus. qui tertia Et triceſima Olympiade primus ex Olympico certamine Pancratij coronam reportauit: eius oſſa deprehenſa ſunt medallas non habere. Maximam Virium ſubſtantiam neruos facere certiffimum eſt, quantoq; fuerint denſiores, tanto propenſius augeſcere firmitatem. Varro in relatione prodigioſe fortitudinis annotauit, Tritannum gladiatorem natura Samnitum fuiſſe, qui Et rectis, Et tranſuerſis neruis non modo crate pectoris, ſed Et manibus cancellatis, Et brachijs, omnibus aduerſarios leui tactu, ac penè ſecuris congreſſionibus vicerit: eius q; filium militem Cn. Pompeij pari modo natum, ita ſtrenuiſſe hoſiem prouocantē, Et inermi eum dextra Et ſuperaret, Et captum digito uno in caſtra impe

imperatoris sui reportaret. Milonem quoque Crotoniensem ferunt egisse omnia supra quam homo valet. De quo etiam hoc proditur, quod ictu nuda manus taurum fecit victimam: eūq; solidum, qua mactauerat die assumpsit solus, non grauius. Super hoc nihil dubium. Nam factum elogium extat: Victor ille omnium certaminum obiit. Sanè Alcætorius traditur lapis, qui crystallina specie, in modum fæta, in gallinaceorum Ventriculis reperitur, aptus, & dicunt, praliantibus. Milo porrò Tarquinij Superbi Prisci temporibus enituit.

De similitudine, & corporum proceritate.

De mensura hominis, & pudore defunctorum. CAP. V.

IAm Verò quis deflexum animum referat ad similitudinum causas, quantum artificis natura ingenium deprehendet? Interdum enim ad genus spectant, & per sobolem in familias transitus faciunt: sicut plerunque paruuli modò neruos, modò cicatrices, modò qualescunq; originis suæ notas ferunt: Et in Lepidis: quorum tres, interuulsa tamen serie, ex eadem domo obdueto membrana oculo similes geniti reperiuntur: Et in Byzantino nobili pugile, qui cum matrem haberet adulterio ex Aethiope conceptam, qua nihil patri comparandum reddidisset, ipse in Aethiopem auum degenerauit. Sed hoc minus mirū, si res

spiciamus ad ea, quae spectata sunt inter externos. Regem Antiochum Arteon quidam ex plebe Syriaca, sic facie amula mentiebatur, ut postmodum Laodice Vxor regia obsecro populari isto tandiu dissimulauerit defunctum maritum, quoad ex arbitrata eius regni successor ordinaretur. Inter Cn. Pompeium & Vibium humili loco natum, tantus error extitit de paribus lineamentis, ut Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij vocabulo cognominarent. Oratorem L. Plancum Rubrius histrio sic implevit, ut & ipse Plancus à populo vocaretur. Armentarius Mirmillo, & Cassius Severus orator, ita se mutuo reddiderunt, ut si quando pariter viderentur, dignosci non possent, nisi discrepantiâ habitus indicaret. M. Messala Censorius, & Menogenes ex fece vulgari, hoc fuerunt uterque, quod singuli nec alium Messalam, quam Menogenem, nec Menogenem alium, quam Messalam putarunt. Piscator ex Sicilia proconsuli Sura praefer alia etiam rictu oris comparabatur. Ita in eodem Vocis impedimento, & tardata sono linguae naturalibus offendiculis congruebant. Interdum Verò non modò inter externos, sed etiam inter conductos ex diversissima parte orbis miracula indiscreti cultus fuisse. Denique cum Antonio iam triumphuro Thoranius quidam eximios forma pueros, velut geminos trecentis sestertijs

*sertijs vendidisset, quorum alterum de Transal-
pina Gallia, alterum ex Asia comparauerat, adeoque una res viderentur, nisi solus sermo fidem panderet, atque ideo se Antonius illusum graualetur, non infacetè Thoranius id vel precipue, quod emptor criminabatur, pretiosum comprobauit. Neque enim mirum, si forent pares gemini, illud nullis posse taxationibus aestimari, quod tantis spatijs diuersitas separatos, plus quàm geminos contulisset. Quo responso adeò Antonius mitigatus est. Ut deinceps nihil se habere charius in substantia sua iactaret. Nunc si de ipsis hominum formis requiramus, liquido manifestabitur, nihil de se antiquitatem mendaciter pradicasse, sed corruptam de generi suceessione sobolem nostri temporis per nascentium detrimenta decus ceteris pulchritudinis perdidisse. Licet ergo plerique defuniant, nullum posse excedere longitudinem*

VII. *pedum, quod intra hunc modum Hercules fuerit, deprehensum est tamen Romanis temporibus sub D. Augusto Pusionem, & Secundilam denos pedes, & amplius habuisse proceritatis, quorum reliquæ adhuc in conditorio Sallustianorum videntur: postmodum D. Claudio principe Gabbarum nomine, ex Arabia aduectum. nouem pedum, & totidem vnciarum. Sed ante Augustum annis ferme mille non apparuit forma huiusmodi, sicut nec post Claudiu*

Visa est. Quis enim ano isto non minor suis puer-
rentibus nascitur? Priscorum autem molem de-
stantur etiā Orestis suprema, cuius ossa Olym-
piade quinquagesima & octava Tegea inuen-
ta à Spartanis oraculo monitis, didicimus im-
plesse longitudinem cubitorum septem. Scripta
quoque ex antiquitate memorias arcessunt in
fidem Veri, quibus receptum est, quòd bello Cre-
tico, cum elata flumina impetu plus, quàm vi
amnicæ inuicta terras rupissent, post discessum
fluctuum inter plurima humi dissidia huma-
num cadaver repertum sit cubitum trium atq;
triginta, cuius spectandi cupidine L. Flaccum
legatum, Metellum etiam ipsum impendio ad-
modum captos miraculo, quod audistis refuta-
rant, oculis potitos. Non omiserim Salamiā Eu-
thymenis filium creuisse in triennio tria cubi-
ta sublimitate, sed in cessu tardo sensu hebeti, ro-
busta voce, pubertate festina: statimq; obsessum
morbis plurimis, immoderatis agitudinū sup-
plicijs cōpensasse precipitē incrementi celerita-
tem. Mensura ratio bifariam conuenit. Nam
quantus manibus expansis inter digitos longis-
simos modus est, tantum constat esse inter cal-
ces, & Verticem. Ideoq; Physici hominē mino-
rem mundū esse iudicarunt. Parti dextra habi-
lior ascribitur motus, laeva firmitas maior. Un-
de altera gesticulationibus promptior est, altera
oneri ferendo accommodatior. Pudoris discipli-
nam

nam etiam inter defuncta corpora natura discernit. Et si quando cadauera necatorum fluctibus euehatur, virorum supina prona stitent feminarum. Verum iam ad pernecitatis titulum transeamus.

De velocitate, visu, & fortitudine. C A. V I.

Primam palmam Velocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum puluerem cursitauit, Et arenis pendentibus nulla indicia relinqueret Vestigiorum. Polymnestor Milesius puer, cum à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est, Et ob id statim productus à gregis domino Olympiade sexta, Et quadragesima. Et Bocchus author est, Victor in stadio meruit coronam. Philippides biduo mille ducenta quadraginta stadia ab Athenis Lacedamonem decurrit. Anisius Lacon, Et Philonides Alexandri Magni cursores à Sicione Elinusque mille ducenta stadia una die transierunt: Fonteio, Vipsanodorus in Italia octo annos puer natus, quinque Et XL. millia passuum à meridie transiit ad Vesperum. Visu deinde plurimum potuit Strabo nomine, quem perspexisse per centum XXXV. millia passuum Varro significat, solitumque à Carthagine exeuntem classem Punicam, numerumque nauium manifestissime è Lilybitana specula denotare.

Cicero tradit Iliada Homeri ita subtiliter membranis descriptā, ut testa nuncis clauderetur. Callicrates formicas ex eboze ita scalpfit, ut portio earū a ceteris secerni nequiverit. Apollonides perhibet in Scythia feminas nasci, quae Bithya vocatur, hasq; in oculis pupillas geminas habere, et perimere visu, si quem fortē irata aspexerint. Ha sunt & in Sardinia. Praenalluisse fortitudine apud Romanos L. Sicinius Dentatum titulum numerus ostendit. Tribunus hic plebis fuit non multo post exactos reges, Spurio Tarpeio, A. Thermo C O S S. Idem ex provocacione octies victor, x l. & v. habuit aduersas cicatrices, in tergo nullam notam. Spolia ex hoste tricies & quater cepit. In phaleris, hastis puris, armillis, coronis trecenta x l l. dona meruit. Nouem imperatores, qui opera eius vicerant, triumphanteis prosecutus est. Post hunc M. Sergius duobus stipendijs, primo, aduerso corpore ter & vicies vulneratus: secundo, stipendio in praelio dextram perdidit. Qua de causa ferream sibi manum fecit: & cum neutra penē idonea ad praeliandum valeret, una die quater pugnauit, & vicit sinistra, duobus equis eo insidente confossis. Ab Annibale bis captus refugit, cum viginti mensibus, quibus captiuitatis sortem perferebat, nullo momento sine compedibus fuerit, & catenis. Omnibus asperissimis praelijs, qua tempestate illa

illa Romani experti sunt, insignitus donis militariibus à Thrasymeno, Trebia Ticinoq₃ coronas ciuicas retulst. Cannensi quoq₃ pralio, de quo refugisse eximium opus virtutis fuit, solus accepit coronam. Beatus profecto tot suffragijs gloriarum, ni hares in posteritatis eius successionem Catilina tantas adoras odio damnati nominis obumbrasset. Quantum inter milites Sincius, aut Sergius, tantum inter duces, imò, Et verius dicam, inter omnes homines Caesar dictator enituit. Huius ductibus undecies centum et nonaginta duo millia caesa sunt hostiū. Nam quantum bellis ciuilibus fuderit, noluit annotari. Signis collatis quinquagies & bis dimicauit: M. Marcellum solus supergressus, qui nouies & tricies pari modo fuerat praliatus. Ad hac nullus celerius scripsit. Nemo velocius legit: Quaternas etiā epistolas simul distitasse perhibetur: benignitate adeo pradiatus, Et quos armis subegerat, clementia magis vicerit.

De memoria. De voce adempta, & adempta. De morum laude. De eloquentia. De pietate. De pudicitia, & felicitate.

CAPVT VII.

CYRUS memoria bono claruit, qui in exercitu, cui numerosissimo præsuit, nominatim singulos alloquebatur. Fecit hoc idem in populo Romano L. Scipio. Sed & Cyrum, &

s

s

Scipio

Scipionem consuetudine credamus profecisse. Cyneas Pyrrhi legatus postero die quam ingressus Romam fuerat, & equestrem ordinem, & Senatum proprijs nominibus salutavit. Rex Ponticus Mithridates duabus, & viginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit. Memoriam ex arte fieri palam factum est, sicut Metrodorus philosophus, qui temporibus Diogenis Cyzici fuit, in tantum se meditatione assidua prouexit, ut à multis simul dicta, non modo sensuum, sed etiã verborum ordinibus retineret. Nihil tamen in homine aut metu, aut casu, aut morbo facillime intercipi, saepe perspectum est. Qui lapide æternus fuerat, accepimus oblitum literarum. Messalam certè Corinum post agritudinem quam pertulerat, percussum proprij nominis oblivione, quamlibet alias ei sensus vigeret. Memoriam metus perimit. Inuicem timor vocis est incitamentum, quam non solum acuit, sed etiam, si nunquam fuerit, extorquet. Denique cum Olympiade octaua & quinquagesima victor Cyrus intrasset Asia oppidum Sardas, ubi tunc Crassus latebat, Athus filius Regis mutus ad id usque temporis, in vocem erupit vi timoris. Exclamasse enim dicitur, Parce patri meo Cyre, & te hominem esse vel casibus disce nostris. Tractare de moribus superest, quorum excellentia maxime

in duobus emituit. Cato princeps Porcia gentis, senator optimus, optimus imperator, orator optimus, causam tamen quadragies & quater dixit, diuersis odiorum simultatibus appetitus, semper absolutus. Verum Scipionis Aemiliani laus propensior, qui prater bona, quibus Cato clarus fuit, etiam publico amore praeceffit. Vir optimus Nasica Scipio iudicatus est, non privato tantum testimonio, sed totius senatus sacramento, quippe quod inuentus dignior non fuit, cui praeipua religionis crederetur mysterium, cum oraculum moneret arcessi sacra deum matris Pestimuntia. Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt, sed hoc bonum hereditarium nunquam fuit, nisi in familia Curionum, in qua tres serie continua oratores fuere. Magnum hoc habitum est sane eo seculo, quo facundiam praeipue & humana, & diuina mirata sunt: Quippe tunc percussores Archilochi poeta Apollo prodiit, & latronum facinus Deo arguente detectum est. Cumque Lysander Lacedaemonius Athenas obsideret, ubi Sophoclis Tragici inhumatum corpus iacebat, idem Liber pater ducem admonuit per quietem, ut sepeliri delicias suas sineret. Nec prius desistit, quam Lysander cognito quis obisset diem, & quid à numine posceretur, inducias bello daret, & quae dum congrua supremis talibus exequia duce

ducerentur. *Pindarum lyricum è conuictu, totum cui imminebat ruina, ne cum ceteris interspat, forinsecus Castor & Pollux vocarunt, insperantibus vniuersis. Quo effectum est, ut solus impendens periculum euaderet. Numerandus post Deos Cn. Pompeius Magnus, intraturus Posidonij domum, clarissimi tunc sapientia professoris, percuti ex more à lictore. Vetuit foreis, summissisque fascibus, quamlibet confecto Mithridaesco bello, & Orientis Victor, sententia propria cecidit ianua literarum. Africanus prior Q. Ennii statuam imponi sepulchro suo iussit. Uticensis Cato unum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione Romam aduexit, professus plurimum se eo facto Senatui & populo Romano contulisse, quamuis proauus eius sapissime censuisset Græcos Vrbe pellendos: Dionysius tyrannus vittatam nuuè Platoni obuiam misit: ipse cum albis quadrigis egredientem è litore occurrens honoratus est. Perfectam prudentiam soli Socrati oraculum Delphicum adiudicauit. Pietatis documentum nobilius quidem in Metellorum domo effulsit, sed eminentissimum in plebeiæ puerperæ reperitur. Humilis hac, atque ideo fama obscurior, cum ad patrem, qui supplicij causa claustris penalis continebatur, agrè obtinuisset ingressum, exquisita sapiens à ianitoribus ne forte parenti cibum sumministraret, alere eum vberibus*

hæc fuis deprehensa est. Qua res & factum et locum consecrauit. Nam qui morti destinabatur, donatus filia, in memoriam tanti præconij reservatus est. Locus discatus suo numini, Pietatis sacellum fuit. Navis à Phrygia gerula sacrorum, dum sequitur Vitas castitatis, contulit Claudia principatum pudicitia. Et Sulpitia Paterculi filia, M. Fulvii Flacci Vxor, celsura omnium matronarum è centum probatissimis haud temere electa est, quæ simulachrum Veneris, et Sibyllini libri monebant, dedicaret. Qui attingat ad titulum felicitatis, necdum repertus est, & qui felix censeri iure debuerit. Nanque Cornelius Sylla dictus potius est, quàm fuerit felix. Solum certè beatum Cortina Aglaum iudicavit, qui in angustissimo Arcadia angulo pauperis soli dominus, nunquàm egressus paterni cespitis terminos inuenitur.

De Italia, & eius laudibus, deque peculiaribus multis, quæ in ea reperiuntur.

CAPUT VIII.

DE homine satis dictum habeo. Nunc, et ad destinatum reuertamur, ad locorum commemorationem stylus dirigendus est, atque adeò principaliter in Italiã, cuius decus iam in Vrbe contigimus. Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta est, præcipuè à M. Catone, et iam inueniri non possit, quod non veterum authorum præsumpserit diligetia, largiter in laudẽ excellentis terra materia

seria suppetente, dum scriptores præstant
 mireputant locorum salubritatem. celi tempera-
 riem, Ebertatem soli, aprica collium, opaci
 nemorum, innoxios saltus, Vitium olearum-
 que prouentus, ouilia, pecuaria, tot amneis, la-
 cus tantos, bifera Violaria, inter hac Vesenum
 fragrantis anima spiritu vaporantem, tepen-
 tem fontibus Baias, colonias tam frequentes,
 tam assiduam nouarum Urbium gratiam, tam
 clarum decus Veterum oppidorum, quæ primum
 Aborigines, Aranci, Pelasgi, Arcades, Sículi,
 totius postremò Græcia aduena, Et in summa
 Victores Romani condiderunt. Ad hæc littora
 portuosa, orasque habet patentibus gremijs
 commercio orbis accommodatas. Verum ne pro-
 fus intacta videatur, in ea quæ minus trita
 sunt, animum intendere, haud absurdum vi-
 detur, Et parcius depasta leuibus Vestigijs in-
 uisare. Nam quis ignorat Vel dictam, Vel condi-
 tam à Iano Ianiculum, à Saturno Latium, at-
 que Saturniam, à Danaë Ardeā, à comitibus
 Hercules Polydem, ab ipso in Cæpania Pöpeios,
 quia Victor ex Hispania pompam bouum duxe-
 rat? In Liguria quoq; lapidarios campos, quod
 à Ioue eo dimicante creduntur saxa pluuisse. Re-
 gionem Ionicam ab Ione Naulochi filia, quam
 procaciter infidentem vias Hercules interemit
 Et ferunt. Archippem à Marsia rege Lydorum
 quod hiatus terra haustu, dissolutu est in lacum

Fuci

Arginum. Ab Iasone templū Iunonis Argina.
à Pelope Pisas, *à Cleolao* Minos filio Vannios
Iapygas à Iapyge Dadali filio Tyrrhenos à Tyr-
 rheno Lydia rege. Coram à Dardanis, Argil-
 lam à Pelasgis, qui primi in Latium literas in-
 tulerant: à Phalero Argiuo Phaliscam, à Pha-
 lerio Argiuo Phalerios Fescennium quoque ab
 Argiis, portum Parthenium à Phocensibus,
 Tybur, sicut Cato facit testimonium, à Catillo
 Arcade præfecto classis Euandri, sicut Sextus
 ab Argina iuuentute. Catillus enim Amphia-
 rai filius post prodigialem patris apud Thebas
 interitum Oeclei assu iussu, cum omni fœtu vel
 sacro missus treis liberos in Italia procreauit,
 Tisurtum, Coram, Catillum, qui de pulsus ex
 oppido Sicilia Veteribus Sicanis, à nomine Ti-
 burti fratris natu maximi Urbem vocarunt.
 Max in Brutijs ab Vlyssæ extructum templum
 Minerue. Insula Ligea appellata abiecto ibi cor-
 pore Sirenis ita nominata. Parthenope à Par-
 thenopes Sirenis sepulchro, quam Augustus
 postea Neapolim esse maluit. Præneste, et Ze-
 nodotus refert, à Præneste Vlyssæ nepote La-
 tini filio: aut, et Prænestini sonant libri, à
 Caculo, quem iuxta ignes fortuitos inuenerūt,
 et fama est, Digitiorum sorores. Notum est à
 Philoctete Petiliam constitutam. Arpos, et
 Beneuentum à Diomede, Patavinum ab Anse-
 nore, Metapontin à Pylis, Scyllaceū ab Athen-
 ien

niensibus, Sybarim à Troezenijs, & à ~~Argivis~~
 Asiatis Iocri filio, Salentinos à Lycijs, ~~Arundinis~~
 à Siculis, Gabios à Galatio & Bio Siculis fratri-
 bus, ab Heraclidis Tarentum, insulam Ten-
 sam ab Ionibus, Pesium à Dorensibus. A' My-
 scello & Archia Crotonam, Rhegium à Chal-
 cidēsis, Caulonā & Terinam à Crotoniensibus,
 à Naritijs Locros, Heretrum à Gracis in
 honorē Hera: sic enim Iunonē Graci vocāt, Ari-
 tiā ab Archilocho Siculo, Unde & nomen, Et
 Cassio Hemina placet, tractū. Hoc in loco Ore-
 stes oraculo monitus simulachrū Scythica Dia-
 na, quod de Taurica extulerat, prius quam Ar-
 gos peteret, consecrauit. A' Zancleisibus Me-
 taurum locatū, à Locresibus Metapontū: quod
 nunc Vibo dicitur. Bocchus absoluit, Gallorum
 Veterē propaginē Umbros esse M. Antonius as-
 senerat eosdē. quod tēpore aquosa cladis imbris-
 bus superfuerūt, Umbros Gracē nominatos. Li-
 cinsio placet à Mesappo Graco Mesappia datam
 originem, Versam postmodū in nomē Calabria,
 quā in exordio Ocnotri frater Peucetius Peu-
 cetiam nominarat. Par sententia est inter au-
 thores, à gubernatore Aenea appellatum Pal-
 nurum, à tubicine Miseno Misenum, à cōsabri-
 na Leucosiam insulā. Inter omnes perspicuē cō-
 uenit, à nutrice Caietā Caietam, ab uxore La-
 uinia Lauinium esse nuncupatum, quod post
 Troia excidium, sicut Cussonius perhibet, quar-
 to anno

eo anno structū est. Nec omissum sit Aeneam, astate ab illo capto secunda, Italicis littoribus appulsum, Et Hemina tradit, socijs nō amplius sexcentis, in agro Laurenti posuisse castra: Vbi dum simulacrū, quod secum ex Sicilia adue- xerat, dedicat Veneri matri, quæ A`ppodita di- citur à Diomede Palladium suscipit tribuq; mox annis cū Latino regnat, socia potestate, quingentis iugeribus ab eo acceptis. Quo defun- cto summā biennio adeptus, apud Numicum apparere desijt, Anno septimo patris indigetis er nomen datū. Deinde constituta ab Ascanio longa Alba Fidenæ. Antiū. Nola à Tyrjs, ab Eubæensibus Cuma ibidē Sibyla sacellam est, sed eius qua rebus Romanis quinquagesima Olympiade interfuit, cuiusq; librū ad Corne- lium vsq; Syllā Pontifices nostri consulebant: tunc enim Vnā cum Capitolio igni absumptus est: nam priores dāos, Tarquinio Superbo par- cius pretium offerente, quā postulabat, ipsa exusserat: cuius sepulchrū in Sicilia adhuc ma- net: Delphicā autem Sibyllā ante Troiana bel- la Vaticinatam Bocchus perhibet, cuius pluri- mos Versus operi suo Homerū inseruisse mani- festat. Hūc Heriphile Erythraa annis aliquos intercedentibus consecuta est, Sibyllaq; appel- lata est de scientia parilitate, qua inter alia magnificata Lesbios amissuros imperium ma- ris multò antè pramonuit, quā id accideret:

t

ita

ita Cumaniam tertio fuisse post has loco, ipsi
 cui series probat. Ergo Italia, in qua Latium
 antiquum antea à Tyberinis ostijs ad Esq. Ty-
 rim amnem pertinebat, vniuersa consurgit, à
 iugis Alpium, porrecta ad Rheginum verti-
 cem, & littora Brutiorum, quò in mare Me-
 rriam versus protenditur. Inde procedens pau-
 latim se Appenini montis dorso attollit, exten-
 sa inter Tuscum, & Adriaticum, id est, inter su-
 perum mare, & inferum, similis querno folio,
 scilicet proceritate amplior quàm latitudine.
 Vbi longius processit, in cornua duo scinditur,
 quorum alterum Ionium spectat aequor, alterum
 Siculum. inter quas prominentias non vno mar-
 gine accessum insinuati freti recipit, sed linguis
 proicectis sapius, à procurentibus distincta pro-
 montorijs pelagus admittit. Ibi et obuia pas-
 sum notemus, arces Tarantina, Scyllae regio, cù
 Scyllae oppido, & Crathee fluminis Scyllae matre
 Et vetustas fabulata est, Rhegini salus, Pasta-
 na Galles, Sirenum saxa, amoenissimus Cam-
 pania tractus, Phlegraei campi, Circes domus,
 Tarrhacina insula antè circumflua immesso ma-
 ri, nunc auro neclente addita continenti, diuer-
 samq. fortunam à Rheginia experta, quos fre-
 tum medium à Siculis vi abscedit. Formia
 etiam Lastrigonibus habitat. Multa prae-
 ter à pollentissimis ingenijs disserta, quae prae-
 rire, quàm inferius exequi, tutius duximus.

Verum

Periorem Italia longitudine, qua ab Augusta praetoria per Urbem Capuamq; porrigitur, usq; ad oppidum Rhegium, decies cetera & viginti millia passuum collegit. Latitudo ubi plurimum, ccccx. ubi minimū, cxxxvi. millia. Arctissima est ad portum, quem Annibalis castra dicunt. Neq; enim excedit quadraginta millia. Umbilicū, ut Varro tradit, in agro Reatino habet. At in solidū spatium circuitus vni versae vicies quadrages novies cetera sunt. In quo ambitu adversa Locrensi fronte ortus à Gadibus finitur Europa sinus primus: nā secū dus à Lacinio aspiciatur, in Acroceraunijs metas habet. Ad hac Italia Pado clara est, quē mons Vesulus superantissimus inter iuga Alpiū gremio suo fundit, visendo fonte in Liguri finibus, unde se primū Pado proruit, submersusq; cuniculo rursus in agro Vibonensi ex tollitur nulli amniū inferior claritate, à Graecis dictus ἱερίδων. Intumescit exortu canis, tabefactis visibus & liquētibus bruma pruinis, autus q; aquarū accessione xxx. flumina in Adriaticū deferunt mare. Est è memorabilis incertū, & insigniter per omniū ora vulgātū, quod per pauca familia sunt in agro Phaliscorū, quos Herpos vocāt. Hi sacrificiū annuū ad montem Soractē Apollini faciunt. Idq; operantes gesticulatib; religiosis impune exultant, ardentibus lignorum struibus, in homo-

rem diuina rei flammis parcentibus. Cuius deuotionis ministeriū munificentia senatus honoratum. Hirpis perpetuo omnium munerū vacationem dedist. Gentem Marsorū serpentibus illasam esse nihil mirum. A Circes filio genus ducunt, & de auita potentia deberi sibi sentiunt serustū venenosorum, ideoq; venena cōtēnunt. C. Calius Oeta treis filias, Angitiā Medeam, & Circē dicit fuisse, Circen Circaos insedisse montes, carminum maleficijs Varias imaginum facies mentientē, Angitiā Vicina Fucino occupauisse, ibiq; salubri scientia aduersus morbos resistentem, cum desisset hominē viuere, deam habitam. Medea ab Iasone Buthroti sepultā: filiumq; eius Marsis imperasse. Sed quamuis Italia habeat hoc praesidium familiare, a serpētibus non penitus libera est. Deniq; habitatores ab Amyclis, quas antea Graeci considerūt, serpentes fugauere. Illic frequēs Vipera insanabilis morsu. Breuior hac ceteris, quā in alijs aduertimus orbis partibus, ac propterea, dum despectui est, facilius nocet. Calabria Chersydris frequentissima est, & Boam gignit, quem auguem ad immensam molem ferunt coalescere. Captat primò greges bubulos, & siqua plurimo lacte rigua bos est, eius se vberibus innectit, suclūq; continuo saginat, longo seculo ita funebri satietate vltimo extubetur, vt obistere magnitudini eius nulla vis quea

quæ. Postremo depopulatis animantibus, regiones quas obsederit, ad vastitatem cogit. De niq; D. Claudio principe, in loco ubi Vaticanus ager est, in aluo occisa Boa spectatus est solidus infans. Italia lupos habet, qui cum cæteris similes non sint, homo, quem prius viderent, conticescit, & anticipatus obtutu nocentis, licet clamandi votum habeat, non habet vocis ministeriũ. Sciens de lupo multa prætereo. Spectatissimum illud est quod cauda animalis huius villus amatorius inest perexiguus, quem spontaneo damno abiicit, cum capi metuit. nec habet potentia nisi viventi detrahatur. Coeunt lupo toto anno non amplius dies XII. Vescuntur in fame terra. At ij quos Cernuarios dicimus quavis post longa ieiunia repertas agræ carnes mandere caperint, ubi quid casu respiciunt, obliuiscuntur, & immemores præsentis copiae, eunt quæsitum, quam reliquerunt satietatẽ. In hoc animalium genere numerantur et lynces, quarum Urinas coire in duritiem pretiosi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquisitissimas sunt persecuti. Istud etiã ipsas lynces persensisse, hoc documento probatur, quod egestu liquorẽ illico arenarum cumulis, quantum valent contegunt, invidia scilicet, ne talis egeries transeat in nostrũ usum, ut Theophrastus perhibet. lapidi isti succini color est, pariter spiritu attrahit propinquantia, dolores renũ sedat, medetur

regio morbo λυγνούριος Gracè dicitur. Cicada
 apud Reginos musta, nec ulla alibi: quod si-
 lentiū miraculo est, nec immerito, cum vicina
 qua sunt Locrensiū, ultra ceteras sonitet. Cau-
 sas Granius tradit, cum obmurmuraret, illic
 Hercule quiescente, deū iussisse ne streperet. Ita
 que ex eo captū silentiū permanere. Ligusticū
 mare frutices procreat, quæ quantisper fuerint
 in aquarum profundis, fluxi sunt, tactu propè
 carmuento, deinde ubi in supera tolluntur, na-
 talibus derogatis, lapides fiunt. Nec solum qua-
 litas illis, sed et color vertitur: nā puniceo pro-
 tinus rubescunt. Ramuli sunt quales arborū vi-
 simus, ad semipedem frequentius longi rariū
 est pedaneos deprehendi. Excuduntur ex illis
 multa gestamina. Habet enim, ut Zoroastres
 ait materies hac quandā potestatem, ac propte-
 reā quicquid inde fit, habetur inter salutaria.
 Corallium alij dicunt. Nā Metrodorus γεργία
 nominat. Idem, quod resistat typhonibus, et ful-
 minibus, affirmat. Erustur gēma in parte Lu-
 cania, facie adeo iucunda, ut languētes intrin-
 secus stellas, et sub nūbulo venientes croceo co-
 lore perfundat. Ea, quoniam in littore Syrtium in-
 uenta primum est, Syrtites vocatur. Est et Ve-
 ientana gēma à loco dicta, cui niri coloris su-
 perspecies, quam ad gratiam varietatis albi li-
 mites interfecant, notis candētibas. Insula qua
 Apulia oram videt, tunculo, ac delubro Dio-
 medis

medis insignis est. Et Diomedæ aves sola nutrit. Nam hoc genus alitis præterquam ibi nusquam gentium est, idque solum poterat memorabile indicari, nisi accedèrent non omittenda. Forma illis penè qua Fulcis, color cæcidus, ignei oculi, ora dentata, cōgreges volitant, nec sine ratione pergēdi duces dua sunt, quæ regāt agmen. Altera agmen anteit, altera insequitur, illa ut ductu certum iter dirigat, hac ut instantia urgeat tarditatē. Hæc in meatibus disciplina est: Et cū fatuum adest tempus, rostro scrobes excavant. Deinde surculis in versum superpositis, imitantur texta cratium, Et sic contegunt subtercauta: Et ne operimenta desint, si fortè lignorum casus venti auferant, hanc struem comprimunt terra quæ egesserāt, cū puteos excavarent. Sic nidos moluntur bi fori accessu, nec fortuito, adeo ut ad plagas cæli metentur exitus, vel ingressus. Aditus, qui dimittit ad pastus, in ortum destinatur: qui excipit reuertētis, Occasum versus est, Et lux Et morantis excitet, Et receptui non denegetur, Lenatura alium, aduersis flatibus subuolat, quibus proluuiis longius auferatur. Iudicant inter aduenas: si Græcus est propius accedunt, Et quantum intelligi datur, Velut ciuis blandius adulatur. Siquis erit gentis alterius inuolant, Et impugnant. Aedem sacram omni die celebrant studia huiusmodi. Aquis

imbuunt plumas, alioq; impendio madefactas
 conficiunt rorulenta, ita ad excusso humore
 rificant. Tunc pennulis superplaudunt. Inde dis-
 scedunt quasi peracta religione. Ob hoc ferunt
 Diomedis socios aves factos. Sanè ante aduen-
 tum Aetoli ducis nomen Diomedis non habe-
 bant, inde sic dicta, Italicus excursus per Libur-
 nos, qua gens Asiatica est, procedit in Dalma-
 tia pedem, Dalmatia in limitem Illyricum, in
 quo sinu Dardani sedes habent, homines ex
 Troiana prosapia, in mores barbaros efferati.
 At ex altera parte per Ligurum oram in Nar-
 bonensem provinciam pergit in qua Phocenses
 quondam fugati Persarum aduentu, Massi-
 liam urbem Olympiade quadragesima quinta
 condiderunt. C. Marius bello Cymbrico factis
 manu fuscis inuitavit mare, perniciosamq; fer-
 uentis Rhodani navigationem temperavit: qui
 amnis precipitatus Alpibus primò per Helue-
 tios ruit, occurrentium aquarum agmina secum
 trahens, auclumq; magno spso, quod inuadit, fre-
 to turbulentior, nisi cum frictum ventis excita-
 tur. Rhodanus sanis Et cum serenum est, atq;
 ideo inter treis Europa maximos fluuios et huc
 computant. Aqua quoq; Sextia eo loco clare-
 runt quondam hyberna consulis, postea excuta
 manibus. Quam calor olim acrior exhalatus,
 per tempora euaporauit, nec iam par est fumus
 priori. Si Græcos cogitemus, præstat respicere
 litus

*littus Tarentinum. Vnde à promontorio, quod
Aeren lapigiam vocant, Achaiam cursum de
fluantibus citissima navigatio est. Flectendus
hinc stylus est, terrarumq; vocant alia: & lon-
gum est, Et moratim insularum omnium oras
legamus, quasq; promontoria Italica pro-
spectant quamvis sparsa recessibus amantissi-
mis, & quodam natura, quasi spectaculo ex-
posita, non erant omittenda. Sed quantum resi-
dendum est, si dilatis quæ præcipua sunt, per
quamdam desidiam, aut Pandatariam, aut
Prochitam dicamus, aut ferri feracem Vil-
bam: aut Caprariam, quam Græci ἀγῶναυ δι-
cunt, aut Manasiam, de facie supina freti sic
vocatam, vel ab Ulyssis erroribus, vel Columba-
riam animum huius nominis matrem, vel Itha-
cesiam, quæ Ulyssis proditur specula, vel Aena-
riam, & Inarimen ab Homero nominatam,
aliasq; non secus latas, inter quas Corsicam
plurimi in discedo latius circumuecti plenissi-
ma narrandi absoluerunt diligentia, nihilq;
omissum, quod retractari nō sit supernacuum,
Et exordium incolis Ligures dederint, Et oppi-
da ibi extructa sint, Et colonias ibi deduxerint
Marinus, & Sylla, Et ipsam Ligustici sinus
agnor alluat. sed hæc facessent.*

De Corsica, & Catochite lapide.

CAP. IX.

1 5

Verum

VEum ager Corsicanus, quod in eo agitur
 Unicum est, solus edit, quem Catochista
 Vocant lapidem, fatu dignissimum. Minor est
 ceteris, qui ad ornatum destinantur, nec tam
 gemma, quam cautes. Idem impositas manus
 detinet, ita seiunctis corporibus adnectens. Ut
 cum ipsis hareat, à quibus tãgitur. Sed ei inest
 Velut de glutino lentiore nescio quid par atque
 gummi. Accepimus Democritum Abdersten
 ostentatione scrupuli huius frequenter Usum
 ad probandam occultam naturæ potentiam, in
 certaminibus, qua contra Magos habuit.

De Sardinia. De Solifuga. De Sardonis
 herba. De admirandis aqua-

rum viribus. CAP. X.

Sardinia quoq, quam apud Timæum San-
 daliotem legimus, Ichnusam apud Chrysip-
 pum, in quo mari sita sit, quos incolarum auctores
 habeat, satis celebre est. Nihil ergo attinet di-
 cere, Ut Sardus ab Hercule, Et Norax à Mer-
 curio precreati, cum alter ab Libya, alter ab
 Usq, Tarteso Hispania in hosce fines permens-
 sent à Sardo terra, à Norasse Noro oppido no-
 men datum. Mox Aristæum regnando his pro-
 ximum in Urbe Corals, quã cõsiderat, ipse con-
 iuncto populo. Vtriusq, sanguinis, se iunges Usq,
 ad se gentes ad unum morem coniugasse, impe-
 rium ex insolentia nihil affermatas. Sed et hic
 Ari

Aristaeus Iolam creat, qui ad id locorum agros ibi insedit. Præterea & *lienses*, & *Lo-*
crenses transfamis. *Sardinia* est quidem abs-
 que serpentibus. Sed quod alijs locus serpens est,
 hoc *Solifuga* *Sardois* agris, animal perexiguū,
 simileq; araneis forma. *Solifuga* dicta, quod
 diem fugiat. In metallis argentarijs plurima
 est. nam solum illud argenti dives est, occultis-
 reptat, & per imprudentiam supercedentibus
 pestem facit. Huic incommodo accedit & her-
 ba *Sardonis*, quæ in defluvijs fontanis proue-
 nit largius insto. Ea si edulio fuerit, vescenti-
 bus nervos contrahit, victu ora diducit, ut qui
 mortem appetunt, velut ridentium facie inter-
 eant. Contra quicquid aquarum est, varie com-
 modis servit. Stagna pisculentissima, hyberna
 pluvia in aestivam penuriam reseruantur. Nā
 homo *Sardus* opem plurimam de imbrido cælo
 habet. Hoc collectaneum depascitur, ut sufficiat
 usui, ubi defecerint scaturigines, quæ ad vi-
 etum usurpari solent. Fontes sanè calidi & sa-
 lubres aliquot locis effervescunt, qui medelas
 afferunt, aut solidant assa fracta, aut abolent
 a *Solifugis* insertum venenum, aut etiam ocu-
 larias dissipant agritudines. Sed qui oculis me-
 dentur, & coarguendis valent furibus. Nam
 quisquis sacramento raptū negat, lumina aque
 attrectat. Vbi periurium non est, cernit clarius,
 si perfidia abnuat, detegitur facinus cecitate.

&

Et captus oculis admissum tenebris fatetur
 De Sicilia, & Peloriade terra, & de
 aquis memorandis, &
 montibus. CAP. XI.

Si respiciamus ad ordinem temporū, vel loco-
 rum, post Sardiniam res vocat Sicula. Pri-
 mo quod utraq, insula in Romanā potestatem
 redacta iisdem temporibus provincia facta est,
 cum eodem anno Sardiniam M. Valerius, al-
 teram C. Flaminius prator sortiti sunt. Adde
 quod freta Siculo excipitur nomen Sardos ma-
 ris: Ergo Sicilia, quod cum primis assignandum
 est, diffusis promontorijs triquetra spectre figu-
 ratur. Pachinus aspectus in Peloponesum, &
 meridianam plagam dirigit. Pelorus aduer-
 sam Vespero Italiam videt. Lilybaeus in Afri-
 cam extenditur. Inter qua Pelorias praestat,
 soli temperamento egregia, quod neq, humido
 in lutum diluatur, neque fatiscat in vagum
 pulverem siccitate. Ea ubi introrsum recedit.
 Et in latitudinem panditur, tres lacus obti-
 net. Quorum unus quod piscium copiosus est,
 non equidem ad miraculū duxerim, sed quod
 ei proximus condensis arbusis inter Virgulto-
 rum opaca feras nutriat, & admissis Venan-
 tibus per terrenos tramstes, quibus pedestres
 accessus excipit, duplicem piscandi, Venandiq,
 praebeat voluptatem, numeratur inter eximia
 tertium ara sacrum approbat, qua in medio
 sita,

*scilicet breuius diuidit à profundis, quàm ad eam
 pergitur, aqua cursum tenuis peruenit. Quod
 vltimè est, nec explorari licet, nec attingi. Et si
 fiat, qui id ausus sit, malo plectitur, quan-
 tamq[ue] suam partem ingurgitauerit, tantam it
 perditum. Ferunt quendam in hac alta quam
 longissimam poterat iecisse lineam, eam vt re-
 cuperaret, dum demerso brachio visum adiu-
 uat, cadauer manum factam. Peloritana ora
 habitatur colonia Taurominia, quam prisci
 Naxum vocabant. Oppidum Messana Rhegio
 Italia oppositum est, quod Rhegium à dehisce-
 di argumento prius Græci dicebant. Pachy-
 no multa Tunnorum inest copia, Echinis, & o-
 mnibus mari nantibus pisculentissimum, ac
 propterea semper captura larga: Lilybitano Li-
 lybaeum oppidum decus est, Sibylla sepulchro. Si-
 cania diu ante Troiana bella Sicanus rex no-
 men dedit, aduectus cum amplissima Hibero-
 rum manu. Post Sículus Neptuni filius. In hac
 plurimi Corinthiorum, Argiuorum, Ilien-
 sium, Doriensium, Cretensium confluxerunt. Inter
 quos & Dædalus fabra artis magister princi-
 pem Urbium Syracusas habet. In qua etiam cū
 hyberno conduntur serena, nullo non die sol est.
 Adde quod Arethusa fons in hac Urbe est.
 Eminent montibus Aetna, & Eryx. Vulcano
 Aetna sacer est, Eryx Veneri. In Aetna verti-
 ce hiatus duo sunt, Crateres nominati, per quos
 eructa*

eructatus erumpit vapor, premissis prius frontibus, qui per astantes cantharum latebras longo mugitu intra terra viscera diu voluitur, nec ante flammarum globos attolit, quam interni strepitus antecedant. Mirum hoc est, nec illud minus, quod in illa ferventis natura perauacacia mistas ignibus nives profert, & licet vastis exudet incendijs, apicis canicie perpetua brumalem detinet faciem. Itaque inuicta in Euroque violentia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. Sunt & alij montes duo, Nebrodes, & Neptunius. E Neptunio specula est in pelagus Thyscum, & Adriaticum. Nebrodi damarum copia nomen dedit, quem dama & hinnuli gregatim perunguntur, inde Nebrodes dictus. Quicquid Sicilia gignit siue soli siue hominis ingenio, proximum est ijs quae optima iudicantur, nisi quod factis terra Centurpino troco vincitur. Hic primum inuenta Comedia, hic & canellatio mimica in scena fletit. Hic domus Archimedis, qui iuxta Syderum disciplinam machinarius commentator fuit. h. c. Laïs illa, quae eligere patriam maluit, quam fateri. Gentem Cycloperum vasti testantur specus. Iestrygonum sedes adhuc sic vocantur. Ceres inde magistra saturnis fumentaria. Hic ibidem campus Aetnensis in floribus semper, & omni vernus die: Quem propter demersum est furamen, quo Ditem patrem

trem ad raptus Proserpina liberè exeuntem fa-
 ma est in lucem ausum. Inter Catinam & Sy-
 racusas certamen est de illustrium fratrum me-
 moria, quorum nomina sibi diuersa partes ado-
 ptant. Si Catinenses audiamus; Anapias fuit,
 & Amphinomus: si quod malunt Syracuse,
 Acmanthiam putabimus, & Critonem. Ca-
 tinensis tamen regio causam dedit factò, in
 quam se cum incendia Actna protulissent, iue-
 nes duo sublato parente euexerunt inter flam-
 mas illasi ignibus. Horum memoriam ita po-
 stulerit munerata est, & sepulchri locus nomi-
 naretur Campus piorum. De Arethusa, & Al-
 pheo Verum est hætenus quod conueniunt fons
 & amnis. Fluminum abunde varia miracu-
 la. Dianam, qui ad Camerinam fuit, nisi ha-
 bitus pudica hauserit, non coibunt in corpus
 Vnum latex vineus, & latex aqua. Apud Se-
 gestanos Herbesus in medio flumine subita exa-
 stuatione feruescit. Acin quamuis demissum
 Actna, nullus frigore anteuertit. Himereum
 cælestes mutant plaga. Amarum denique est
 dum in Aquilonem fuit, dulcis Vbi ad Me-
 ridiem flectitur. Quanta in aquis, tanta est no-
 uitas in salinis. Salem Agrigentinum si igni
 sunxeris, soluitur & sione: cui si liquor a-
 qua proximauerit, crepitat & cluti torrea-
 tur. purpureum Actna mittit. in Pachino
 translucidus inuenitur. Cætera salinarum me-
 tella,

talla, quæ sunt aut Agrigentino, aut Centauri-
 pis proximantia, funguntur cantium ministre-
 rio. Nam illinc excidunt signa ad facies homi-
 num, vel decorum. Thermitanis locis insula est
 arundinum ferax, quæ accommodatissima sunt
 in omnem sonum tibiarum, siue Pracentorias
 facias, quarum locus est ad pulvinaria pracinen-
 di siue Vascas, quæ foraminum numeris Pra-
 centorias antecedunt, siue Puellatorias, quibus
 à sono clariore Vocamen datur, siue Gingrinas,
 quæ breviores licet, subtilioribus tamen modis
 insonant, aut Miluinas, quæ in accentus exeunt
 acutissimos aut Lydias, quas & Turarias di-
 cunt, vel Corinthias, vel Aegyptias, aliasve à
 musicis per diuersas officiorum & nominum
 species separatas. In Halesina regione fons a-
 lias quietus & tranquillus cum siletur, si inso-
 nent tibia, exultabundus ad cantum eleuatur,
 & quasi miretur dulcedinem Vocis, ultra mar-
 gines intumescit. Gelonium stagnum tetro odo-
 re abigit proximantes. Ibi & fontes duo, alte-
 rum si sterilis sumpserit, fecunda fiet: alterum
 si fecunda hauserit, vertitur in sterilitatem. Sta-
 gnum Petrensiū serpentibus noxium est, ho-
 mini salutare. In lacu Agrigentino oleum super-
 natat. Hoc pingue hæret arundinum comis de
 assiduo Solutabro, è quarum capillamentis le-
 gitur Unguentum medicum contra armenta-
 rios morbos. Nec longè inde collis Vulcanius, in
 quo

*quæ quæ diuina rei operantur ligna vitea super
 aras struunt. nec ignis apponitur in hanc conge-
 riem, cùm porricias intulerint. Si adest Deus,
 sic sacrum probatur, sarmenta licet viridis
 ignem sponte concipiunt, & nullo inflagrante,
 à litato numine fit incendium, ibi epulantibus
 alludit flamma, quæ flexuosis excessibus vaga
 bunda, quem contigerit non adurit. Nec aliud
 est, quàm imago nuntia perfecti rite voti. Idem
 ager Agrigentinus eructat limosas scaturigi-
 nes: & ut vena fontium sufficiunt rivis submi-
 nistrandis, ita in hac Sicilia parte solum nūquam
 deficiente, aeterna reuelatione terrā terra euo-
 mit. Achaten lapidem Sicilia primum dedit
 in Achatis fluminis ripis repertum, non vilem,
 cùm tibi tantum inueniretur. Quippe interscri-
 bentes eum vena naturalibus sic notant for-
 mis, ut cùm optimus est, varias præferat rerū
 imagines. Vnde anulus Pyrrhi regis, quæ aduer-
 sus Romanos bella gessit, non ignobilis fama
 fuit. Cuius gemma Achates erat, in quo nouem
 Musa cum insignibus suis singula, & Apollo te-
 nens citharam videbantur, non impressis figu-
 ris, sed ingenitis. nunc diuersis locis apparet.
 Dæd Cretā, quem Coraliachaten vocant, Co-
 rallo similem, sed illum guttis auro micanti-
 bus, & scorpionum ictibus resistentem. Dæd
 India reddentem nunc nemorum, nunc anima-
 lium facies, quem vidisse, oculis fauet, quique
 & intra*

intra os receptus sedat fetorem. Sicut et quæ
redolent myrrha odorem. Achates sanguine
maculis irrucescit. Sed qui maxime probatus
tur, vitream habent perspicuitatem, et Cy-
prius. Nam qui sunt facie cerea abundantes,
trivialiter negliguntur. Omnis ambitus huius
insula clauditur studiorum tribus millibus.

De insulis Vulcaniis. CAP. XII.

IN freto Siculo hæc insule x x v, millibus
passuum ab Italia absunt. Itali Vulcanias
vocant. Nam et ipsa natura soli igne aper-
oculta commercia aut mutantur Aetna in-
cendia, aut subministrant. Hic dicta sedes deo
Ignium. Numero septem sunt, Lipara nomen
dedit rex Liparus, qui eam ante Aeolum re-
xit. Alteram Hieram vocaverunt, ea præcipue
Vulcano sacrata est, et plurimum colle emi-
nentissimo nocte ardet. Strongyle tertia, Aeoli
domus, vergit ad solis exortum, minime angu-
losa, qua flammis liquidioribus differt à cate-
ris. Hæc causa efficit, quod ex eius fumo potis-
imum incolæ præsentiscunt, quinam flatu in
triduo portendantur. Quo factum, et Aeolus
rex ventorum crederetur. Ceteras, Didymen,
Ericusam, Phenicusam, Euonymon, quoniam
similes sunt, dictas habemus.

Ex

Et tertio Europæ sunt, Epeirus, Aetolia,
Peloponnesus, Attica, Bœotia, Phocis.

Multæ insulæ, & in his memo-
randa omnia. CAP. XIII.

Tertius Europa sinus incipit ab Acroce-
raunijs montibus, desinit in Hellepon-
tum. In eo apud Molossos, ubi Dodonæ Iovis
templum est, Tomarus mons est, circa radices
centeno fonte nobilis Theopompo. In Epeiro su-
cer fons est, frigidus & ultra omnes aquas, & spe
etata diversitatis. Nam si in eum ardentem im-
mergas facem, extinguit: si procul, ac sine igni
admoveas, suoque ingenio inflammas. Dodonæ
Ismaro celsa est. Delphi Cephiso flumine, Ca-
stalis fonte, & Parnasi iugis celebres. A car-
mania Aracyntho eminet. Hanc ab Aetolia
Pindus dividit, qui Acheloum parit, cum
primis Græcia omnibus præditum veteri cla-
ritate. Nec iniuria, cum inter calculos, qui-
bus ripa eius micant, inveniatur Galactites,
qui scrupulus ipse ater si teratur, reddit suc-
cum album ad lactis saporem. Feminis nu-
trientibus illigatus fecundat ubera, subnexius
parvulis largiusculos hantius facit salinarum.
Intra os receptus liquefcit, cum solvitur ta-
men, memoria bonum perinoit, quem post Ne-
lœum Achelous dat, tertium nemo. Propter op-
pidum Patras Scissia locus novem collum opa-
citate umbrosus, & radijs solis firme inclusus,

nec aliam ob causam memorabilis. In Luconia
 spiraculum est Tanaron. Et Tanaron est promon-
 torium aduersum Africa, in quo fanū est Me-
 thymnas Arionis, quem delphine eo aduectum
 imago testis est area ad effigiem casus & Veti-
 operis expressa. Præterea tempus signatum,
 Olympiade enim Vndetrigesima, qua in certa
 mine Siculo idem Arion Victor scribitur, idi-
 psū gestum probatur. Est & oppidum Tana-
 ron nobis Vetusstate. Præterea aliquot Urbes,
 inter quas Leuctra, non obscura iam pridem
 Lacedæmoniorum fædo exitu. Amycle silentio
 suo quondam pessundata. Spartæ insignis cum
 Pollucis & Castoris templo, tum etiam Otrya-
 dis illustris Viri titulus. Theramne, Vnde pri-
 mū cultus Diana. Pitana, quam Archesi-
 laus Stoicus inde ortus prudentia sua merito
 in lucem extulit. Anthea, & Cardamyle, Vbi
 quondam fuere Thyrrha, nunc Locus dicitur;
 in quo anno X VII. regni Romuli inter La-
 conas, & Argiuos memorabile fuit bellum.
 Nam Taygetæ mons, & flumen Eurotas no-
 tiora sunt, quàm ut stylo egeant. Inachus A-
 chaia amnis Argolicum secat tractum, quem
 rex Inachus à se nominauit, qui exordium
 Argiua nobilitati primus dedit. Epidauro de-
 cus est Aesculapij sacellum, cui incubantes agri-
 tudinum remedia capeffunt de monitis somnio-
 rum, Pallanteum Arcadia oppidum, quod Pa-
 latro

lūio nostro per Euandrum Arcada appellatio-
nem dederit, sat est admonere: in qua montes
Cyllene, & Lycaus, Menalaus etiam Dīs a-
lumnis inclaruerunt: Inter quos nec Eryman-
thus in obscuro est. Intra flumina Eryman-
thus Erymantho monte demissus est, & La-
don ille. Herculis pugna hic planè clarescunt.
Varro perhibet, fontem in Arcadia esse, cuius
interimat haustus. In hac terrarum parte, de
auihus hoc solum esse non indignum relatu com-
perimus, quòd cū alijs locis Merula fulua sit,
circa Cyllenen candidissima est. Nec lapidem
spreuerimus, quem Arcadia mittit, Asbesto
nomen est, ferri colore. Hic accensus semel ex-
tingui nō potest. in Magarensium sinu isthmus
est, ludis quinquennialibus, & delubro Neptu-
ni inclutus. Quos ludos ea propter institutos fe-
runt, quòd sinibus quinque Peloponnesi ora
obliuuntur. A Septentrione Ionio, ab Occiden-
te Siculo, à brumali Occidente Aegao, à Sol-
stitiali Oriente Myrtoo, à Meridie Cretico.
Hoc spectaculum per Cypsellum tyrannum in-
termissum, Corinthij Olympiade quadragesi-
manona solennitati pristina reddiderunt. Ca-
terum Peloponneson à Pelope regnatam, no-
men indicio est. Ea ut platani folium recessi-
bus, & prominentijs figurata, disortium facit
inter Ionium, & Aegaeum mare, quatuor non
amplius millibus disspiciens & trunq, litus, ex-
cursu

cursu tenuis, quem Isthmon dicunt ob-
 stas. Hinc Hellas incipit, quam proprio
 ram voluit esse Graciam, Quam nunc Atticam
 Aetha prius dicta. Ibi Athena, cui Urbis sacra
 Scyronia propinqua sunt porrecta, sex millibus
 passuum ob honorem Victoris Thesei, Et me-
 moriam nobilis pœna sic nominata. Ex istis
 rupibus Ino secum Palamone filio in profunda
 precipitem iaculata auxit maris numina. Nec
 Atticos montes in partem tacebimus. Est Ica-
 rius, est Brilessus, est Lycabethus, Et Aegia-
 lus. Sed Hymetto merito, ac tunc attribuitur
 principatus, quod apprimè florulentius eximio
 mellis sapore, Et externos omnes, Et suos Vin-
 cit. Callirhoën stupent fontem, nec ideo Crume-
 son fontem alterum nulli rei numerant. Athe-
 niensis locus est Ar. opagus, Mara-
 thon campus factus memorabilis opimicæ præ-
 lii cruentissimi. Ex multa quidem insula obia-
 cent Atticae continentis, sed suburbanæ ferme
 sunt. Salamis, Sunium, Cos, Ceos, quæ (ut Var-
 ro testis est) subtilioris vestis amicu-
 la arte la-
 nificæ scientiæ prima in ornatum feminarum
 dedit. Bœotia Thebis enitet. Thebas condidit
 Amphion, non quod lyra saxa duxerit, ne-
 que enim par est, id ita gestum videri, sed
 quod affatus suavitæte homines rupium inco-
 las, Et incultis moribus rudeis, ad obsequij
 civilis pollexerit disciplinam. Urbs ista numi-
 nib

*indus apud fortis gloriatur, et perhibent, qui
 sacris carminibus Herculem; et Liberum cele-
 brant. Apud Thebas Helicon lucus est, Csthe-
 ron saltus, amnis Ismenius, fontes Arethu-
 sa, Oedipodia, Psammate, Dirce, sed arte
 alios Aganippe, et Hippocrene. Quos Cad-
 mus, literarum repertor primus, quoniam e-
 questri exploratione primus deprehendisset,
 dum rimatur, quamnam adisset loca, incensa
 est licentia poetarum, et pariter utrunque itis
 seminaretur, scilicet quod eorum alter alitis
 equi ungula sollicitus foret, alter potius facun-
 dia animas irrigaret, et quod aperta foret a-
 litis equi ungula, et quod poti inspirationem
 facerent literariam. Eubœa insula laterum ob-
 iectus efficit Aulidis portum, seculis traditum
 Græci coniurationis memoria. Bæoti idem sunt,
 qui Leleges fuerunt, per quas defluens Cephis-
 sus amnis se in maria condit. In hac continen-
 tia Opuntius sinus, Larissa oppidum, Delphi-
 ramne quoque in qua Amphiaras sanum, et
 Phidiaca signum Diana, Varro opinatur duo
 in Bæotia esse flumina natura licet separi, mi-
 raculo tamen non discrepante. Quorum alte-
 rum, si ouillum pecus debibat pullum fieri colo-
 ris, quem induerit. Alterius haustu quacun-
 que Vellerum fusca sunt, in candidum verti.
 Addit etiam Videri ibi puteum pestilentem,
 cuius liquor mors est haurientibus. Perdices
 et 4 sanè*

sanè cùm ubique libera sint, Et aves quædam
 in Bæotia non sunt: nec cùm Volant, sui juris
 iuris, sed in ipso aëre, quas transire non
 deant, metas habent. Inde Ultra notatos
 terminos, nuquam exeunt, nec in Atticum so-
 lum transmeant. Hoc Bæotijs proprium. Nam
 quæ communia sunt omnibus, generatim post
 persequemur. Concinnantur à perdicibus nidi
 munitione solerti. Spineis enim fruticibus, ac
 furculis receptus suos vestiunt, Et animalia, qua
 infestant, arceantur à spinis furculorum. Omnis
 stragulum pulvis est, atque clanculo reuertun-
 tur, ne indiscium loci conuersatio frequens fa-
 ciat. Plerunq; femina transfuehant partus, Et
 mares fallant, qui eos impatientius affligunt
 sapissime adulantes. Dimicatur circa conu-
 biu, Victosque credunt feminarum Vice Vene-
 rem sustinere. Ipsas libido sic agit, Et si Ven-
 tus à masculis flauerit, fiant pragnantes odo-
 re. Tunc si quis hominum ubi incubant propin-
 quabit, egressæ matres Venientibus sese spon-
 te offerunt, Et simulata debilitate vel pedum,
 Vel alarum, quasi statim capi possint, gres-
 sus fingunt tardiores. Hoc mendacio sollicitant
 obuios, Et eludunt, quoad prouecti longius à
 nidis auocentur. Nec in pullis studium segnis
 ad cauendum. Cum enim visos se persentiscunt
 resupinati glebulas pedibus attollunt, quarum
 obiectu tam callide proteguntur, Et lateant
 etiam

deprobenfi.

De Theſſalia, & Magnesia, & altiffimis
mōribus, & Philippo Macedonū Re-
ge cui alter oculus ad Methonē eru-
tus est.

CAP. XIII.

Theſſalia eadem eſt Ἑλλάς Hæmonia, quam
Homerus πηλεονήϊον ἄγῃ nominat,
Vbi genitus Hellen, a quo reges Hellenes no-
minati. Huius à tergo Pieria ad Macedoniam
protenditur, qua deſcēſa ſub Macedonum Ge-
nit iugum. Multa ibi oppida, flumina multa.
De oppidis egregia ſunt Phthia, Lariffa, Theſſa-
lia, & Theba. De amnibus, Peneus qui propter
Oſſam, Olympūq, decurrens collibus dextra
laevaq, molliter curuis, nemoroſis conuallibus
Theſſalica facit Tempe, Vndisq, apertior Mace-
doniam, ac Magneſiam interluens, in Thermaū
ſinum cōditur. Theſſalia ſunt Pharſalici campi,
in quibus ciuiliū bellorum detonnerunt pro-
cella. Ac ne in monteis notos eamus, Pindum,
& Othryn agitent, quo Lapitharum originem
proſequuntur. Oſſam, quos Cetataurorum ſa-
bulis immorari iuuat. Pelion autem nuptiale
conuiuium Thetidis, atque Pelei in tantum no-
titia obtulit, Et taceri de eo magis mirum ſit.
Nam Olympum ab Homero non per audaciam
celebratum docent, qua in eo Viſitantur. Pri-
mū excellentis Vertice ſātus aſtollitur, Et ſum-
ma eius celum aſcola vocent. Arx eſt in cacu-

6

5

mine

mine Ioui dicata, cuius altaribus flammæ immolantur, nec diffillantur ventosis, si visceribus nec pluuijs deluuntur, sed volente altari immo, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi capiuntur. Et omnibus tempestatibus à corruptelis aurarum vindicatur, quicquid ibi semel est Deo consecratum. Littera in cinere scripta & q³ ad alteram anni ceremoniam permanent. In regione Magnesia Methone oppidum situm est, quod cum obsideret Philippus Alexandri Macedonis Magni pater damnatus est oculo scilicet sagitta, quam iecerat Afer oppidanus inscriptam suo nomine, loco vulneris, nomine, quem petebat. Populam istam callere artem sagittariam credere possumus. Vel de Philoctete, quoniam Melibæa in hoc pede computatur. Sed ne transeamus praesidium poetarum, fons Libethrus, & ipse Magnesia est.

De Macedonia, & Regum successione,
ac Pæantide lapide. CAP. XV.

QUæ Edoni quondam populi, quæ Mygdonia erat terra, aut Pierum solum, vel Emathium, nunc omne vniuersum vocabulo Macedonia res est: & partitiones, quæ specialiter antea sciungebantur, Macedonum nomini contributa, facta sunt corpus vnum. Igitur Macedonia præcingit Thracinus limes. Meridiana Thessalia Epirota tenens, à Scythrali plaga Dardani sunt, & Illyrij, quæ septentrione tenditur.

*Paronia, ac Pelagonia protegitur. A
 Bithynia, montanis excessibus Aquilone fri-
 gida obiecta. Inter ipsam, & Thraciam, Stry-
 mon amnis facit terminum, qui ab Hami-
 nis irrigatur. Verum Et sileam aut Rhodopen
 Mygdonium montem, aut Atho classibus Per-
 sicis nauigatum, continentique abscissum nil-
 le quingetorum passuum longitudine, simul de
 auri Venis, & argenti, quæ optima in agris
 Macedonum, & plurima eruuntur, Orestiden
 dicam. Populi sunt, qui Et Orestida dice-
 rentur, inde captum. A Mycenis profugus ma-
 triscida, cum abscessus longius destinasset, na-
 tum sibi in Emathia parvulum de Hermione,
 quam in omnes casus sociam adscuerat, hic
 mandauerat occulandum. Adoleuit puer in spi-
 ritu regij sanguinis nomen patris sui referens,
 Occupatoque quicquid esset, quod procedit in
 Macedonicum sinum, & Adriaticum sa-
 lum, terram cui imperitauerat, Orestiden di-
 xit. Admonet Phlegra, ubi antequam oppi-
 dum fieret, rumor est militia mundi dimica-
 tum cum gigantibus, Et penitus persequa-
 mur quantis probationibus ibidem imperij
 indicia diuina expeditionis in hoc seculo per-
 seuerarint. Illic siquando Et accidit, nim-
 bis torrentes excitantur, & anela aqua-
 rum pondera ruptis obicibus Valentius se in
 campos ruunt eluisione, ossa etiam nunc ferunt
 deo*

detegi; quæ sunt ad instar corporis humani
 sed modo grandiore, quæ ob enormem magnitudinem
 monstrosi exercitus iactitant existisse,
 idò, adiuuatur argumento saxorum immensum
 quibus oppugnatum cælum crediderunt.
 Pergam ad residua, quæ in Thessaliam, &
 Aemoniam porriguntur. Sunt enim arrectiora
 quàm & quam proceritas montana attolli valeat.
 Nec est in terris omnibus, quod merito ad
 istas eminentias comparetur, quippe quæ solas
 diluvialis irruptio cùm uniuersa obduceret
 humido sita, inaccessas reliquit. Durant & vestigia
 non languida fidei, quibus apparet hos locos
 superstites undosa tempestate fuisse. Nam in labrosis
 rupium cauaminibus, quæ fluctuum
 confligijs tunc adesa sunt, reducia Conchyliorum
 resederunt, & alia multa, quæ affatim
 mari inclyto expuuntur. Ita & sint licet facie
 mediterranea, appareant tamen specie litoral.
 Nunc de incolis reddam. Aemathius, qui
 primus in Aemathia accepit principatum, sem
 quia indago originis eius auo disperiit, sem
 quia alta res est, genuinus terra habetur. Post
 hunc in Macedonijs exortum Aemathia nomen
 perstitit. Sed Macedo Deucalionis maternus
 nepos, qui solus cùm domus sua familia mortis
 publicæ superfuerat, vertit vocabulum, Macedoniamque
 à se dixit: Macedonem Curanus
 insequitur dux Peloponnesiaca multitudinis,
 qui

juxta responsum datum à Deo, ubi capra-
 rum pecus refedisse aduerterat, urbem condi-
 dit, quam dixit αἰγαν, in qua sepeliri reges
 mos erat, nec alter excellentium virorum tu-
 stis apud Macedonas priscos dabatur locus. Suc-
 cedit Carano Perdica 11. ΕΞ XX. Olympi-
 ade, primus in Macedonia rex nominatus, cui
 Alexander Amynta filius diues habitus est,
 nec immerito. Ita enim affluenter successus e-
 ius ampliandis opibus proficiebant, et ante o-
 mnes Apollini Delphos, Ioui Elidem statuas
 aureas dono miserit. Voluptati aurium indul-
 gentissime deditus, sic et plurimos, qui fidibus
 sciebant, cum vixit, in visum oblectamenti
 donis tenuerit liberalibus, inter quos ΕΞ Pin-
 darum Lyricum. Ab hoc Archelaus regnū ex-
 cepit, prudens rei bellica, navalium etiam
 commentor praliorum. Is Archelaus in tantum
 literarum amator fuit, et Euripidi Tragico
 consiliorum suorum summam crederet. Cuius
 suprema non contentus prosequi sumptu fune-
 ris, crinem tonsus est, ΕΞ mœvorem, quem a-
 nimo conceperat, vultu publicavit. Idem Ar-
 chelaus Pythias, ΕΞ olympicas palmas qua-
 drigis adeptus, Græco potius animo, quàm re-
 gals gloriam illam præ se tulit. Post Archelaum
 Macedonica res dissensione iactata in Amyn-
 tha regno stetit: cui tres liberi: sed Alexander
 patri succedit. Quo exemplo, Perdica primum
 data

data copia amplissima potestatis, qui cum hereditarium regnum fratri Philippo reliquit, quem captum oculo dextro apud Methonen præ diximus: cuiusque debilitatis omen præcefferat. Nam cum nuptias ageret, acciti tibi cines carmen Cyclopeum quasi de colludio concinnuisse traduntur. Hic Philippus Magnum procreat Alexandrum, quamlibet Olympias Alexandri mater nobiliorem ex patrem acquirere affectauerit, cum se coitu draconis confectam affirmaret. Itz tamen ipse egit, ut Deo genitus crederetur. Peragrat orbem, rectoribus Aristotele, & Calisthene usus. Subegit Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum: Taxum, Caucasumque transgressus est. Baetras domuit. Medis, & Persis imperavit. cepit Indiam, emensus ad omnia quæ Liber, & Hercules accesserant. Forma supra hominem angustiore, cernice celsu, latis oculis, & illustribus, malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis lineamentis non sine maiestate quadam decorus. Victor omnium; Vincto & ira victus. Morbo violentiæ apud Babylonem humiliore, quam vixerat, fortuna exemptus. Post quem qui fuerunt, magis ad segetem Romana gloria, quam ad hereditatem tanti nominis ortos inuenimus. Macedonia lapidem gignit, quem Paætidem vocant. Hunc eundem &

impientibus. Et parientibus opitulari fama
 prodiga est. Circa Tyresia sepulchra plurimum
 numerantur.

Thracum mores, & instituta, & provin-
 ciae situs ac natura. CAP. XVI.

Nunc in Thraciam locus est pergere, Et ad
 validissimas Europa gentes vela abner-
 tere. Quas qui sedulo experiri velit, non diffi-
 culter deprehendet, Thracibus barbaris inesse
 contemptum vita: Et ex quadam naturalis
 sapientia disciplina concordant omnes ad inte-
 ritum voluntarium, dum nonnulli eorum pu-
 tant obeuntium animas reuerti, alij non ex-
 tingui, sed beatas magis fieri. Apud pluri-
 mos luciuosa sunt puerperia. Denique recen-
 tem natum fletu parens excipit. Contruersum
 lata sunt funera, adeo ut exemptos gaudio pro-
 sequantur. Vxoribus numero se viros iactitant,
 Et honoris loco ducunt multiplex coniugium.
 Quae femina tenaces sunt pudicitia, defuncto-
 rum insiliunt coniugum rogos, Et quod maxi-
 mum insigne ducunt castitatis, praecipites in fla-
 mas eunt. Nuptura non parentum arbitrato tra-
 sseunt ad maritos, sed quae praeter ceteris specie va-
 lent, subhastati volunt. Et licentia taxatio-
 nis admissa, non meribus nubunt, sed premijs.
 Quas forma praemii dedecus dotibus emunt,
 quibus coniungantur. Vterque sexus epulan-
 tes, feras ambulant, herbarum, quas habent, se-
 mine

mine ignibus superiecto. Cuius nidare periculis
 pro letitia habent imitari ebrietatem sensibus
 sauciatis. De ritu ista sunt. De locis. Et popu-
 lis quae sequuntur. Strymonem accolunt dextro
 latere Densalata. Bessorum quoque multa no-
 mina adusque Nestum amne, qui radices Pæ-
 gæi circumfluit. Hebrum Odrysarum solum fun-
 dit, qui fluuius excurrit inter Briantæ, Dolan-
 cas, Thunos, Corpillos, aliósque barbaros tangit
 Et Cyconas. Deinde Aemus sex millibus pas-
 suum arduus, cuius auersa Mæsi, Geta, Sarma-
 ta, Scythæ, Et plurima insidunt nationes. Pon-
 ticum littus Sithonia gens obtinet, quæ nato ibi
 Orpheo Gæte decus addidit nomini. Quem siue
 sacrorum, siue cantuum secretæ in Sperchio pro-
 montorio agistasse tradunt. Deinde stagnum Bi-
 stonium, nec longè regio Maronea, in qua Tyri-
 da oppidum fuit, equorum Diomedis stabulum.
 Sed cecidit ano, solumque turris vestigium ad-
 huc durat. Inde non procul Urbs Abdera, quam
 Diomedis soror Et condidit, Et à se sic voca-
 uit. Mox Democriti domus physici: ac si verum
 rimere, ideo nobilior. Hanc Abderam Olym-
 piade prima Et trigesima senio colapsam Cla-
 zomenij ex Asia ad maiorem faciem restitu-
 tam, oblitteratis quæ præcesserant, nomini sua
 vindicarunt. Locum Doriscan illustrem reddi-
 dit Xerxis aduentus, quod ibi recoluit militis
 sui numerum. Polydori tumultum ostendit Ae-
 mus.

mus, in parte quam Aroteres Scythæ celebrās.
Quondam urbem Geraniam, Catruzan barbari
vocant. Unde à gruibus Pygmaos ferunt
pulsos. Manifestum sanè est in Septentrionalem
plagam hyeme grues frequentissimas conuolare.
Nec piguerit meminisse, quatenus expeditiones
suas dirigant. Sub quodam militia eunt signo,
Et ne pergentibus ad destinata vis fluituum
renitatur, arenas deuorant, sublati q̃, lapillu-
lis ad moderatam gravitatem saburrantur.
Tunc se tollunt in altissima, Et de excelsiore spe-
cula metentur, quas petant terras. Fidēs mea
tu preit cateruas, Volatus desidiā castigat
Voce, quæ cogit agmen. Ea ubi obraucata est,
succedit alia, Pontum transitura, angustias ca-
ptant. Et quidem eas promptum est oculis de-
prehendere, quæ inter Tauricam sunt Et Pa-
phlagoniam, id est, inter Caramben Et ὑπὲρ
ὑέτωνον. Cùm trans medium alueum aduen-
tasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes libe-
rant. Itæ nauta prodiderunt, compluti sape ex
illo casu imbre saxatili. Arenas non prius euo-
munt, quàm secunda sedis sua fuerint. Concors
cura omnium pro fatigatis, adeo Et si qua de-
fecerint, congruant vniuersa, lassasq̃ sustol-
lant, Etq̃, dum vires otio recuperentur. Nec in
terra cura segnior. Excubias nocte diuidunt, Et
exsomnis sit decima quæq̃. Vigiles ponduscula
digitis amplectuntur, quæ si fortè exciderint,
x
somm

somnum coarguant. Quod cauendum erit, illi
 gore indicant. Aetatem in illis praedit color in-
 grescunt enim senectute. Veniamus ad pro-
 montorium Chrysoceras Byzantio oppido nobi-
 le, antea Lygos dictum, quod à Dyrrhachio
 abest septingentis undecim millibus passuum.
 Tantum enim patet inter Adriaticum mare,
 & Propontidem. In Canica quoque regione non
 longe à Flautopoli colonia, Byzia eppidi, quon-
 dam arx Terrei regis, nunc inuisum & inac-
 cessum hirudinibus, & deinceps alitibus alijs,
 quicquam & Thebas, quod illi mania sepius
 capta sint, aspernentur subire. Nam inter cetera
 habere illas quiddam praesciam, inde noscitur,
 quod lapsura non petunt culmina, & asper-
 nantur peritura quoquo modo tecta. Minime
 certè à diris anibus impetantur, nec unquam
 prada sunt, Et sacra cibos nunquam sumunt
 residentes; sed in aëre capiunt escas, & huc
 riuunt. Alter Isthmos in Thracia est similibus
 angustijs, & pari latitudine arcti maris, cu-
 ius littora dua Urbes Strina; secum ostendant.
 Propontidis oram insignit Paphos, Melanem-
 sinum Cardia, qua quod in orbis facie sita
 sit, dicta Cardia est. Omnes autem magnus
 Hellepontus stringitur in stadia septem, quibus
 ab Europa Asiaticam plagam indicat.
 Hic quoque Urbes dua. Abydos Asia est, & Se-
 stos Europa. Deinde contraria inter se promon-
 toria

Maſtuſia Cherroneſi, ubi finitur Europa ſinus tertius: Sigeum Aſia, in quo tumulus eſt Cynoffema dictus, Hecuba ſepulchrum, & turris Proteſilai delubro data: Finibus Thraciæ à Septentrione Iſter obtenditur, ab Oriente Pontus, ac Propontis. A meridie Aegæum mare.

Infulæ, Claros, cuius facies Aegæo mari nomen dedit, Cythera, Creta, in qua multa referuntur, quæ tum ad animalium omnium genera, tum ad plantas pertineant, Caryſtos, cum aquis Hellopiis mirè ſalubribus, Cyclades, Sporades, Athomontis umbra.

CAP. XVII.

Inter Tenedum & Chium eſt Claros inſula, quæ Aegæus ſinus panditur: ab dextra Antandrum nauigantibus ſaxum eſt. Hoc enim ſerius, quam inſula meruit cognominari, id quoniam viſentibus procul capra ſimile creditur, quam Græci αἶγας nūcupant, Aegæus ab eo ſinus dictus eſt. A Phaluſtro Corcyra promontorio ad nauis effigiem ſcopulus eminet, in quem transfiguratâ Vlyſſis nauē crediderunt. Cythera, quæ à Malca abeſt quinq; millibus paſſuum, Porphyris antea nomen fuit. Promiſus eſt Cretam dicere, quàm abſolvere in quo mari

x 2 iacet

iaceat. Ita enim circumfluis illius nominibus Graeci permiscuerunt. Et dum alijs alia inferunt, pene obduxerint vniuersa. Quanta possumus tamen fide in designanda opera locabimur, ne quid habeat sub ancipiti. Inter Ortum porrigitur & Occasum tractu longissimo, hinc Graecia, inde Cyrenis obiacentibus. A Septentrione Argais, & suis id est, Creticis aestibus verberatur. Ab austro Libycis undis perfunditur, & Aegyptijs, constipata centum Urbibus, sicut perhibet qui prodigè lingua largiti sunt, sed magnis & ambitiosis oppidis: Quorum principatus est penes Gortinam, Sydonam, Gnoson, Therapnen, Scylletion. Desiades eam à Crete Nymphea Hesperidos filia, Anaximander à Crete rege Curetum, Crates Aeriam prius dictam, mox Curetim, nonnullis etiam à temperie caeli *μακροβύνοον* appellatam prodiderunt. Prima mari potuit nauibus, & sagittis. Prima literis iura iunxit. Pyrrhicem docuit, Pyrrho repertore, Equestres turmas prima docuit lasciuas Vertigines implicare. Ex qua disciplina bellica rei usus datus est. Studium musicum inde captum, cum Idas Dactyli modulos crepitu ac tinnitu aris deprehenso in Versificum ordinem transfulissent. Albet iugis montium Dictinnas, & Cadaschi, quos ita excandescunt, Et eminentes nauigantes magis putent nubila. Prater ceteros Ida est, quae ante

*solis ortum solem videt. Varro in libro quem de littoralibus fecit, etiam suis temporibus affirmat sepulchrum Iouis ibi visitatum. Cretes Dianam religiosissimè veneratur, ἑπι-
 θιμαπτὺν gēlister nominantes, quod sermone nostro sonat, Virginem dulcem. Aedem numinis praterquam nudus vestigia nullus licitè ingreditur. Ea ades ostentat manus Dadali. Gortynam amnis Lethæus praterfluit, quò Europam Tauri dorso Gortyni ferunt veditatam. Isdem Gortyni & Cadmum colunt Europa fratrem. Ita enim memorant. Videtur hic, & occurrit, sed die iam vesperato angustiore se facie visendum offerens. Gnosij Minervam cinem Deam numerant primūq; apud se fruges satas affirmant, audacter cum Atticis contendentes. Ager Creticus sylvestrium caprarū copiosus est, ceruo eget. Lupos, vulpes, aliāq; quadrupedum noxia nusquam educat. serpens nulla, larga vstis, mira soli indulgentia, arborū proventus abundantes. Nam in huius tantum insula parte repullulant casa Cupressi. Herba ibi est qua ἀνιμῶν dicitur. Ea ad morsam diurnam famem prohibet. Proinde & hac Cretica est. Phalangium araneis genus est: si nsum queras, nulla vis corporis: si potestatem, ictum hominem veneno interficit. Lapis quoque Idæus Dactylus dicitur insula istius albumus, coloris ferrei, humano pollicis similis.*

α 3. Anem

*Auem noctuam Creta non habet : & finius
 hatur, emoritur. Caristos aquas caletres habet,
 quas emoritas vocant. & Caristias aues, quæ
 flammæ impunè inuolat. Carbasa etiam, quæ
 inter igneis valent. Calcis eadem habitæ est
 apud priscos, & Callidemus author est, ære ibi
 primum reperto. Titanas in ea antiquissimè
 regnasse ostendunt ritus religionum. Briaræo
 enim rem diuinam Carystij faciunt, sicut Ae
 gaoni Chalcidenses. Nam omnis ferme Eubæa
 Titanum fuit regnū: Cycladas autem inde
 dictas, quia licet spatijs longioribus à Delo pro
 iectæ, in orbem tamen circa Delum sitæ sunt,
 & orbem vndeque Graij ferunt, Ios Homeri tu
 mulo ceteris antecedit. Meminisse hoc locopar
 est, post primum diluuium Ogygij temporibus
 notatum, cum nouè & amplius mensibus diem
 continua nox inumbrasset, Delon ante omneis
 terras radijs solis illuminatam, sortitamque ex
 eo nomen, quod prima reddita foret visibus.
 Inter Ogygium sanè & Deucalionem me
 dium auium DC annis datur. Eadem & Or
 tygia, quæ clarissima est, in Cycladum numero
 multisfarie traditur. Nunc Asteria à cultura
 Apollinis, nunc à Venatibus Lagia, vel Cyne
 thus. Pyrpole etiam, quoniam & ignitabula
 ibi, & ignis inuenta sunt. In hac primum Si
 faocturnices aues, quas ορνυγας Graeci vocant.
 Has easdem in Latona tutela existimant con
 sitis*

*flatus nec semper apparent. adueniēdi habēt
 tempora astate depulsa. Cum maria tranant,
 impetus differunt, & metu spatij longioris vi
 reis suas nutriunt tarditate. Vbi terram per-
 sentiscunt, cōeunt cæteruatim, deinde globata
 vehementius properant, quæ festinatio plerum
 quæ exitū portat nauigantibus. Accidit enim
 plerumquæ noctibus, ut Vela incidant, & præ-
 ponderatis sinibus alneos inuertant. Austro
 nunquā exeunt, nam metuent vim flatu
 tumidioris. Plurimum se Aquilonibus credūt,
 ut corpora pinguiscula, atque eò tarda, faci-
 lius prouehat siccior & vehementior spiritus.
 Οἰτυραντῶα dicitur, quæ gregem dūctitat, ean-
 dem terræ præximantem accipiter speculatus
 rapit. Ac propterea opera est vniuersis, ut so-
 licitent ducem generis externi, per quem fru-
 strentur prima discrimina. Cibos gratissimos
 habent semina Venenorum: quam ob causam
 eas damnauere prudentium mensa. Solum
 hoc animal, præter hominem, morbum pa-
 tatur comitiale. Eubæa tam modico artu
 diuisa est à Ræotia continenti, ut dubitan-
 dum sit, an numerari inter insulas debeat.
 Nam Istère, quem vocant Euripum, terræ pon-
 te iungitur, & per fabricam breuissima ma-
 china aditur pede. Cæneo promontorio vadit
 in Septentrionem, duobus alijs in Meridiem
 extenditur: quorum Cerasos spectat At-*

ticam, Caphareus prominet in Helleffortibus.
 Vbi post Ilij excidium Argiuam classem. Quis
 Minerva ira, vel quod certior prodit memoria
 Syclus Arcturi grauius affecit casibus. Mares
 more Paros nobilis, à Delo oppido frequentissi-
 ma, prius tamen Minoia quàm Paros dicta.
 Nam subacta à Minoc, quoad in Creticis man-
 sit legibus, Minoiam loquebantur. Præter mar-
 mora dat & Sardam lapidem, qui marmore
 quidem præstat, intergemmas verò vilissimus
 ducitur. Naxon à Delo duodeniginti millia pas-
 suum separant, in qua Strongyle oppidum. Sed
 Naxos Dionysia prius quàm Naxos dicta, vel
 quia hospita Libero patri. Vel quod fertilitate
 vitium vincat ceteras. Sunt prætereà Cyclo-
 des plurima, sed in suprà dictis præcipuum est
 quod memoria debeatur. De Sporadibus est &
 Icaros, qua Icario mari nomen dedit. Hac in-
 ter Samum & Myconum procurrentibus sa-
 xis inhospita, ac nullis sinibus portuosa, ob in-
 humana littora infamis est. Vult ergo Varro
 Icarum Creten ibi naufragio interfuisse, & de
 exitu hominis impositum nomen loco. Nam in
 Samo nihil nobilius quàm Pythagoras ciuis,
 qui mox offensus fastu tyrannico, relicta domo
 patria, Bruto consule, qui reges Urbe exegit, Ita-
 liam aduectus est. Melos, quàm Callimachus
 μέλας αἶδα dixit, omnium insularum rotundis-
 sima est, iuxta Aeoliam. Nam Carpathus ipsa
 est,

est, qua Carpathium sinum dicimus. Nunquam ita cælum nubilum est. Et in sole Rhodus non fit. Lemnij Vulcanum colunt, ideo in Lemno metropolis Hephestia. Præterea oppidum Myrina, in cuius fori mons Athos à Macedonia Umbram iacit. Quod non frustra inter miracula notauerunt, cum Athos à Lemno sex & octoginta millibus passuum separaretur. Est sanè Athos sublimis adeo, ut altior aestimetur quam Unde imbres cadunt. Quæ opinio eò fidem concepit quod in arvis quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur, nec quicquam ex aggeribus suis perdunt, sed quo relictis fuerint cumulo permanent. In summo oppidum Acrothion fuit, in quo dimidio longior, quam in alijs terris incolentium ætas prorogabatur. Ideo inde homines μακροβίους Græci, nostri appellauere longæuos.

Ex quarto Europæ sinu, Hellepontus, Propontis, Bosporus Thracius, & mira de Delphinis. CAP. XVII.

Quartus Europa sinus Helleponto incipit, Maotidis ostio terminatur. Atque omnis hac latitudo, qua Europam, Asiamque diuidit, in septem stadiorum angustias stringitur. Hic est Hellepontus, hac Xerxes ponte nauibus facto permeauit. Tenuis deinde Euripus porrigitur ad Asia Urbem Priapum, quam Magnus Alexander potius amoris amore transcendit, et

x s potis

patitus est. Inde diffusus aquore patente
 morisus stringitur in Propentidem, mox
 quingentos passus coartatur, fitque Bospho-
 rus Thracius, quâ Darius copias transporta-
 vit. Hæc profunda Delphinis plurimos habet,
 in quibus causa miraculi multiformes. Ante
 omnia nihil velocius habent maria, sic et ple-
 runque salientes transuolent vela nauium.
 Quoquæ eant, coniung's euagantur. Catulos e-
 dunt. Decimus mensis maturum facit par-
 tum. Lucinam æstiuus dies soluit. Vberibus
 factus, alunt. Teneros in faucibus receptant.
 Inualidos aliquantisper prosequuntur. In tri-
 cesimum annum viuunt, quod exploratum est
 in experimentum caudis amputatis. Ora non
 quo cætera belluæ loco habent, sed ferme in
 ventribus. Contra naturam aquatilium soli
 linguas mouent. Aculeata sunt spina dorsua-
 les: cum ira subiacet, inhorrescunt: cum ani-
 mi conquiescunt, quibusdam receptaculis ope-
 riuntur. Spirare eos in aquis negant, & Vi-
 tales auras non nisi in aere supero recipere.
 Pro voce gemitus est, similis humano. Certum
 habent vocabulum, quo-accepto Vocantes se-
 quuntur. Nam propriè Simones nominantur.
 Voces hominum Aquilonis flatu celeriter hau-
 riunt. Contra Austrospirante auditus obstruin-
 tur. Mulcentur musica, gaudent cantibus
 tibiærum: Vbicunque Symphonia est, gregibus
 adueniunt

adueniunt. D. Augusto principe, in Campania Delphinem puer fragmentis panis primo illexit, & in tantum consuetudo valuit, ut alendum se etiam manibus ipsius crederet. Mox cum prolusisset puerilis audacia, intra spatia eum Lucrini lacus euectavit. Vnde effectum ut à Baiano littore equitantes puerum Puteolos &que perueheret: hoc per annos plurimos tandem gestum est, donec assiduo spectaculo desineret miraculum esse, quod gerebatur. Sed ubi obiit puer, sub oculis publicis desiderij maiore Delphin interijt. Pigeret hoc asseuerare, ni Mecænatis, & Fabiani, multorumque præterea esset literis comprehensum. In Africano mox littore apud Hipponem Diarrhyton Delphin ab Hipponensibus pastus tractandum se praeiuit, impositos quoque frequenter gestavit. Nec populi tantum manibus acta res est. Nam & proconsul Africa Flavianus ipse eum contigit, & inguentis etiam delibuit: qui odoris notitate obsepitus, aliquanti per pro examini iactatus est, multisque mensibus descivit à solita conuersatione. Apud Assum Urbem Babylonia puerum Delphinus adamauit: quem dum post assueta colludia recedentem impatientius sequitur, arenis inuectus haesit. Alexander Magnus amorem illum numinis fuisse interpretatus, praefecit puerum Neptuni sacerdotio iuxta eandem urbem, ut Egesidemus author est. Alium
pue

puerum Hermiam nomine per maria sinistram
 insidentem cum vndosior fluctus necasset, Del-
 phin ad terram reuexit, & Velut fateretur re-
 tum, pœnitentiam suam morte multasset, nec
 reuerti voluit amplius in profunda. Suppetunt
 & alia exempla; Ut Arionem transeamus, cu-
 ius exitum Annalium fides comprobauit. Ad
 hac si quando lasciuunt noui fœtus, à maiori-
 bus datur adultior gregi custos, quo magistro
 eludere impetus incurfantium belluarum ad-
 discant: quanquàm ibi præter Phocas rara bel-
 lua est. Plurimus Thynnus in Ponto, nec alibi
 penè fœtificant. Nusquàm enim citius adole-
 scunt, scilicet ob aquas dulciores. Illabuntur Ve-
 ris tempore. intrant dextro littore, lauo exeunt.
 hoc inde accidere credunt, quòd dextris oculis
 acutius cernunt, quàm sinistris.

De Istro, Hypani, & Borysthene fluuiis, &
 Scythiæ parte. & de memorandis ferè
 omnibus, quæ in his nascuntur
 locis. CAP. XIX.

Ister Germanicis iugis oritur, effusus mon-
 te, qui in Rauracos Gallia spectat, sexagin-
 ta amneis in se recipit, omnes ferme naviga-
 biles. Septem ostijs Pontum influit: quorum pri-
 mum Peuce, secundum Narcystoma, tertium
 Calostoma, quartum Pseudostoma, Nam Bo-
 reostoma, ac deinde Stenostoma languidiora
 sunt

gasteris. Septimum verò pigrum, ac palu-
bris specie, non habet, quod amni comparetur.
Priora quatuor adeò magna sunt, & per longi-
tudine quadraginta millium passuum non mi-
sceantur aquori, dulcemque haustum incorru-
pto detineant sapore. Per uniuersum Pontum
Fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt Ca-
storem, Lutra similis est, animal morsu poten-
tissimum, adeò & cum hominem inuadit, con-
uentum dentium non prius laxet quàm concre-
uisse persenserit ossa fracta. Testiculi eius ap-
petuntur in usum medelarum: idcirco cum Gr-
geri se intelligit, ne captus prosit, ipse geminos
suos deuorat. Mittit Pontus & gemmas, quas
à patria Ponticas dicimus, genere diuerso.
Aliæ aureas, aliæ sanguineas habent stellas,
& hæc quidem inter sacras habentur. Nanque
ostentationi potius, quàm usus deleguntur.
Non guttus aspersæ sunt, sed longis colorum du-
ctibus liniuntur.

De Hypani, & Borysthene.

C A P. X X.

Amnis Hypanis oritur inter Auchetas,
 Scythicorum amnium princeps, purus,
 & haustu saluberrimus, &que dum Callipo-
 dum terminis inferatur, &bi fons Exampenus
 infamis est amara scaturigine: qui Exampenus
 liquido admixtus fluori, amnem vitio suo &er-
 tit, adeò & dissimilis sui in maria condatur.

Ita

Ita inter gentium opiniones fama de *Hyperborea* discordat. qui in principiis eum norunt prædicant : qui in fine experti sunt, non iniuria excreantur. Apud *Neuros* nascitur *Borysthènes* flumen, in quo pisces egregij saporis, & quibus ossa nulla sunt, nec aliud quam cartilaginee tenerrima. Verum *Neuri*, & accepimus, æstatis temporibus in lupos transfigurantur: deinde exacto statio, quod huic sortis attributum est, in pristinam faciem reuertuntur. *Populus* istis *Deus Mars* est: pro simulacris enseis colunt. *Homines* victimas habent, esibus adolent ignes focorum. *Geloni* ad hos proximant. De hostium cutibus & sibi indumenta faciunt, & equis suis tegmina. *Gelonis* *Agathyrsi* collumitantur, caruleo picti colore, fucatis in carulum crinibus. nec hoc sine differentia nam quanto quis altero præstat, tanto propensiore nota tingitur. Et sit indicium humilitatis minus pingi. Post *Anthropophagi*, quibus execrandi cibi sunt humana viscera. quem morem impia gentis, adiacentium terrarum prodit tristissima solitudo, quas ob nefarium ritum finitima nationes metu profuga reliquerunt: & ea causa est, & esque ad mare, quod *Tatin* vocant, per longitudinem eius ora, qua æstivo orienti obiacet, sine homine terra sit, & immensa deserta quoad perveniatur ad *Seras*. *Chalybes*, & *Eaca* in parte *Asiatica Scythia* crudelitate

memorantissimis nihil discrepant. At Albanorum ora gentes, qui posteros se Iasonis credunt, albo crine nascuntur, canitiem habent aspectum capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Glauca oculis inest pupilla: ideo nocte plus, quam die cernunt. Apud hos populos nati canes feris omnibus anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt, detinent quicquid obiectum est. Quibus ex causis meruerunt etiam Annalibus tradi. Legimus petenti Indiam Alexandro à rege Albana dono duos missos: quorum alter sues sibi & Ursos oblatos & squae ad eum struxit, & offensus degeneri praeda, ignavo similis diu accubaret: quem per ignorantiam velut inertem Alexander extingui imperavit. Alter vero monitu eorum, qui donum prosecuti erant, leonem missum necavit. Mox & viso Elephanto notabiliter exultans belluam primum astu fatigavit, deinde cum summo spectantium horrore terra affixit. Hoc genus canum crescit ad firmam amplissimam, terrificis latratibus ultra leones rugitibus infornans. Hac sunt de canibus Albanis; reliqua communia universis. Dominos aequaliter canes omnes diligunt, sicut exemplis palam factum est. In Epeiro denique domini percussorem in caetu agnitum latratu canis protulit: Iasonem Epeiro interfecit, canis ipsius asperitas.

tus cibum inedia obiit. *Lysimachi* regis ~~caput~~
 flammis se iniecit, accenso domini rogo, & pa-
 riter igni absumptus est. *Garamantum* regem
 ducenti canes ab exilio reduxerunt preliati ad-
 versus resistentes. *Colophonij*, & *Castabalenses*
 canibus in bella productis primas acies instrue-
 bant. *Appio Iunio*, & *P. Silio* c o s s. damna-
 tum dominum canis, cum abigi non posset, co-
 mitatus in carcerem, mox percussus, ululatus
 persecutus est. Cumque ex miseratione populi
Romani potestas ei cibi fieret, ad os defuncta
 escam tulit. Vltimò abiectum in *Tyberim* cada-
 ver adnatans sustentare conatus est. Canes so-
 li nomina sua recognoscunt, itinerum memne-
 runt. Indi coetus tempore in saltibus canes fe-
 minas religant, & cum his tigrides coeant,
 quarum ex primis conceptibus ob nimiam fe-
 ritatem inutiles partus iudicant, itidem se-
 cundos: tertios educunt. *Aegyptij* canes è *Ni-
 lo* nunquam nisi currentes lambitant, dum à
crocodilis insidias cauent. Inter *Anthropopha-
 gos* in *Asiatica* parte numerantur *Essedones*,
 qui & ipsi nefandis funestantur inter se cibis.
Essedonum mos est parentum funera cantibus
 prosequi, & proximorum corrogatis catibus
 cadauera ipsa dentibus laniare, pecudumque
 carnibus mista dapes facere. Caput etiam
 ossa auro incincta in poculorum tradere mini-
 sterium. *Scythotauri* pro hostijs cadunt adve-
 nat.

nomades pabula sequuntur. Georgi in Europa siti agros exercent. Axiaca perinde in Europa siti, neque mirantur aliena, neque sua diligunt. Satarcha usu auri argentique damnato, in aeternum se à publica avaritia abdicaverunt. Scytharum interiorum habitantium asperior ritus est. Specus incolunt, pocula non ut Essedones, sed de inimicorum capitibus moluntur: amant praelia: interemptorum cruorem exvulneribus ipsis bibunt: numero cadum honor crescit, quarum expertem esse apud eos probum est: haustu mutus sanguis fœdus sancit, non suo tantum more, sed Medorum quoque usurpata disciplina. Bello denique quod gestam est Olympiade nona & quadragesima, anno post Ilium captum sexcentesimo-quarto, inter Aliathem Lydum, & Astyagem Media regem, hoc pacto firmata sunt irrapacis. Colchorum urbem Dioscoriadem Amphitus, & Telchius auriga Castoris, & Pollucis considerant, à quibus Heniochorum gens exorta est. Ultra Sauromatas in Asia sitos, qui Mithridati latebram, & qui originem Medis dederunt, confines sunt Thalyhis nationibus, quas ab Oriente contingunt Caspij maris fauces. quæ fauces mirum in modum vacuantur imbris, crescunt aestibus. Heniochorum montes Araxem, Moschorum Phasidem fundunt. Sed Araxes brevibus intervallis ab Eu-

y

phratis

phratis ortu caput tollit, ac deinde in Cassium fertur mare. Arimasspi circa Gesglithron positi Enocula gens est. Ultra hos & Rhiphanm iugum regio est assiduè obfessa nimbibus, ὠτε-
 ποπόποι discunt. Quippe casus continuarum ruinarum quiddam ibi exprimit simile pen-
 narum. Damnata pars mundi, & à rerum natura in nubem aeterna caliginismersa, ipsis-
 q₃ prorsus Aquilonis conceptaculis rigentissi-
 ma. Sola terrarum non novit vices tempo-
 rum, nec de cælo aliud accipit, quàm hye-
 mem sempiternam. In Asiatica Scythia ter-
 ra sunt locupletes, inhabitabiles tamen. Nam
 cum auro, & gemmis affluant, gryphes tenent
 uniuersa, alites ferocissima, & ultra omnem
 rabiem saeuientes: quarum immanitate obsi-
 stente aduenis accessus difficilis, ac rarus est.
 Quippe visos discerpunt, velut geniti ad ple-
 tēdam auaritia temeritatem. Arimasspi cum
 his dimicant, ut intercipient lapides, quorum
 non aspernabimur persequi qualitates. Sma-
 ragdis hic locus patria est, quibus tertiam in-
 ter lapides dignitatem Theophrastus dedit.
 Nam licet sint & Aegyptij, & Chalcedo-
 nij, & Medici; & Laconici, precipuus ta-
 men honor est Scythicis. Nihil his incundius,
 nihil stilius vident oculi. In primis Sirent & l-
 tra irrigua gramina, ultra amnicas herbas:
 deinde

Unde obtutus fatigatos coloris reficiunt lenitate. Nam visus quos alterius gemma fulgor retulerit, Smaragdus recreant, & exacuunt. Nec aliam ob causam placuit Et non scalperentur: ne offensum decus, imaginum lacunis corrumpere: quanquam qui verus est, difficulter vulnereetur. Probantur hoc pacto, si aspectus transmittant, si cum globosi sunt, proxima sibi inficiant aëre repercusso; aut cum concavi sunt, inspectantium facies amulentur, si neque Umbra, neque lucernis, neque sole mutantur. Optimos tamen sortiuntur situs, quibus planicies resupina est, & extenta. Inveniuntur Etesijs flantibus. Tunc enim detecto solo facilime internitent. Nam Etesia plurimam arenas mouent. Alij minus nobiles in commissuris saxorum, vel in metallicis ararijs apparent, quos Chalcosmaragdos nuncupant. Vitiosi eorum intrinsecus quasdam sordes habent vel plumbo, vel capillamentis, vel etiam salis similes. Lauantur austero mero, sed Viridi proficiunt oleo, quamuis natura imbuantur. Et Cyanus lapis e Scythia est optimus, si carne leo coruscabit, cuius gnari in marem & feminum genus diuidunt. Feminis nitor purpureus est. Mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratis pulvisculus variat. Illic & Crystallus, quam licet pars maior Europa, & par-

ticula Asia subministrant, pretiosissimum vinum Scythia edit. Multum ad pocula destinatur. nam fert calorem præcipue, quamlibet nihil aliud quàm frigidum pati possit. Sexangulus inuenitur. Qui eligunt, purissimum capiant, ne quid rufum, neue nubilum vel spumis obsitum arceat perspicuitatem. Tunc ne duritia iusto propensior obnoxium fragilitati magis faciat, putant glaciem coire, & in crystallum corporari: sed frustra. Nam si ita foret, nec Alabanda Asia, nec Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatisissimus calor est. Livia Augusti ad magnitudinem centum quinquaginta librarum inter Capitolina donaria Crystallum dedicauit.

De Hyperboreis, & Rhiphæis, Cimæriis, & Hyrcanis, & Tigribus, Leonibus, & Pantheris.

CAP. XXI.

Fabula erat de Hyperboreis, & rumor irritus, si qua illinc ad nos &que fluxerunt, tamere forent credita. Sed cum probissimi auctores, & satis idonei sententias pares faciant, nullus falsum reformidet. De Hyperboreis itaque loquemur. Incolunt penè Pterophoron, quæ ultra Aquilonem accepimus iacere. Gens beatissima, eam Asia quidam magis, quàm Europa dederunt. Alij statuunt mediam inter
 Vtrum

Utriusque solem, Antipodum Occidentem, & nostrorum renascentem quod aspernatur ratio, tam vasto mari duos orbes interfluente. Sunt igitur in Europa, apud quos mundi cardines esse credunt, & extremos siderum ambitus, semestrem lucem, aversum tantum una die solem: quamquam existant, qui putant non quotidie ibi solem, & nobis, sed vernali æquinoctio exoriri, autumnali occidere: ita sex mensibus infinitum diem, sex alijs continuam esse noctem. De cælo magnam clementiam aura spirant salubriter, nihil noxi flatus habent. Domus sunt nemora, vel luci in diem victum arbores subministrant. Discordiam nesciunt. Agritudine non inquietantur. Ad innocentiam omnibus aequale votum. Mortem arcessunt, & voluntario interitu castigant obeundi tarditatem. Quos satias tenet Vita, epulati, delibutique, de rupe nota præcipitem casum in mare profundum destinant. hoc sepultura genus optimum arbitrantur. Aiunt etiam solitos per Virgines probatissimas primitias frugum Apollini Delio misistare. Verum hæc quoniam perfidia hostium non illibate reuenissent, deuotionis quam peregre prosequabantur pontificium mox intra fines suos receperunt. Altera in Asia gens est ad initium Orientis assita, & ibi deficiunt Rhiphaorum montium iuga, Hyperboreis similes, quos dicunt Rhiphaos. Et

Et ipsi arborum frondibus gaudent. *Bastardi* edunt. Iuxta viros ac fœminas tædet criminum. Itaque uterque sexus comas tondet. Amant quietem, non amant ladere. Sacri habentur, attrectarique eos, etiam à ferocissimis nationibus nefas ducitur. Quicumque periculum à suis metuit, si ad Rhiphæos transfugerit, tutus est, velut asylo tegatur. Vitra hos Cimmerij, & gens Amazonum porrecta ad Caspium mare, quod dilapsam per Asiatica plaga terga, Scythicum irrumpit Oceanum. Sed magnis deinde statijs intercedentibus ostia Oxi fluminis Hyrcani habent, gens sylvis aspera, copiosa immanibus feris, fœtæque tigribus. Quod bestiarum genus insignes maculis nota, & pernicitas memorabile redaserunt. Fuluo nitent. Hoc fuluum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprimè docet. Pedum motum nescio velocitas an peruicacia magis adiunet. Nihil tam longum est, quod non brevi penetrent: nihil adeò antecedit, quod non ilico assequantur. At maximè potentia earum probatur cum maternis curis incitantur, cum catulorum insistant raptoribus. Succedant sibi equites licet, & astu quantolibet amoliri pradam velint, nisi in prasidio maria fuerint, frustra est ausum omne. Notantur frequentissimè, si quando latrones suis asportatis catulis renascentes vident, in littore irri-

varabie se dare precipites, Velut propriam tarditatem Voluntariis castigantes rusna: quam de factu Vniuerso Vix Vnus queat subtrahi. Panthera quoque numerosa sunt in Hyrcania, minutis orbiculis superpicta, ita ut oculatis ex fuluo circulis Vel carulea, Vel alba distinguatur tergi supellex. Tradunt odore earum et contemplatione armenta mirè affici, atque Vbi eas persentiscant, properatò conuenire, nec terreri nisi sola oris toruitate. Quam ob causam Panthera absconditis capitibus, qua corporis reliqua sunt, spectanda præbent, ut pecuarios greges stupidos in obtutu populentur securâ Vastatione. Sed Hyrcani, ut hominibus intentatum nihil est, frequētius eas Veneno, quàm ferro necant. Aconito carnes illinunt, atque ita per cœpita stragunt semitarum: Quæ Vbi esæ sunt, fauces earum angina obsidentur. Ideo gramē παρδοκίαιχες appellauerunt. Sed Panthera aduersus hoc Virus excrementa humana denorant, & suo pte ingenio pesti resistunt. Lenta illis Vnuacitas, adeo ut eiectis interaneis, mortem diu differant. In his syluestribus & Pardi sunt, secundum à Pantheris genus, notis satis, nec latius exequendi. Quorum adulterinis costibus degenerantur partus leonarum, & leones quidem procreantur, sed ignobiles.

De ortu marium internorum. De insula
Appollinitarū. De spatiis inter Scytas
& Indos. De formis hominum. De Cer
uis, & Tragelaphis. CAP. XXII.

Quoniam in Ponticis rebus sumus, non erit
omittendum. Unde mediterranea maria
caput tollant. Existimant enim quidam sinus
istos à Gadstano freto nasci, nec aliam esse ori
ginem, quàm inundationem irruentis Ocea
ni, cuius spiritus peruagante apud aliquot me
diterranea littora, sicut in Italia parte fieri, ac
cessus, vel recessus. Qui contrarium sentiunt,
omnem illum fluorem asunt à Ponticis fauci
bus inundare, idq; fulciunt argumento non ina
ni, quòd aestus è Ponto profluit nunquàm reci
procetur. Insula Apollinitarum LXXX. mil
libus passuum abest à Bosphoro Thracia citra
Istrum sita, ex qua M. Lucullus Apollinem
Capitolinum nobis extulit. Ante Borysthenem
Achillis insula est, cum ade sacra, quam adem
nulla ingreditur ales: Et qua fortè aduola
uerint, raptim fugam properant. Oceanum
Septentrionalem ex ea parte, qua à Paropa
niso amne Scythia alluitur, Hecatasus Amal
chinum appellat, quod gentis illius lingua signi
ficat congelatum mare. Philemon à Cimbris
ad promotorium Rubras Morimerussam dicit
vocari, hoc est, mortuum mare. Ultra Ru
bras quicquid est, Cronium nominant. Ma
re

re autem Cassium ex altero Ponti latere Eltra
 Massagetar, & Apelaos Scythas, esse in Asia
 tica plaga dulce haustu, Alexandro Magno
 probatum est, mox Pompeio Magno qui bel-
 lo Mithridatico, sicut commisitio eius Varro
 tradit, ipsis haustibus periclitari fidem soluit.
 Id euenire produnt è numero fluminū quorum
 tanta copia ibi influit, Et naturam maris ver-
 tat. Non omiserim, quod per idem tempus ei-
 dem Magno licuit ex India diebus octo à Ba-
 etris & Icarum flumē, quod influit in Oxum
 amnem, peruenire, deinde ad mare Cassium,
 inde per Cassiū ad Cyri amnis penetrare fluē-
 tem, qui Iberia & Armenia fines interluit. I-
 taque à Cyro diebus non amplius quinque iti-
 nere terreno subuectis navibus ad aluenum Pha-
 sulis pertendit, per cuius excursus in Pontum
 & Venientes in India, liquido probatum
 est inuehi posse. Author est Xenophon Lam-
 psacenus, à littore Scytharum in insulam Bal-
 tiam petentibus triduo navigari. Eius ma-
 gnitudinem immensam, & penē similem con-
 tinenti. Nec longè Oonas separari, quas qui
 habent, viuunt ouis ausum marinarum, &
 auenis vulgò nascentibus. Perinde alias pro-
 pter constitutas aquē insulas, quarum Hippo-
 podes indigena humana & ad Vestigiū
 forma in equinos pedes desinunt. Esse insulas,
 & Phanisorum gentem, quorum aures adeo
 3 5 in ef

in effusam magnitudinem dilatentur, ~~et~~
 scerum illi reliqua contegant, nec amicalium ~~in~~
 iud sit, quàm ut membra membranis vestiât.
 Antè quàm digrediamur ab Scythia, religio
 est praterire quam fœra sint peculiare Scy-
 thia. Cervi plurimi in hac terra. Igitur de cer-
 vis prosequamur, Mares generis huiusce cum
 statutum tempus venerem incitant, sœciunt
 rabie libidinis efferati. Fœmina licet prius con-
 ferantur, non concipiunt ante Arcturi sydus.
 Nec qualibet partus suos educât. Teneros studio
 se oculum, & absconditos inter profunda fru-
 ticum, vel herbarum, pedum verberare castigât ad-
 latendum. Cum matuerit ad fugam, exerci-
 citio docet cursus, & assuescunt salire per abru-
 pta. Acceptis canum latratibus secundo vêtô vias
 dirigunt, ut odor cum ipsis recedat. Mirantur
 sibi summissis, Reclis auribus acutissimè au-
 diunt. summissis vêtô nihil. Stupent omnia, pro-
 pterea facilius obuios se præbent sagittantibus
 Si maria tranant, non affectu petunt littora,
 sed olfactu. Infirmos perant in ultimo, & lasso
 rum capita clunibus per vices sustinent. E cor-
 nitibus quod dextrum fuerit, efficacius est ad me-
 delam. Si fugare angues gestas, Vtrum Ce-
 lis, Vras. Quæ Vstrina præterea nidore vitium
 aperit ac detegit, si cui inest morbus comitia-
 lis. Pro atate rames augent. Id incrementum
 per sex annos perseverat. Denique numerosiora

nō possunt fieri cornua possunt crassiora. Quae quidem castratis nunquā crescunt, nec tamen decidunt. Dentes indicant senectutem, cum aut pauci inveniuntur, aut nulli. Serpentes hauriunt, & spiritu narium extrahunt de latebris caavernarum. Dictamnū ipsi prodiderunt, dum eo passi excutiunt accepta tela. herbam quoque quam Cynaren vocant, contra noxia edunt gramina. Aduersus Venena mirificum est huiusmodi coagulum occisi in matris utero. Patuit eos nunquā febrescere. Quam ob causam confecta ex medullis eorum Unguenta sedant colores hominum languentium. Legimus plurimos matutinis diebus cervinam carnem degustare solitos, sine febris longanos fuisse. Quod demū proderit, si uno vulnere fuerint interempti. Ad dignoscendam Vinacitatem Alexander Magnus torqueis plurimis cervis innexit, qui post annum cētesimum capti, necdum senij indicium praeferebant. Eadem penē species sunt, quos Tragelaphos dicunt, sed non alibi, quā circa Phasidem apparent, tantum quod illi villosos habent armos, & menta promissis hirta barbis.

De Germania. De auibus Hercyniis, Bifontibus, & Vris. De Alcibus, & insulis Oceani Septentrionalis, ac de Succino, lapide Callaite, & Cerauniarum generibus.

CAP. XXIII.

Mons

Mons Semo ipse ingens, nec Rhiphaei
 minor collibus, initium Germania facit.
 Ingeuones tenent, à quibus primis post
 Scythas nomen Germanicum confurgit. Dives
 virorum terra, frequens populis numerosis, &
 immanibus. Extenditur inter Hercynium sal-
 tum & rupes Sarmatarum: Vbi incipit, Danu-
 bio: Vbi desinit, Rheno perfunditur. De internis
 eius partibus, Albis, Guttallus, Vistula, amneis
 altissimi precipitantur in Oceanum. Saltus Her-
 cynius aues gignit, quarum penna per obscu-
 rum emicant, & interlucent, quamuis densa
 nox obtegat, & denset tenebras. Vnde homines
 loci illius plerumque nocturnos excursus sic desti-
 nant. Et illis stantur ad praesidium itineris di-
 rigendi, praesactis quæ per opaca callum, rationem
 via moderentur indicio plumarum refulgen-
 tium. In hoc tractu sanè, & in omni Septen-
 trionali plaga Bisontes frequentissimi, qui bo-
 ues feris similes setosi, colla iubis horridi, Ultra
 tauros pernecitate vigentes, capti assuescere ma-
 nu nequeunt. Sunt & Vri, quos imperitum Sul-
 gus vocat Bubalos, cum Bubals penè ad cervi
 nam faciem in Africa procreentur. Istis porro
 quos Vros dicimus, taurina cornua in tantum
 modum protenduntur, Et dempta ob insignem
 capacitatem inter regias mensas potuum ge-
 rula fiant. Sunt & Alces mulis comparanda,
 adeò propensolabro superiore, Et nisi recedentes

in posteriora vestigia pasci non queant. Scandi-
 gena insula à regione Germania mittit ani-
 mal quale Alces, sed cui suffragines, & ele-
 phantis, flecti nequeunt: propterea non cubat,
 cum dormiendum est. Tamen somnolentum
 arbor sustinet, quæ propè casura secatur, & fe-
 ra, dum assuetis fukumentis innititur, faciat
 ruinam. Ita capitur: alioqui difficile est eam ma-
 nu capi. Nam in illo rigore poplitum incompre-
 hensibili fuga pollet. De Germanicis insulis Scā-
 dinauia maxima est. Sed nihil in ea magnum
 præter ipsam. Glessarsa dat Crystallum, dat &
 Succinū, quod Germani gentiliter vocant Gles-
 sum. Qualitas mirerrastius summam antea
 Germanico autē Casare omnes Germaniae oras
 scrutante, cōperta arbor est pinis generis, cuius
 medsale autumnis tēpore succino lacrymat. Suc-
 cum esse arboris, de nominis qualitate capeſſaa.
 Pinum verò unde sit genitum, si &fferis, odor
 indicabit. Pretium opera est ire longius, ne Pa-
 danæ syua credantur lapidem fletuisse. Hæc spe-
 ciem in Illyricum Barbari intulerūt. Quæ cum
 per Pannonicæ commercia &ſu ad Transpada-
 nos homines foret delata, quod ibi primum
 nostri eam viderant, ibi et notum putauerunt.
 Munere Nerone principis apparatus omnis ab
 ſque succino inornatus est, nec difficultex, cum
 per idē tempus x l l l. millia librarū rex Ger-
 mania dono ei miſerit. Rude primum naſcitur

&

Et corticosum, deinde incoctum adipe
 Elantis suis expolitur, ad quem Videmius
 rem. Pro facie habet nomina. Melleum dicitur
 Et Falernum, utrunque de similitudine uini Vi
 ni, aut utique mellis. In aperto est, quod rapiat
 fulsa, quod trahat paleas, quod vero medeatur
 multis Vitalium incommodis, medentium do
 cuit disciplina. Et India habet succinum, sed
 plurimum optimumque in Germania. Quorsam
 ad insulam Glessariam Veneramus, a Succino
 captum. Nam in Germania continentibus Cal
 lais reperitur, quam gemmam Arabicis ante
 ponunt. Vincit enim gratia, Arabes quidam di
 cunt non alibi eam deprehendi, quam in nidis
 asinum, quas μελαγνοσφύς vocant: quod nullus
 recipit, cum apud Germania populos, quamvis
 rara, in saxis tamen appareat. Honore Et pre
 tio ad Smaragdos Vires pallidum. Nihil incun
 dius aurum decet. Cerauniarum porro genera
 diuersa sunt. Germanica candida est: splendet
 tamen caruleo: Et si sub dino habeas, fulgo
 rem rapit siderum.

De Gallia, vnde in vniuersum orbem ter
 rarum aditus patet. Et de oleo medico.

CAP. XXIII.

GALLIA inter Rhenum, et Pyrenaeum, inter
 Oceanum, Et montes Gebennam, ac Iu
 ram porriguntur felices praepinguibus glebis, ac
 commoda prouentibus fructuarijs, pleraque con
 sita

*fluvii, & arbutus, omni ad usum animæ
factu beatissima, Rigua aquis fluminum
& fontium. Sed fontanis interdum sacris, ac
vaporantibus. Infamantur Veneni periculo ri-
tu incolarum, quæ, Et aiunt (Veri enim pericu-
lum non ad me recipio) detestabili sacrorum ri-
tu, non ad honorem, sed potius ad iniuriam re-
ligionis, humanis litant hostijs. Ex isto sinu quo
quò orbis velis exeas, in Hispanias, & in Ita-
liam terra mariq; in Africam mari tantum.
Si Thracia sit petenda, excipit ager Rheticus
optimus, & ferax, Brigantino lacu nobilis. Indo
Noricus frigidus, & parcine fructuosus: quæ
subducitur à iugis Alpium, admodum latus.
Dehinc Pannonia viro fortis, & solum plano le-
ta, atq; vber, Drauo, Savaque inelytis amni-
bus circumflua. Mox Mysia, quas maiores no-
stri iure Cereris horreum nominabant, in qua-
rum parte, qua Pontica est, apparet herba, qua
inficitur oleum, quod vocant medicum. Hoc
ad incendiū excitatum si obruere aqua ge-
stias, ardet magis, nec alio sopitur, quàm sa-
etu pulveris.*

De Britannia, & lapide Satage. c. x x v.

Finis erat orbis ora Gallici littoris, nisi Bri-
tannia insula non qualibet amplitudine
nomen penè orbis alterius mereretur. Oclim-
gen

gentis enim & amplius millibus passuum longa porrigitur, ita ut eam in Calydonicum & angulū metiamur. In quo recessu Ulysses Calydonia appulsum manifestat ara Gracis literis inscripta voto. Multis insulis, nec ignobilibus circumdatur, quarum Iuerna ei proximat magnitudine. Inhumana est, ritu incolarū aspero. Auias ita pabulosa. Et pecuaria, nisi interdum aestate à pastibus arceantur, in periculum agat fatias. Illic nullus anguis, auias rara gens inhostita, & bellicosa. Sanguine interemptorū hausto, prius Victores cultus suos oblinunt. Fas ac nefas eodem animo ducunt. Puerpera si quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti. inq̃, os paruuli summo mucrone auspicium alimentorum leuiter infert, & gentilibus votis optat, non aliter, quàm in bello, & inter arma mortem oppetat. Qui student cultui dentibus maris nantium belluarum insigniunt ensium capulos. Candicant enim ad eburneam claritatem. Nam praecipua Viris gloria est in armorum nitela. Apis nusquam. Aduectum inde puluerem, seu lapillos si quis sparserit inter aluearia, examina fauos deferunt. Mare, quod Iuernam & Britanniam interluit, undosum & inquietum toto in anno, non nisi aestiuis pauculis diebus est nauigabile. Nauigat autem Geminis alueis, quos circumdant ambitione tergorum bubalorum. Quancunque tempore cur
sus

*flus tenebst, nauigantes escis abstinent. Freti
 latitudinem in centum viginti millia passuum
 diffundi, qui fidem ad verum ratiocinati sunt,
 aestimarunt. Siluram quoque insulam ab ora,
 quam gens Britannia detinet, turbidum fre-
 tum distinguit, Cuius homines etiam nunc cu-
 stodiunt morem vetustum. Nundinas ac nu-
 mum refutant, dant res, & accipiunt. Mutu-
 tionibus necessaria potius quam pretij parant,
 Deos percolunt, scientiam futurorum pariter
 Viri, ac femina ostentant. Athanatis insu-
 la alluitur freto Gallico, à Britannia continen-
 te aestuario tenui separata, frumentarijs cam-
 pis felix, & gleba uberi, nec tantum sibi soli,
 verum & alijs salubris locis. Nam cum ipsa
 nullo serpatur angue, asportata inde terra quo-
 què gentium inuecta sit, angues necat. Multa
 & alia circum Britanniam insula, è quibus
 Thule Ultima, in qua aestiuo solstitio sole de
 Cancrisydere faciente transitum, nox penè
 nulla. Brumali solstitio perinde nullus dies, Et
 ortus iunctus sit occasus. Ultra Thulem accipi-
 mus pigrum esse, & concretum mare: inde à
 Calydonia promontorio Thulen petentibus bi-
 dui nauigatio est. Inde excipiunt Habudes in-
 sula, quinque numero, quarum incolae nesciunt
 fruges, piscibus tantum, & lacte viuunt. Rex
 unus est vniuersis. Nam quotquot sunt, omnes
 angusta interlause diuiduntur Rex nihil suum
 z habet*

habet, omnia vniuersorum: ad aequitatem, castis legibus stringitur. Ac ne auaritia diuertere à verò, discit paupertate iustitiam, & tunc cum nihil sit rei familiaris. Verum alitur è publico: nulla illi datur femina propria, sed per vicissitudines in quacumq; commotus fuerit, & surariam sumit. Vnde ei nec votum, nec spes conceditur liberorum. Secundam à continenti stationem Orcades praebeant, quae ab Habudibus porro sunt septem dierum totidemq; noctium cursus. Numero tres, vacant homine, non habent sylvas, tantum iuncis herbis inhorrescunt. Cetera earum nuda arena, & rupes tenent. Ab Orcadibus Thulen & scilicet, quinq; dierum, ac noctium nauigatio est. Sed Thule larga, & diutina Romana capiosa est. Qui illic habitant, principio veris inter pecudes pabulis viuunt, deinde caele, in hyemem confidunt arborum fructus. Vtuntur feminis vulgo, certum matrimonium nullus. Circuitus Britannia quadragies octis septuagintaquinque millia passuum sunt. In quo statio magna, & multa flumina sunt, fontes calidi opipare exculi apparatus ad vsus mortaliū. Quibus fontibus praesile est Minerva numen, in cuius ade perpetui ignes nunquam canescunt in fauillas, sed ubi cinis tribuit, & vertitur in globos saxeos. Praeterea & ita ceam metallorum largam variamq; copiam, quibus Britannia solum vndiq; generum pollet

Benis locupletibus, Gagates hic plurimus, optimusq; est lapis. Si decorem requiras, nigro gemmeus: si qualitatem, nullius ferè ponderis: si naturam, aqua ardet, oleo refingitur: si potestatem, attritu calfactus applicita detinet, aquè & Succinum. Regionem partim tenent Barbari, quibus per artifices plegarum figuras, iam inde à pueris & varia animalium effigies incorporantur, inscriptisq; visceribus hominis incremento pigmenti nota crescunt. Neque quicquam magis patientia loco naticres ferè ducunt, quàm & permemores cicatrices plurimum fici artus bibant.

De Hispania, Gaditano freto, interno mari, & Oceano.

CAP. XXVI.

Reversum ad continētem res Hissanien-
ses vocant. Terrarum plaga comparanda
optimis, nulli posthabenda frugum copia, siue
soli & bere, siue vinearum prouentus respicere,
siue arborarios velis. Onini materia affluit,
quacūq; aut pretio ambiciosa est, aut & usu neces-
saria. Argētum vel aurum si requiras, habet,
ferrarijs uūquàm deficit, nec cedit vitibus, Vin-
cit olea, diuisa est provincijs tritrus. Secundo
Punico bello nostra facta, & nihil in ea citio-
rum

sum, nihil sterile. Quicquid cunctisq; modis
negat messem, viget pabulis: etiam qua arida
sunt, ac sterilia, rudentum materiem nauticis
subministrant. Non coquunt ibi sales, sed effo-
diunt, depurgant in minium nistelas pulueris
fucant Vellera. Et ad ruborem mirum depu-
tent cocci Venenum. In Lusitania promonto-
rium est, quod alij Artabrum, alij Vlyssippo-
nense dicunt. Hoc cælum, terras, & maria di-
stinguit. Hispania latus finit, cælum & ma-
ria hoc modo diuidit, quod a circuitu eius inci-
piunt Oceanus Gallicus, & frons Septentriona-
lis Oceano Atlantico, & Occasu terminatus.
Ibi oppidum Vlyssippo, ab Vlysse conditum. Ibi
Tagus flumen. Tagum ob arenas auríferas ca-
teris amnibus prætulerunt. In proximis Vlyssip-
ponis equa lasciuiunt mira facunditate. Nam
spirante Favonio vento concipiunt, & sitien-
tes viros aurarum spiritu maritantur. Iberus
amnis toti Hispania nomen dedit. Batis pro-
vincia æterq; nobilis, Carthaginem apud Ibe-
ros, qua mox colonia facta est, Pæni condide-
runt. Tarraconem Scipiones, ideo caput est pro-
vincia Tarraconensis. Lusitanum litus pollet
gemma Ceraunia plurimum, quam etiam In-
dicis præferunt: huius Ceraunia color est è Py-
ropo, qualitas igni probatur, quem si sine detri-
mento sui perferat, aduersus vim fulgurum
creditur opulari. Cassiterides insula spectas
aduer

aduersum Celtiberia latius, plumbi fertiles: & tres fortunata, è quibus solum vocabulum fingendum fuit. Ebusus è Balearibus, quæ à Dianio abest septingenta stadia, serpentem non habet, utpote cuius terra serpentes fuget. Colubraria, quæ Sucronem versus est, ficta est anguibus. Boccoris regnum Baleares fuerunt, & quæ ad euerfionem Phrygum, cuniculis animalibus quondam copiosa in capite Batia, ubi extremus est noti orbis terminus, insula à continenti septingentis passibus separatur: quam Tyrj à Rubro profecti mari Erythraam, Pæni lingua sua Gadir, id est, sepem nominarunt. In hac Geryonem auum agitauiſſe plurimis monimentis probatur, tametsi quidam putent Herculem boues ex alia insula abduxiſſe, quæ Lusitaniam contuetur. Sed Gaditanum fictum à Gadibus dictum. Atlanticus aëſtus in noſtrum mare diſſiduum orbis inmittit. Nam inæavis, quem Graci sic nominant à celeritate, ab occaſu ſolis irrumpens, lauo latere Europam radit, Africam dextro, ſciſſisq; Calpe, & Abila montibus, quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur. & Hiſpaniam. Ac freto iſti, cuius x v. millia paſſuum efficit longitudo, latitudo vix ſeptem, quodam oſtio aperit limen interni aquoris miſtus mediterraneis ſinibus, quos ad &ſq; Orientem propellit. Horum, qui Hiſpanias perfundit, Ibericus

2 3 fertur

fertur, & Balearicus. Qui Narbonensem provinciam, Gallicus, mox Ligusticus, ab eo ad Siciliam Tuscanus quem Græci Ionium, vel Thyrænum, Itali inferum vocant. A Sicilia Cretam & Siculus. Inde Creticus, in Pamphiliam, & Aegyptium protenditur mare. Quæ aquarum moles torto in Septentrionem prius latere anfractibus magnis iuxta Græcias, & Illyricum per Hellespontum in angustias stringitur Propontidos, quæ Propontis Europam, Asiâq; discriminans, ad Meotida pervenit. Causas nominum non uniformis dedit ratio. Asiaticum, & Phœnicium à provincijs dictum ab insulis Carpathium, Aegæum, Icarium, Balearicum, Cyprium: à gentibus Ausonium, Dalmaticum, Ligusticum, Tuscanum: ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium: à casibus hominum Myrtoon, vel Hellesponticum. A memoria regis Ionium. A bouis transitu. Vel angustijs etiam meatibus bouum peruijs Bosporus. A moribus accolarum Euxinus, ætævæ antè appellatus. Ab ordine fluenti, Propontis. Aegyprium pelagus Asia datur, Gallicum Europa, Africum Libya: his & quæq; proxima sunt venerunt in partes partium. Hac in gremijs terrarum. Oras autem extimas Oceanus amplectitur, qui à litoribus suis Arabicus, Persicus, Indicus, Eous, Sericus, Hyrcanus, Cassius, Scythicus, Germanicus, Gallicus, Atlanticus

lanticus, Libycus, Aethiopicus dicitur. Cuius accessus incrementa circa littora India vehementissime prouunt, maximosq; ibi exitus faciunt, sine quòd suspensus altius susfolatur & calor, seu quòd in ea parte orbis & fontium, & fluminum copia sit effusior. Dubitatur etiam nunc quibus ex causis intumescat Oceanus, vel quatenus cum superfluis sibi fuerit, rursus in se recidat. Nec in obscuro est, plura pro ingenij differentiis potius, quàm pro veritatis fide expressa. Sed omissa ancipitis concurrentis questione, has opiniones probatissimas inuenimus. Physici autumant mundum animal esse. eumq; ex varijs elementorum corporibus conglobatum. moveri spiritu, regi mente: quæ utraq; diffusa per membra omnia aterna molis vigorem exerceant. Sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spiritalia, ita in profundis Oceani nares quasdam mundi constitutas, per quas emissi anhelitus vel reducti modò effleat maria, modò reuocent. At q; quòd siderum sequuntur disciplinam, contendunt meatus istos commoueri luna cursibus, adeò & sic vicissitudines inter maciem aquarum, & plenitudinem respiciat ad auctus eius, vel defectiones. Neq; eodem semper tēpore, sed prout illa aut mergatur, aut surgat, variant se alternantes recursus.

De Libya, hortis Hesperidum, monte
Atlante.

CAP. XXVII.

DE Hispania excursus in Lybiam. Nam Belona progressus, quod Batice oppidum est, ultra interiacens fretum trium & triginta milium passuum Tingi excipit Mauritania nunc colonia, & cuius primus author Antaeus fuit. Porro quia in illo ambitu Aegyptium finitur pelagus, & Libycum incipit, placuit, ut Africam Libyam diceremus. Quidam tamen Libyam à Libya Epaphi filia Africam autem ab Afro Libys Herculis filio potius dictam receperunt. Lix quoque colonia in eodem tractu constituta est, ubi Antae regia, qui implicandis explicandisque nexibus humi melius sciens, velut genitus matre terra, ibidem ab Hercule victus & extinctus est. Nā de hortis Hesperidum, & peruvigili dracone, ne fama licencia vulneretur fides & ratio hac est. Flexuoso metu astuarium è mari fertur, adeò sinuosis lateribus tortuosum. Ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine metiatur itaque quod hortos appellauere, circumdat. Vnde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi. Sed hac insula sinuata sinibus alues procurrentis, & in quibusdam aquorū spiris sita, prater arbores oleastri similes, & aram sacram Herculi, aliud nihil praefert

fert, quod propaget vetustatis memoriam. Verum ultra frutices aureos, & metalla frondentia, illud magis mirum, quod solum inferiore licet libra depressius, nunquam tamen accessus freti superlabitur, sed obstaculo naturalis repagulis in ipsis marginibus haeret unda, & intimis orarum supercilijs sponte fluctus in gyrum resistunt. Ita spectando loci ingenio nimirum planicies manet sicca, quamvis prona superueniant aquora. Sala oppidum imminet Sala flumini, ab hoc per Autolorum gentem iter est in Atlanticas solitudines. Atlas mons è media arenarum consurgens castitate, & eductus in viciniam lunaris circuli, ultra nubila caput condit. Quà ad Oceanum extenditur, cui à se nomē dedit, manat fontibus, verroribus inhorrescit, rupibus asperatur, squalet ieiunio, humo nuda, nec herbida. Quà Africam contraversus est, optimus nascentibus sponte frugibus, arboribus proceris opacissimus, quarum odor gravis, coma cupressi similes, vestiuntur lanugine, sericis velleribus nihilo villore. In eo latere & herba Euphorbia copiosa, cuius succus proficit ad oculariam claritatem, & multiplex praesidium sanitatis, nec mediocriter percellit vim Venenorum. Vertex semper nivalis. Saltus eius quadrupedes, ac serpentes fera, & cum his Elephanti occupauerunt. Silet per diem vni-

uersus, nec sine horrore secretus est. Lucet ne-
 Elurnis ignibus, choris Aegipanum Undiq₃ per
 sonatur. Audientur & cantus tibiarum, &
 tinnitus cymbalorum per ora maritimam. A
 Lixa abest quinq₃ & ducentis millibus pas-
 suum. Lix à Gadstano freto centum duodecim
 millibus, habitatus antea, Et indicat loci fa-
 cies quondā cultu exercitata, in qua &sq₃ ad-
 huc vitis & palma extant vestigia. Apex Per
 seo & Herculi peruius, ceteris inaccessus. Ita
 fidem ararum inscriptio palam facit. Qua spe
 Etat Occasum, inter ipsum & flumē Anatum
 quadringentanonaginta sex millia passuum in
 fames bestijs sylua obsident. Amnes circa eum
 non tacendi. qui licet separentur intervallis
 amplioribus, transferunt tamen in quoddam
 Atlantici montis ministerium. Asina marino
 haustu, Bambotum Crocodilis & Hippopota-
 mis refertum. Vltra adhuc amnis qui atro co-
 lore exit per intimas & exustas solitudines,
 qua torrente perpetuo, et sole nimio plus quā
 ignito nunquā ab aëre vindicatur. Hac de
 Atlante, quem Mauri Dyrin nominant, &
 Harmonis Punici libri, & nostri annales pro-
 diderunt, Iuba etiam Ptolomae filius, qui &
 triusq₃ Mauritania regno potitus est. Sueto-
 nius quoq₃ Paulinus summam huic cognitioni
 imposuit manum, qui Vltra Atlantē primus,
 & penè solus Romana signa circumtulit.

De

De Mauritania. De elephantis.

CAP. XXVIII.

E Provincijs Mauritanijis Tingitana, quæ solstitialis plaga obuia est, quaq; porrigitur ad internum mare, exurgit montibus septem, qui à similitudine fratres appellati, freto imminent. Hi montes elephantis frequentissimis sunt. Monet à principio hoc animantium genus dicere. Igitur elephantis iuxta sensum humanum intellectum habent. memoria pollent, syderum seruant disciplinam. Luna nitescente gregatim amnes petunt, mox aspersi liquore, solis exortum motibus, quibus possunt, salutant: deinde in saltus reuertuntur. Duo eorum genera sunt. Nobiliores indicat magnitudo, minores notios dicunt. Candore dentium intelligitur iuuentia. Quorum alter semper in ministerio est, alteri parcitur, ne hebetatus assiduo repperussu, minus vigeat, si fuerit dimicandum. Cum venatu premuntur, pariter confringunt utrosq; Et ebore damnato non requirantur. Hanc enim sibi causam periculi presentunt. Oberrant agminatim. Natu maximus ducit agmen, atq; proximus cogit sequetes. Flumen transaturi minimos antemittunt, ne maiorum ingressus aluuiū atterant. Et profundos depreßis

Eadie

Vadit gurgites faciant. Venerem ante annos decem femina, ante quinque mares nesciunt. Biennio coeunt, quinis nec amplius in anno diebus, non prius ad gregarium numerum reuerfuri, quam suis aquis abluantur. Propter feminas nunquam dimicant. Nulla enim noverunt adulteria. Inest illis clementia bonum. Quicquid per deserti vagabundum hominem forte viderint, ductus usque ad notas vias praebent: vel si confertis pecoribus occurrerent, timere sibi blanda & placida manu faciunt, ne quod obuium animal interimant. At consuetudo fortuito si quando pugnatur, non mediocrem habent curam fauciorum. Nam fessos vulneratosque in medium receptant. Cum captivitate venerint in manus hominum, mansuescunt hausto ordeis succo. Maria transmeanturi, naues non prius subeunt, quam de reditu illis sacramentum luatur. Indiscos elephantos Mauritiment, & quasi parvitas sua conscij aspernantur ab his videri. Non annis decem, ut vulgus, sed biennio, ut Aristoteles definit, utero grauescunt, nec amplius quam semel gignunt, nec plures quam singulos. Vivunt in annos trecentos, impatientissimi frigoris, truncos edunt, lapides hauriunt, gratissimas in cibatu palmas habent. Odorem muris vel maxime fugiunt. Pabula etiam qua à musculis contracta sunt, recusant. Si quis casu chameleontem deuoraverit,

rit, Vermem elephantis Veneficum, elastrosum propeſti medetur. Duriffimum dorſo tergus eſt, Ventrì mollis. Setarum hirsutia nulla. Inter hos & dracones iugis diſcordia Denique inſidia hoc aſtu preparantur. ſerpentes propter ſemitas deliteſcunt, per quas elephantis aſſuetis callibus enagantur, atque ita pratermiſſis prioribus poſtremos adoriuntur, ne quò anteceſſerint, Valeant ſolimis opitulari. Ac primum pedes nodis illigant, Et laqueatis cruribus impediant graſcendi facultatem. Nam elephantis niſi prauenti hac ſpirarum mora, Vel arboribus, ſe Vel ſaxis applicant, Et pondere nitibundo attritos necent angues. Dimicationis præcipua cauſa eſt, quòd elephantis, Et aiunt, frigidiôr in eſt ſanguis: & ob id à draconibus auidiſſimè torrente captantur aſtu. Denique nunquam inuadunt niſi potu grauatos, Et Venis propenſius irrigatis maiorem ſumant de oppreſſis ſatietatem. Nec aliud magis quàm oculos petunt, quos ſolos expugnabiles ſciunt: Vel interiora aurium, quia is tantum locus defendi non poteſt proboscide. Itaque cùm ebiberint ſanguinem, dum ruunt bellua, dracones obruantur. Sic Vtrinque fuſus cruor terram imbuſit, ſitq; pigmentum quicquid ſòli tinxerit, quod Cinnabarim vocant. Elephantes Italia anno Urbis còndita quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo in Lucania primùm bello Epirotico vidit.

dit, & boues lucas inde dixit. *Casariensi Colonia* Casaria inest à D. Claudio deducta, *Babchi* prius regia, postmodum iuba indulgentia populi Romani dono datur. Inest & oppidum *Siga*, quod habitaculum Siphaci fuit. Nec ab *Icosio* tractu recedamus, *Hercule* enim illac transeunte, viginti, qui à comitatu eius descuerant, locum deligunt, iaciunt mœnia. Ac nequis imposito à se nomine priuatim gloriaretur, de cœdentium numero Urbis nomen datum.

De Numidia, & in ea vr̃is.

CAP. XXIX.

QUod est à sumine *Ampsaga*, *Numidia* datur, huius incolæ quandiu errarunt pabulationibus *Sagabundis*. *Nomades* dicti sunt. Vr̃bes in ea quàm plurimæ nobilēsque, sed *Cirta* eminet. Dein *Cullis* purpurario fūco *Tyrijs* *Velleribus* comparata. Omnis hæc regio finibus in *Zeugitanum* litem desinit. Quaparte syluestris est, feras educat: quæ ingens ardua, equos alit, eximio etiam marmore prædicatur. *Numidici* *Ur̃si* forma cæteris præstant, rabie duntaxat & villis profundioribus. Nam gentitara par est quoquo loco editis, eam protinus dæxero. Cœcunt non itidem quo quadrupedes alæ, sed apti amplexibus mutuis, velut humanis cōrugationibus copulantur. *Desiderium* *Veneris* hyems suscitatur, seci etiam homine reuerentur ma-

res

ves gravidas & in iisdem licet foueas, partitæ
 tamen per scrobes secubationibus diuiduntur.
 Lacina illis properatius tempus est: quippe Ste-
 rû trigessimus dies liberat. Unde euenit, Et præ-
 cipitate faciunditas, informes creet partus. Car-
 nes pauxillulas edunt, quibus color candidus,
 oculi nulli, & de festina immaturitate tantū
 rudis sanies, exceptis Unguium lineamētis. has
 lambendo sensim figurant, & interdum adpe-
 ctora fuerunt, Et assiduo incubatu calfacta ani-
 malem trahant spiritum. Interea cibus nullus.
 Sane diebus primis XIII. matres in so-
 mnū ita concidunt, Et nec Vulneribus ex-
 sistari queant. Enixa quaternis latent men-
 sibus. Mox egressa in diem liberum, tantum
 patiuntur insolentiam lucis, Et putes obsitas
 cecitate. Inualidum vrsis caput, Vis maxi-
 ma in brachijs, & lumbis: Unde interdum
 posticis pedibus insistant. Insistantur aluea-
 ribus apum, maxime fauos appetunt, nec a-
 uidius aliud quàm mella captant. Cùm gusta-
 uere mandragora mala, moriuntur. Sed eunt
 obuiam, ne malum in perniciem conualescat.
 & formicas demorant ad recuperandam sani-
 tatem. Si quādo tauros adoriuntur, sciunt, qui-
 bus potissimū partibus immorentur, nec aliud
 quàm cornua aut nares petunt: cornua, Et pon-
 dere defatigent: nares, Et acrior dolor sit in lo-
 co teneriore. M. Messala c o s. I. Domitius.
 Acrob

Aenobarthus curulis adilis Virgos Numidicus centum, & totidem Aethiops Venatores in circo Romano edidit. Idq; spectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

De Africa, & de omnibus in ea memoria dignis. CAP. XXX.

O Minus Africa à Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis Sardinia controuersa, promontorio Mercurij procedens in frontem Cicanam. Proinde extenta in duas prominentias, quarum altera Promontorium candidum dicitur: alteram, qua est in Cyrenaisca regione, Phicuntem vocant. Ea per sinum Creticum opposita Creta insula, contra Tanaron Laconica excurrit arenis. Catabathmos Aegypti insinuata, cui proxima Cyrenensis extenditur inter duas Syrtes, quas inaccessas Vadisum ac reciprocum mare efficit, cuius salis defectus, vel incrementa haud promptum est deprehendere. Itz incertis motibus nunc in breuia rescinditur dorsuosa, nunc aestibus inundatur inquietus. Varro author est, perflabilem ibi terram Ventis penetrantibus, subitam vim spiritus citissimi aut renouere maria, aut resorbere. Omnis hac plaga ab Aethiopia, & terminis Asia. Nigri flumine, qui Nilum parit, ab Hispania freto scinditur: latere, quo ad Meridiem vergit, fontium inops, & infamis sitis: alteriusque qua Septentrionem patitur aquarum

rum larga : in agro Byzaceno, qui patet passuum ducentis vel amplius millibus glebis ita prapinguibus, Et iacta ibi semina cum incremento centesima frugis renascantur. Externos in ea plurimos conuentasse, argumentum de Urbibus Et locis dabimus. Borion promontorium, quod Aquilone caditur. Graci aduenas sic Vocauerunt Hipponem, Rhegium postea dictum, item Hipponem alterum de interfluente freto Diarrhyton nuncupatum, nobilissima oppida, equites Graci considerunt. Clypeam ciuitatem Siculi extruunt, Et Assida primum nominant, Veneriam etiam, in qua Veneris Erycina religiones transtulerunt. Achai Tripolim lingua sua signant de trium Urbium numero, Taphra, Abrotani, Leptis magna Philanis fratribus à laudis cupidine Grauum Vocamen datum. Adrymeto atque Carthagini auctor est à Tyro populus. Sed qua super Carthagine Veraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Urbem istam, Et Cato in oratione Senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit, domo Phœnix, Et Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit ciuitatem nouam. Mox sermone Verso in Verbum Punicum, Et hac Elissa, Et illa Carthago dicta est : qua post annos septingentos triginta septem exciditur. quam fuerat extructa. Deinde à C. Graccho colonis Italicis data, Et

A Iunonia

Isonia ab eo dicta, aliquantisper ignobilis, im-
 mili & languido statu. Demum in claritate
 secunda Carthaginis, interiectis centum &
 duobus annis, M. Antonio, P. Dolabella con-
 sulibus enituit, alterum post Urbem Romanam
 terrarum decus. Vtrum Et ad Africam re-
 deamus. ipsa suo cingitur argulo. Interna eius
 plurima quidem bestia, sed principaliter leo-
 nes tenent. Qui, Et Aristoteles perhibet, soli
 ex eo genere quod dentatum vocant, vident pro-
 tinus atque nascuntur. Quorum trifariam ge-
 nna scinditur. Nam breviores, & subis crissi,
 plerumque ignavi sunt, & imbelles. Longiores,
 & coma simplici, acres magis, ac potentes. At
 hi quos creant Pardi, in plebe remanent, iuba-
 rum inopes. Pariter omnes parant à sagina,
 primum quod alternis diebus potum, alternis
 cibum capiunt, ac frequenter si concoctio non est
 infecuta, solita cibationi superponunt diem: tum
 quod carnes iusto amplius deuoratas, cum gra-
 uantur, insertis in hora vnguibus sponte pro-
 trahunt. Sanè & cum fugiendum est, in satietate
 idem faciunt. Senectam defictio probat den-
 tium. Nam clementia indicia multa sunt. Pro-
 stratis parant, in viros potius, quam in fami-
 nas faciunt. Infantes non nisi in magna fame
 perimunt. Nec à misericordia separantur. Ab-
 duis denique exemplis patet eos pepercisse, cum
 multi captiuorum aliquot Lecnibus obuijs in-
 tacti

taſti repatriauerint. Getula etiam mulieris no-
men Iuba libris comprehenſum eſt qua obteſta
ta occuſantes feras, impunis redijt. Auerſi co-
ëunt, nec hi tantùm, ſed & Lynces, & Came-
ls, & Elephanti, & Rhinoceros, & Tigrides.
Leana ſextu primo catulos quinque edunt: dein
de per ſingulos partus numerum decoquunt an-
nis inſequentibus. Sed poſtremo cùm ad unum
materna ſecunditas recidit, & ultimo ſingulos
procreent, ſteriles ſiunt in æternum. Animos
Leonum ſons & cauda indiſcant; ſicut motus
equini de auribus intelliguntur. Dedit enim
has duas notas generoſiſſimo cuique natura.
Vis ſumma in pectore eſt, firmitas in capite pra-
cipua. Cùm premuntur a canibus, contemptim
recedunt, ſubiſſentesque interdum anticipiti re-
ceſſu diſſimulant timorem. Idq; agunt, ſi in cã-
pis patentibus, ac nudis orgeantur. Nam ſyl-
ueſtribus locis, quaſi teſtem ignavia non reſer-
midantes, quanta poſſunt ſe fuga ſubtrahunt.
Cùm inſequantur, niſum ſaltu adiuvant. Cùm
fugiant, non valent ſulire. Gradiëtes mucrones
inguium vaginis corporum claudüt, ne acumi-
na attritu retundantur. Hoc adeo cuſtodiüt, &
non niſi aduerſis falculis currant. Septi a Venã-
tibus, obtutu terram contucentur, quominus cõ-
ſpectis Venabulis terreantur. Nunquam limò
vident, minimeq; ſe nolunt aſpici. Cantus galli
maerior, & rotarũ timent ſtrepitus, ſed ignes

magis. Leontophonos vocari accepimus bestias modicas, quæ captæ excurrunt, Et earum cineris aspergine carnes polluta, iactaq; per compita concurrentium semitarum Leones necent si quantulumcunq; ex illis sumpserint. Propterea Leones naturali eas premunt odio, atque ubi facultas data est, morsu quidem abstinēt, sed dilaniatas exanimant pedum ursoribus. Spectaculū ex his primus edidit Scauola Publij filius in curuli adilitate. Hyenam quoq; mittit Africa, cui cum spina riget, collum cōtinua vntate flecti nequit, nisi toto corpore circumactō. Multa de ea mira. Primum quod sequitur stabula pastorum, Et auditu assiduo addiscit vocamen, quod exprimere possit imitatione vocis humana, Et in hominem astu accitū nocte sauiat. Vomitus quoq; humanos mentitur, falsiq; singulibus sollicitatos sic canes deuorat. Qui forte si Venātes umbrā eius dū sequuntur, cōtigerint, latrare nequeunt, Voce perditā. Eadē Hyēna inquisitione corporum sepultorum busta eruit, propterea prōptius est marē capere. Fæminis enim ingentia est callidior astutia. Varietas multiplex inest oculis, colorū mutatio. In quorum pupillis lapis inuenitur, Hyaniū dicūt praditū illa potestate, Et cuius hominis fuerit lingua subditus pradicat futura. Verū Hyana quodcunq; animal ter lustrauerit, mouere se non potest. Quapropter magicā scientiā inesse ei pronūciauerunt

uerunt. In Aethiopia parte coit cum Leana, Unde nascitur monstrū, cui Crocuta nomen est. Voces hominū Et ipsa pariter affectat. Nunquam coniuget aciem orbium, sed in obtutū sine nictatione cōtendit. In ore gingiua nulla, dens vnus atq; perpetuus, qui vt nunquā retundatur, naturaliter capsularum modo clauditur. Inter ea qua dicunt herbatica, eadē Africa Onagros habet, in quo genere singuli imperitant gregibus feminarū. Aemulos libidinis sua metuūt. Inde est quod grauidas suas seruant, vt in editis maribus, si qua facultas fuerit, generandi sūt mor su detruncēt. Quod cauētes femina, in secessibus partus occultunt. Africa serpētibus adeo fecūda est, vt mali huius merito illi potissimum palma detur. Cerastra praferunt quadrigemina cornicula quorū ostētatione, Veluti esca illice sollicitas aues perimūt. Nā reliqua corporis deindustria arenis tegunt, nec vllū indiciū sui praebet nisi ex ea parte, qua inustatis dolo pastibus necē prapetū accupentur. Amphibana cōsurgit in caput geminū quorū alterū in loco suo est, alterū in ea parte, qua cauda. Qua causa efficit, vt capite vtring; secus nitibundo serpat tractibus orbiculatis. Iaculis arbores subeunt, è quibus vi maxima turbinati penetrant animal quodcūq; obuium fortuna fecerit. Scytale tanta praefulget tergi varietate, vt notarum gratia vidētes retardet, Et quoniam reptando pigrior est,

A 3 quos

quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupen-
tes. In hoc tamen squamarum nitore hyemales
exussias prima ponit. Plures, diuersaq; assiduū
species sunt, Verūm disparis effectus ad nocen-
dum. Dipsas siti interficit. Hypnale, quod so-
mno necat, teste etiā Cleopatra, emitur ad mor-
tem. Aliarum Virus, quoniam medelas admit-
tit, minus fama meretur. Emorrhoids morbo
sanguinem elicit, & dissolutis Venarum com-
mercij. quicquid animæ est, euocat per cruorē.
Prester quem percusserit distenditur, enormiq;
corpulentia necatur extuberatus. Ictus Scipium
statim putredo sequitur. Sunt & Ammodita,
est & Cenchris, Elephantia, Chersydri, Chama-
dracontes. Postremo quantus nominum, tantus
morsum numerus. Nā Scorpiones, Scinci, La-
certiq;, Vermibus, non serpentibus adscribun-
tur. Monstra hæc si bibant, clementius feriunt.
Habent affectus, non temere nisi coniuges eua-
gātur. Capto altero, vel occiso, Vter super fuerit,
esseratur. Subtiliora sunt capita feminis, alci
timidiores, pestis recentior. Masculus aquali-
ter teres est sublimior etiā, mitiorq;. Igitur an-
guibus Vniuersis hebes visus est. Rarō in aduer-
sum contuentur, nec frustra, cum oculos non in
fronte habeant, sed in temporibus, adeo ut citius
audiant, quā quid aspiciant. De gēna Helio-
tropio inter Aethiopiā, Africā, & Cyprū certū
mē fuit, quā nā mitteret generis huius eminē-
tissim

diffusam, deprehensumq, est documentis plurimis Aethiopicam aut Libycam, palmā tenere. Viridis colore est, non ita acuto, sed nubilo magis & represso, stellis puniceis superspersa. Causa nominis de effectu lapidis est, & potestate. Deiecta in labris aeneis, radios solis mutat sanguineo repercussu, extraque aquam splendorem aëris abijcit, & auertit. Etiam illud posse dicitur, ut herba eiusdem nominis mixta, & praecantationibus legitimis consecrata, cum a quo cūque gestabitur, subtrahat visibus obuiorum. Inter Syrtes, quamuis terra pergentibus, iter Syderibus destinatur, nec aliter cursus patefcit. Nam putris solis faciem aura mutat, & minimo licet vento, tantam diuersitatem flatus efficit, ut subinde euersis sitibus locorum, nulli indicia agnitioni relinquantur: cum modò, quae fuerant eximalis ardua, in Valles residunt, modò quae Vallibus pressa, caetu pulueris aggerantur. Ita etiam continens naturam maris sui patitur. Nec interest ubi potius sint procelae, cum ad exitium Gigantium elementis congruentibus, in terris flabra sauiant, in mari terra. Vtraque Syrtes ducentis quinquaginta millibus passuum separantur: aliquantò clementior, quae minor est. Cneo denique Seruilio, C. Sempronio COS S. inter hac vadosa classem Romanam impune accepimus perfretasse. In hoc sinu Meninx insula post

Minturnenses paludes C. Mario fuit latebra. Sudra Garamantas Psylli fuerant, contra noxium virus muniti incredibili corporis firmitate. Soli morsibus anguium non interibāt, quamvis dente letali appetiti, incorrupta durabant sanitate. Recens etiam editos serpentibus offerebant. Si essent partus adulterini, matrum crimina plecebantur interitu paruulorum: si pudici, probos ortus à morte paterni sanguinis privilegium tuebatur. Sic originis fidem probabāt venenis indicantibus. Sed hac gens interijt à Nasamonibus capta. Neque quicquā aliud præter opinionem de Vestigio nominis sui Psylli reliquerunt. Nasamonstem lapidem Nasamones dant, sanguineum. Vniuersum, nigris venulis adumbratum. In imo recessu Syrtis maioris circa Philanorum aras, Lotophagos fuisse didicimus, nec incertum est. A Philanorum aris non procul palus est, quam Triton amnis influcit. Sibi speculatam se artium deam crediderunt. Maior Sytis ostendit oppidum, Cyrenas vocant, quod Battius Lacedamonius Olympiade quinquagesima, rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam quingentesimo octogesimosexto cōdidit. Quæ domus Calimachi poëta fuit. Et patria. Inter hoc oppidū, Et templum Ammonis: millia passuum quadringenta sunt. Templo fons proximat Soli sacer, qui humoris nexibus humum stringit, favillans

*nullam etiam incespitam solidat. In qua gleba
 non sine miraculo lucus viret Undisque secus a-
 gris arentibus. Illic & lapis legitur, Ammonis
 vocant cornu. Nam ita tortuosus est, & infle-
 xus, Et effigiem reddat cornu arietini. Fulgore
 aureo est. Præsumina formia repræsentare dici-
 tur subiectus capiti incubantium. Et arbor est
 Melopos nomine, ex qua profluit lentus humor,
 quem à loco Ammonsacum nominamus Apud
 Cyrenenses prætere à Syrpe gignitur odoratis
 radicibus, Virgulto herbido magis, quàm arbu-
 sto. Cuius è culmo exudat æstatis tempore pin-
 gue rosidum, idq; pascentium hircorum inhæret
 barbulis: Sibi cum arefactum inoleuit guttis sti-
 riatis legitur ad usum mensarum, vel medela
 magis. Dictum est primum lac Syriacum, quo-
 niam manat in modum lactis, deinde usu de-
 riuante Laser nominatum. Quæ germina ini-
 tio barbarica impressionis vastatis agris, postea
 ob intolerandam vectigalis nimietatem, fer-
 me penitus ipsi accola eruerunt. Cyrenis ab la-
 ua Africa est, ab dextera Aegyptus. à fronte sa-
 num, & importuosum mare, à tergo Barbaro-
 rum varia nationes, & solitudo inaccessa, in-
 cultaq; , & squalens, qua Basiliscum creat,
 malum in terris singulare. Serpens est penè ad
 semipedem longitudinis, alba quasi mistrula
 lineatus caput. Nec hominis tantum, vel alio-
 rum animantium existijs datis, sed terra quo-*

A s que

que ipsius, quam pollicit, & exurit, & obicunt
 ferale sortitur receptaculum. Denique exten-
 guit herbas, necat arbores, ipsas etiam cortu-
 pit auras, ita ut in aëra nulla alitura impa-
 transuolet infectum spiritu pestilenti. Cum na-
 uetur, media corporis parte serpit, media
 durus est, & excelsus. Sibilum eius etiam se-
 pentes alij perhorrescunt. Et cum acceperint,
 gam quaque quoquo possunt, properant, qu-
 quid morfu eius occiditur, non de pascitur fer-
 non attrahat ales. Mustelis tantum vincitur
 quas illinc homines inferunt cavernis in qu-
 bus delitescit. Vis tamen ne defuncto quia-
 deest. Denique Basilisci reliquias amplo festi-
 tio Pergameni copararunt, & ut eadem Apo-
 nis manu insignem nec aranea intexerent, na-
 alites inuolarent, cadaver eius reticulo aurco
 spensum, ibidem locarunt. Circa extremum Sy-
 tium cornu Berenicem civitatem alluit Le-
 aminis, inferna, et putant, exundatione pror-
 pene, & apud pristinos vates latice memor-
 sus obliuionis. Hanc Berenice munus, quæ I-
 lemao tertio fuit nupta, & in maiori Syrtis
 cauit. Omne autem latifundium, quod inter
 gyptum, Aethiopiam, Libyamque diffunditur, qu-
 cunque lucis opacum est, variis implevit Simi-
 rum genus. Nec quisquam offensus nominis
 gnitione grauetur. Enimvero operapretium
 nihil omittere, in quo natura spectanda sit p-

videntia. Vulgus Simiarum in his est, quas passim videmus non sine ingenio amulandi: quos facilius in manus veniunt. Nam dum avidè & eunantium gestus affectant, relicta consultò viscèrè & lingua, quod mendacio factum vident, oculos suos oblinunt. Ita visu obducto, prorsum est eas corripere. Exultant nova luna, tristes sunt cornuto & cauo sydere. Immoderatè factus amant, adeo ut catulos, facilius amittant, quos impendit diligunt, & ante se gestant, quoniam neglecti pone matrem semper harent. Cercopitheci caudas habent. Hac sola discretio est inter prius dictas. Cynocephali & ipsi sunt è numero Simiarum, in Aethiopia partibus frequentissimi. Violenti ad saltum, feri morsu, nunquam ita mansueti, ut non sint magis rabidi. Inter Simias habentur & Sphinges, villosa comis, mammae prominulis, ac profundis, dociles ad feritatis oblivionem. Sunt & quas vocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus iniqua. Callistiches toto penè aspectu à ceteris differunt. In facie barba est, lata cauda. Has capere non est arduum, sed proferre rarum. Neque enim vivunt in altero, quam in Aethiopico, hoc est suo solo.

De Hammanientum gente, deque in ea domibus sale constructis. CAP. XXXI.

Inter Nasamonas & Troglodytas gens Hammanientium est, quas salibus domos extruunt, quos

quos in modum caustum è montibus extrahunt, ad usum adium camentitijs neclant stratis. Tanta ibi huiusce Venae copia est, Et tellus faciant è salinis. Hi sunt Hammanientes, qui commercia cum Trogloditis habent. Carbunculi gemma citra Hammanientes propiores Nasamonibus. Asbysta Lasere viuunt, hoc aluntur, hoc illis dulce est.

De Garamantibus, deque miro apud eodem fonte.

CAP. XXXII.

Caramantum oppidum est Debris fonte. Miro, qui denique alternis vicibus die frigeat, nocte ferueat, ac per eadem Venarum commercia, interdum ignito Vapore astuet, interdum glaciali horrore algescat. Incredibile memoratu, Et tam brevis temporis curriculo natura tam dissonam sui faciat Varietatem. Idq, qui percunctari velit, tenebris inesse fluo, si illi aternam faciem credat. Qui rimetur die brumales scatebras, nunquam aliud existimet, quam perpetuo rigere. Vnde non immerito per gentes Debris inclytz est, cuius aqua ex caelesti Vertigine mutant qualitatem, quamuis controuersa syderum disciplina. Nam cum mundum à calore Vesper temperet, ac Occasu incipit ita incallescere, Et ni tactu abstineas, non xium si contigisse. Rursus cum ortus solis incanduerit, Et radijs feruesacta sint omnia, sic glaciales euomit scaturigines, Et hauriri etiam à si

entibus nequeat. Quis ergo non stupeat
 m, qui friget calore, calet frigore? Garamā
 regionis caput est Garamana, ad quam i-
 u inextricabile fuit, & inuium. Nam la-
 puteos arenis operiebant. Et temporaria
 e subductis aquis in fame & siti iter sub
 ret accessus viātiū. Sed Vei' asiano prin
 ello quod cum Ocensibus gestum est, diffi-
 hac dissoluta est compendio s'iatij breuior-
 erto, Garamantas Cornelius Baubus sub
 & primus ex hac victoria triumphauit.
 us sanè de externis, & ipote qui Gadibus
 us, accessit ad gloriam nominis triumphā
 rmentz gentis istius obliquis cervicibus
 antur. Nam si recta ad pastum ora diri-
 fficiunt prona in humum cornua, & ob-
 Ex parte qua Cercina est, accepimus Gau-
 sulam, in qua serpens neque nascitur, ne-
 iust inuecta. Propterea iactus ex ea quo-
 e gentium pulvis arcet angues. Scorpiones
 iactus illico perimit.

Aethiopia, de eius regionis hominum
 scœnis moribus, ac eorundem homi-
 monstrosis formis. De Draconibus,
 iræque naturæ ibidem feris aliis. De
 nnamomo aromate, deque Hiacintho
 ide.

CAP. XXXIII.

Ethiopes, & Atlantica gentes Nigri
 flumine diuisuntur, quam partem pu-
 rant

tat Nilī. Sic papyro viret, sic calamo prætexit
 animalia eadem edit, iisdem temporibus exi-
 dat, intra ripas tunc quoque redit, cum com-
 tus est alveo suo Nilus. Garamantici Aethio-
 matrimonia priuatim nesciunt: sed omnib;
 Vulgò in Venere licet. Inde est, quòd filios m-
 tres tantum recognoscunt. Nam paterni non
 nis nulla reuerentia est. Quis enim Verum p-
 trem noverit in hac luxuria incesti lasciuie
 tis? Eapropter Garamantici Aethiopes inter
 omnes populos degeneres habentur: nec imme-
 tò, quia afflictacastitatis disciplina, successio-
 notitiam ritu improbo perdiderunt. Nomen
 zhiopum latè patet. In parte Africana, qua
 roën videt Libya, plurima eorum sunt &
 ria nationes. Harum è numero Nomades C-
 nocephalorum lacte viuunt, Syrbotæ longi su-
 ad pedes duodecim. Asachæ captos Venatib;
 Elephantos deuorant. Apud Sambros nulla
 aurita quadrupes, nec Elephantis quidem. F-
 proximi summam regia potestatis cani tr-
 dunt: de cuius motibus quidnam imperitet,
 gurantur. Maritimos Aethiops quaternos
 culos dicunt habere. Sed fides alia est, illa den-
 que, quòd & vident plurimum, & manifest-
 simè destinant iactus sagittarum. Occidente
 Versus Agriophagi tenent, qui solas Panther-
 rum & Leonum carnes edunt, rege praditi,
 in fronte oculus vnus est. Sunt & Pamph-

gi, quibus escæ est quicquid mandî potest, & omnia fortuito gignētia. Sunt & Anthropophagi quorum mores Vocamen sonat. Cynamolgos aiunt habere caninos rictus, & prominula crura. Arthabathita, proni, atque quadrupedes, nec secus ac fera, sine sedibus euagantur, Confines Mauritania certo tempore locustas terrestres legunt, duratæque salsugine in præsidium Vita solas habent. Sed ex illis quadragesimum anni annum nullus supergreditur. Ab Oceano isto ad Meroën, quam insulam amplexu primo Nilus facit, millia passuum sunt sexcenta viginti. Ultra Meroën super exortum solis Macrobiæ Aethiopes vocantur. Dimidio enim eorum potensior, quam nostra Vita est. Hi Macrobiæ iustitiam colunt, amant aequitatem, plurimum valent robore, præcipua decent pulchritudine, ornantur are, auro vincula faciunt noxiorum. Locus apud eos est Heliutrapeza opiparis epulis semper refertus, quibus indiscretè omnes vescuntur. Nam & diuinitus eas augeri ferunt. Est & ibidem lacus, quo perfusa corpora velut olconitescunt. Ex hoc lacu potus saluberrimus. Sanè adeò liquidus est, ut ne caducas quidem vehat frondes, sed illico folia lapsa ad fundum demittat laticis tenuitate. Ultra hos deserta inhumanaeque solitudines adusque Arabicos sinus. Deinde in ultimis Orientis monstrosa gentium facies. Alia
sive

sine naribus equali totius oris planicie informes habent vultus. Alijs concreta ora sunt, modicoq; tantum foramine calamis auenarum passus hauriunt. Nonnulla linguis carent, in vice sermonis stantes nutibus motibusq;. Quadā ex istis nationibus ante Ptolemaum Lathyrium regem Aegypti incognitum habuerūt ignis usum. Aethiopia omnis ab Oriente hyberno ad Occidentem hybernum tenet. Quicquid eius est sub meridiano cardine lucis nitet. Qui maxime viret hyeme, à meridiana parte mōs editus mari imminet, ingenuo igne per aeternum feruidus, & in quiete ingis flagrantibus: inter quae incendia iugis aestus, Draconum magna copia est. Porro veris Draconibus ora parua, & ad morsus non dehiscencia, sed arcta fistula, per quas & trahunt spiritus & linguas exerunt. Quippe non in dentibus vim, sed in caudis habent, & Verbere potius quàm rictu nocent. Exciditur è cerebris Draconum Draconitēs lapis, sed lapis non est, nisi detrahatur viventibus. Nam si obeat prius serpens, cum anima simul evanescit durities soluta. Vsu eius Orientis reges praecipue gloriantur, quamquàm nullum le nocinum artis admittat soliditate: & quicquid in eo nobile est, non manus faciunt, nec aliterius quàm natura candor sit quo reluceat. Author Sothacus gemmam hanc etiam sibi visam scribit, & quibus intercipiatur modis, edoce t.

et. Præstantissimi audacia Viri explorant
 minium foueas, & receptus: inde præstolati
 præstolati exeuntes, præteruectisq; percitis cur
 us obijciunt gramina medicata, quantum po
 ad incitandum soporem, Itz somno obso
 nis, è capitisbus defecāt lapides, & de manu
 præcipitis ausi, prædam reuehunt temeri
 is. Qua locorum Aethiopes tenent, feris ple
 sunt, è quibus quā Nabin vocāt, nos Came
 rdalim dicimus, collo equis si nilē, pedibus
 ulis, capite camelino, nitore rutilo, candidis
 culis superspersa. Hoc animal Roma Circē
 us dictatoris Caesaris primum publicatum,
 lem ferme tēporibus illinc exhibita mōstra
 t, Celphos appellant quorū posteriores pedes
 re & Vestigio humanos artus mentiūtur:
 res perinde hominū manus referunt: qua
 nē à nostris non amplius quā semel visa
 st. Ante ludos Cnei Pōpeij Rhinocerotz Ro
 ma spectacula nesciebat, Cui bestia color bu
 us, in naribus cornu vnicū, et repandū, quod
 inde atritū cautibus, in mucronē excitat,
 q; aduersus elephantos præliatur, par ipsis
 pē longitudine, breuior cruribus, naturalis
 o alium petēs, quam solam intelligit iētibus
 is peruiam. Iuxta Nigrin flumini Catoblepa
 scitur, modica, atq; iners bestia, caput præ
 ue agrē ferens, aspectu pestilenti. Nā qui in
 los eius offenderint, protinus Vita exeunt.

B

Formæ

Formica ibi ad formam canis maximi: aeneas aureas pedibus cruunt, quos leoninos habent: quas custodiunt ne quis auferat, captantesq; ad necem persequuntur. Eadem Aethiopia mittit: Lycæone. Lupus est cernice subatus, & tot modis Varius, ut nullū illi colorem dicant abesse. Mittit & Tarandum boum magnitudinis, bisulco Vestigio, ramosis cornibus, capite cernino, & rino colore, & pariter Villo profundo. Hūc Tarandum affirmant habitum metu Vertere, & cūm delitescat fieri assimilem cuiusq; rei proximauerit. siue illa saxo alba sit, seu fruteto virens, siue quā aliam praeferat qualitatem. Faciunt hoc idē in mari Polypus, in terra Chamæleontes. Sed & Polypus, & Chamæleō glabra sunt, & pronus est cutis leuitate speculi modo proximatiā amulari. In hoc nouū est, ac singulare, hirsutiā pilis colorum vices facere. Hinc euenit. Et difficulter capi possit. Aethiopicis lupis proprium est, quod in saltando ita nisus habent alitis, ut non magis proficiāt cursu, quā in metu, homines tamē nunquā impetunt. Bruma comati sunt, astate nudi, Thoa vocāt. Hystrix quoq; inde loci frequētissima, erinacijs similis spinis tergū hispida, quas plerunq; laxatas iaculatione emittit voluntaria, et assiduis aculeorū nimbis canes vulneret ingruentes. Illius cæli ales est Pegasus. Sed hac ales equinū nihil prater aures habet. Tragopa quoque avis maior

*maior aquilis, cornibus arietinis proferens armatum caput. Aethiopes legunt Cinnamonum. Id frutetū situ breui nascitur, ramis humilibus & represso nunquā ultra duas vlnas altitudinis. Quod gracilissus prouenit, eximius magis ducitur. Quod in crassitudinem extuberatur, dessectus est. Verū legitur per sacerdotes hostijs prius casis: Quae cum litauerint, obferuatur, & mensis nec ortum solis anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet, sarmen-
 torum acervos hasta diuidit, quae sacrata est in hoc ministerium. Atque ita portio manipu-
 lorum soli dicatur: quae si iuste diuisa est, fonte incenditur. Inter hac quae diximus, nitore caruleo Hyacinthus inuenitur, lapis pretiosus, si quidem inculpabilis inueniatur. Est enim vitij non parca obnoxius: Nam plerūq; aut violatio diluitur, aut rubilo obducitur, aut albicantius in aquaticū eliquescit. Optimus in illo tenor, si nec densiore fūco sit obtusior, nec propensa perspicuitate detectior, sed ex utroq; temperamento lucis & purpura moderatū suauiter fluore trahat. Hic est qui sentit auras, et cū cælo facit mutationē: nec aqualiter rutilat, cū aut nubilosus est, aut seren⁹ dies. Præterea in os missus, magis friget. Sculpturis certè minimè accommodat⁹, & q̄ attritū respuat. Nec tamē penitus inuictus est. Nā Adamante scribitur et notatur Vbi Hyacinthus, ibi et Chrysolampis apparet.*

B 2 quem

quæ lapidæ lux celat prodit obscurû. Hac enim est in illo diversitas, ut nocte igneus sit, die palidus. Ex ipso sumimus Hamatitem rubore sanguineo: ac propterea Hamatites vocatus.

Mira de intimis gentibus Libyæ, de lapide Hexecontalitho. CAP. XXXIII.

Quod ab Atlante adusque Canopitimum ostium panditur, ubi Libyæ finis est. Et Aegyptium limen, dictum à Canopo Menelai gubernatore ibi sepulto. In ea insula, quæ ostium Nilus facit gentes tenent dissona, qua in auiæ solitudinis secretum recesserunt. Et his Atlantes ab humano ritu prorsus exulant. Nulli propriis vocabulis, nulli speciale nomen. Diris solis ortus excipiunt, diris occasus prosequuntur: Et siquid, in diu, torrentis plaga sydere, oderunt deum lucis. Affirmant eo somnia non videre, Et abstinere penitus ab animalibus vniuersis. Troglodyta specus excavant, illis teguntur. Nullus ibi habendi amor, à diuitiis paupertate se abdicarunt voluntaria. Tantum lapide vno gloriatur, quem Hexecontalithon vocant, tam diuersis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in parua eius orbiculo deprehendantur. Omnes isti carnibus viuunt serpentum: ignarique sermonis strident potius, quam loquuntur. Augyla vero solos colunt inferos. Pœrnas suas primis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt patere. Mox ad perpetuam pudicitiam legibus stringunt seuerissimis.

*Gamphasantes abstinent praelijs, fugiunt
mercata, nulli se externo misceri sinūt. Blē-
as, sed non eos, qui vicina Rubro mari inco-
t, credūt truncos nasci parte, qua caput est,
tamen & oculos habere in pectore. Satyri de
minibus nihil aliud praferunt, quàm figu-
ri. Aegyptanes hoc sunt, quod pingi videmus.
matopodes flexis nrisibus crurum repunt po-
s quā incedunt, & pergēdi usum lapsu ma-
destināt, quā ingressu. Pharusi cū Hercu-
d Hesperidas pergenti forent comites, itine
radio hic resederunt. Haetenus Libya.*

*De Aegypto, de Nili fluminis origine,
umento, ostiis. De Api boue. De Cro-
codilis. Trochilo aue, Scincis. Hippopo-
amis, Ibide aue. De miris Aegypti ar-
poribus. De Alexandria. De pyrami-
libus.*

CAP. XXXV.

*Egyptus à Meridie introrsus recedit,
quoad praeendant Aethiopes. A tergo
riorē eius partē Nilus circūfluit, qui scissus
oco cui Delta nomē est, ad insula faciē spa-
ampletitur interna, & incerto penē fon-
decurrens proditur, ut loquemur. Originē ha-
à monte inferioris Maurstania, qui Ocea-
propinquat. Hoc affirmant Punici libri, hoc
à regem accepimus tradidisse. Igitur proti-
lacū efficit, quē Nilus dē dicunt. Nilum au-
iam inde esse coniectāt, quòd hoc stagnum.*

B 3 herbas

verbas, pisces, belluas nihilominus procreet,
 quàm in Nilo videmus: Ac si quando Maure-
 tania, unde ei origo est, aut niuibz desioribus,
 aut imbribus largioribus irrigatur, inde incre-
 mētē exandationis in Aegypto augeātur. Sed
 effusus hoc lacu arenis sorbetur, et cuniculis ca-
 cia absconditur: deinde in Casariēsi specu prorū-
 pens amplior, eadē indicia praefert, quā in exor-
 tu notauimus. Rursus q̄z subsidit, nec se prius
 reddit, quā in post interualla itineris extēti com-
 tingat Aethiopas. Vbi exit, Nigram facit flu-
 uium, quē suprà diximus terminū esse limitis
 Africani, Astapum eum indigetes vocant, sci-
 licet aquā ē tenebris profluentem. Multas ma-
 gnasq̄z ambit insulas. Quarū pleraq̄z sunt tam
 diffusa, & vasta magnitudinis, ut vix eas die-
 rum quinq̄z cursus pratermeet, quāuis cōcitus
 ibi feratur. Nobilissima earū est Merq̄, circū
 quā diuisus dextro aueo Astusapes, lauo Asta-
 bores nominātur. Tunc quoq̄z emensus magna
 longinquaq̄z loca, cūm primum occurrentibus
 scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur
 inter obiecta rupis, ut rucere potius, quā ma-
 nare credatur. Demumq̄z à Cataractē ultimo
 tutus est. Itz enim quadā claustra eius Aegy-
 ptū nuncupant. Relicto tamen hoc pone se nomi-
 ne, quo Siris vocatur, mox ineffensus meat, Se-
 ptem ostijs cōditur, in Meridiem versus excipi-
 tur Aegyptio mari. Ignari syderum, vel locorū
 Varias

rias de excessibus eius causas dederūt. Alij
 ermant Etesias nubiū densitatē illō cogere,
 de amnis hic auspicatur, ipsumq; fontē super
 humore sublatū, tantā inundationis habere
 stantiā, quantū pabuli ad liquorem nubila
 ministrauerint. Ferunt alijs, quod Ventoriū
 tibus percussus, cum fluore solida Velocita
 non queat promovere, aquis in arcto luctan
 us intumescat: Et quanto impensius contro
 si spiritus repugnauerint, tanto excelsius
 lumari in altitudinis Vertices percussam
 ritatem, quando nec solitus extenuet cursus
 eū, Et stipato iam flumine, Venis originali-
 torrentiū pondera supernueniāt. Ita concor-
 diolentia, hinc Vrgentis elemēti, hinc resistent
 Vndis exultantibus, molē colligi, qua exces-
 facit. Nonnulli affirmāt fontē eius qui Phia
 vocatur Syderū motib⁹ excitari, extrahēq;
 dijs cadentibus caelesti igne suspendi, non ta-
 n sine certa legis disciplina, hoc est, lunis cæ-
 litibus. Verūm omnē excessus originē de sole
 ri primāq; exultantiā tumoris concipi, cum
 r Cacrū sol Vehatur. Postmodū triginta eius
 rtibus euolutis, Vbi ingressus Leonem, ortus
 rios excitauerit, propulso omni fluore tantam
 m amnis erūpere. Quod tēpus Sacerdotes na-
 lem mundi iudicariūt. id est, tertiū decimum
 lendas Augustas, Et Vndecimum diem. De
 de reuocari exitus Vniuersos, cum in Virgi-

B 4 nem

nem transeat, penitusq; intra suas ripas capere, cum Librà sit ingressus, Hoc etiam addunt, pariter cum nocere, siue abundantius exastuet, siue parcius, quãdoquidẽ exiguitas minimum fecunditatis apportet, propensior copia disutur no humore culturam moretur. Maximos enim exitus cubitos duodeviginti consurgere, iussissimos sedecim temperari. Nec in quindecim abesse prouentus fructuarios, sed quicquid intra sit famẽ facere. Dant illi etiã hoc maiestatis, Ut portendat futura, argumentãtes, quãdoquidem Pharsalico bello non fuerit egressus quinque Slnas. Iam illud palam est, quod solus ex amnisbus Vniuersis nullas expiret auras. Ditio nis Aegyptia esse incipit à Syene, in qua fines Aethiopum, & inde vsquedum mari intimitur, Nili nomen tenet, inter omnia qua Aegyptus habet digna memoratu, præcipuẽ bouem mirantur, Apim vocant. Hunc instar colunt numinis, insignem nota alba macula, qua dextro eius lateri ingenerita, corniculantis luna refert faciem, Statutu cui spatiũ est, quod Ut affuit profundo sacri fontis immersus necatur, ne diẽ longius trahat, quãm licebit. Mox alter, nec sine publico luctu, requiritur, quẽ repertum centũ antislites Mæphim prosequuntur, Ut incipiat sacris ibi initiatus, sacer fieri, Delubra, quibus succedit aut incubat, mysticẽ thalamos nominat. Dat omnia manifestatia de futuris:

illud

illud maximū, si de consulentium manu cibū capiat. Deniq, auersatus Germanici Caesaris de xtram, prodidit ingruētia, nec multo post Caesar extinctus est. Pueri Apim gregatim sequuntur, & repente velut lymphatici vritura praeiungunt. Bos illi femina ostenditur in anno semel, & ipsa non absq, certis insignibus, quae atq, inuenta, & oblata est, eadē die statim neci datur. Apis natalē Memphitici celebrāt iactū aurea patera, quā proijciunt in Nili gurgitem. Hac sollemnitas per dies septē agitur. Quibus diebus cū sacerdotibus quasdam Crocodili inducias habent, nec attrectāt lauantes. Verū octauo die ceremonijs iam peractis, velut redditae sauiendi licentia, soltā resumūt atrocitatem. Crocodilus malū quadrupes & in terra, & in flumine pariter valet, lingua non habet, maxillā mouet superiore, Morsus eius horribili tenacitate conueniūt, stipāte se dentium serie pectinatim. Plerunq, ad viginti & duas magnitudinis coalescit. Qualia anseres edit oua. Metatur locū nido naturalis prouidentia, nec alibi factus praeiungit, quam quō crescentis Nili aqua non possunt peruenire. In partu fouēdo mas, & femina vices seruāt. Prater hiatū oris, armatus est etiā vnguim immanitate. Noctibus in aqua degit, per diē humi acquiescit. Circundatur maxima cutis firmitate, in tātum & ictus quouis tormento adactos tergo repercutiat.

-B 5 Troc

Trochilos avis parvula est: ea dum redun-
 escarum affectas, os bellua huiusce paulatim
 scalpit, & sensim scalpurigine blandiēte aditū
 sibi in &sq; fauces facit. Quod Exhydreas cōspi-
 catue alterū Ichneumonū genus penetrat bel-
 lūa, populatisq; vitalibus, erosa exit aluo. Est
 & Delphinū genus in Nilo, quorū dorso ser-
 ratas habent cristas. Hi Delphines Crocodilos
 studio eliciunt ad natandū, demersi q; astu fran-
 duleto tenera Ventrū subternantes secāt, et
 interimūt. Prætereā habitāt in insula Nilū ho-
 mines forma perexigui, sed audacia eo &sq;
 praditi, ut Crocodilis se offerāt obuios. Nā hac
 mōstra fugiētes insequūtur, formidāt resistētes
 Ergo capiūtur, subacti q; etiā intra aquas suas
 seruiūt, & perdomiti metu ita obsequūtur, ut
 immemores atrocitatis, Victores suos inequitā-
 tes dorso vehāt. Hāc ergo insulā, et hāc gentem
 ubicūq; indicio odoris persēserint, procul fu-
 giunt. In aqua obtusius vidēt, in terra acutissi-
 mē. Hyeme nullū cibū capiunt, quinetiā qua-
 tuor mēses à captu bruma inedia exigūt. Scin-
 ci quoq; circa Nilum frequētissimi, Crocodilis
 quidem similes, sed modica forma, et angusta.
 Verūm ad opē salutarē non qualibet necessarij.
 Medētes quippe ex ipsis pocula inficiunt, qui-
 bus & stupor nervorū excitetur, et Veneni vis
 extinguatur. Hippopotamus in eodē flumine,
 ac sōlo nascitur, equino & dorso, & iuba, &

hūm

hincitu, rostra resupino, Ungulis bifidis, aprinis
 dentibus, cauda tortuosa. Noctibus segetes de-
 pascitur, ad quas pergit auersus astu dolofo, Et
 fallente vestigio, reuertenti nulla ei insidia pra-
 parentur. Idem cum disceditur nimia satietate,
 arundines recēs casus petit, per quas tandem ob-
 uersatur, quo ad stirpiū acuta pedes vulnerent,
 Et proflusio sanguinis leuetur sagina. Plagam
 deinde cano oblimet, Et squedū vulnus conduca-
 tur in cicatricem. Hippopotamos, Et Crocodilos
 primus Romam Marcus Scaurus inuexit. Cir-
 ca easdem ripas ales est Ibis. Ea serpentum po-
 pulatur ova, gratissimāq; ex his escā nidis suis
 defert. Sic rarefcunt proventus futuū noxiorū.
 Nec tamen aues ista tantum intra fines Aegy-
 ptios prosunt. Nam cū Arabica paludes perma-
 torum anguīū mittunt examina, quorū tā citū
 virus est, Et morsum antè mors, quàm dolor
 insequatur, sagacitate, qua ad hoc valent, aues
 excitata, in procinctū eunt vniuersa, Et prius,
 quàm terminos proprios externum malum va-
 stet, in aëre occursant cateruis pestilentibus: ibi
 agmen deuorant vniuersum. Quo merito sacra
 sunt, Et illasa. Ore parant. Nigrae solum Pelus-
 suum mittit, reliqua pars candidas. De arbori-
 bus, quas sola fert Aegyptus, praeipua est ficus
 Aegyptia, folijs moro comparanda: poma non ra-
 mis tantū gestitans, sed Et caudice. Etque adeo
 fecunditatis sua angusta est, Et vno anno septies
 fructum

fructum sufficiat. Vnde pomum decerpseris; alterum sine mora protuberat. Materia eius in aqua missa subsidit: deinde cum diu desederit in liquore, leuior facta sus tollitur: Et Versa vice, quod natura in alio ligni genere non recipit, fit humore sicca. Palma quoque Aegyptia discenda res est, proprie Adiposus vocatur. Et dici oportuit: eaq; gustata arcet sitim. Odor eide, qui Et malis Sydonijs. Sed demum sitim sedat, si prius, quam maturuerit decerpatur. Nam si matura sumatur, sensum intercipit, gressum praepedit, linguam retardat, obsessisq; officijs metis Et corporis, imitatur vitium ebrietatis. Aegyptium limitem, quae ad Delta caumen tendit, incolunt populi qui momentum quo reparari mundum ad motus ferunt annuos, hoc studio deprehendunt. Eligitur sacer lucus, in quem compellunt animalia diuersissimi generis. Ea, ubi ad statutum modum caelestis Vertigo prouecta est, sensus suos significationibus produnt, quibus possunt. Alia Glulant, alia mugiant, quaedam stridunt, quaedam rugiunt, non nulla simul confugiunt ad volutabra. Hoc argumentum illis est magisterium ad iudicium temporis deprehendendi. Ferunt iidem populi à primis sibi gentis suae auis traditum, ubi nunc Occasus est, quondam ibi Ortum solis fuisse. Inter Aegyptias Urbes numero portarum Thebae nobiles, ad quas commercia Arabes Undiq; gentium

subuehant. Hic regio Thebaica Abydos,
 ipsa nobilis olim Memnonis regia, nunc Oly
 is fano excolta. Alexandriam & operis
 magnitudo, & author Macedo nobilitat.
 am metatius Dinocrates Architectus, se-
 dum post conditorem inter memorabilia lo-
 fortitus est. Condita autem Alexandria
 duodecima centesimaq; Olympiade, L. Pa-
 so Spuriij filio, C. Patilio Caij filio consulibus
 manis, haud longè ab ostio Nilis fluminis,
 d. Heracleoticon alijs, alijs Canopicon appel-
 t. Est & Pharos, colonia à Cesare dictatore
 ducta, ex qua facibus accensis nocturna diri-
 ur navigatio. Nam Alexandria insidioso ac
 u aditur, fallacibus vadis, cæco mari, tri-
 q; tantum canalibus admittit navigantes,
 amo, Posidonio, Tauro. Hinc igitur in porti-
 machinas ad prælucendi ministerium fa-
 catas, Pharos dicunt. Pyramides turres sunt
 Aegypto, fastigiata ultra celsitudinem o-
 nem, qua fieri manu possit. Itaq; mensuram
 brarum egressa, nullas habent umbras. Nunc
 Aegypto promoueamus stylum.

e Arabia, & in ea ture, & myrrha. De
 Phoenice, ac Cinnamolgo auibus. De-
 que Arabum moribus. De lapidum pre-
 tiosorum generibus. CAP. XXXVI.

Ultra Pelusiacum ostium Arabia est, ad
 Rubrum pertinens mare, quod Erythraë
 ab

ab Erythro rege, Persei & Andromeda filiorum
 non solum à calore appellatum Varro dicit, qui
 affirmat in littore maris istius fontem esse, quod
 si oues biberint, mutant Vellerum qualitatem,
 & antea candida amittant quod fuerint &sq;
 ad haustum, ac fuluo postmodum nigrescant co-
 lore. Rubri autem maris Arsinoë oppidum. Ve-
 rum hac Arabia procedit ad usq; illam odorife-
 ram, & diuitem terram quam Catabunes &
 Scenita tenent. Arabes nobiles monte Casio.
 Qui Scenita causam nominis inde ducit, quod
 tentorijs succedunt, nec alias domos habet. Ipsa
 autem tentoria cilicina sunt, ita nuncupant &
 lamenta è caprarum pilis texta. Præterea car-
 nibus scillis prorsus abstinent. Sanè hoc ani-
 malis genus, si inuictum illo fuerit, moritur il-
 lico. Hanc Arabiam Greci εὐδαίμωνα, nostri
 Beatam nominauerunt. Habitat in colle manu
 facto inter flumen Tigrin, & flumen Eulam,
 quod ortum à Medis tam puro sinore inclytum
 est, ut inde omnes reges non alias quàm eius a-
 quas bibant. Eudemonem non frustra cognomi-
 natam hinc capeffas, quod præter odores, quos
 creat plurimos solatus mittit, nec tamen vni-
 uersa. Nā in medio eius sunt Atramita pagus
 Sabæorum, à qua octo mansicnibus regio turise-
 ra à sterminatur. Arabia appellata est, id est,
 sacra. Hoc enim significari interpretantur. Vir-
 gulta hæc non sunt publica, sed, quod inter Bar-
 bares

baros nonum, in ius posterorum per successiones
transferunt familiarum. Ergo quicūq; domina-
tum istius tenent nemoris, Arabicè sacri vocā-
tur. Idem illi cum lucos istos vel metūt, vel in-
cidunt, non funeribus interfunt, non congressio-
nibus feminarum polluuntur. Hanc arborem
prius quam penitus fides proderetur, alij len-
tisco; alij terebintho comparabant, &que dum
libris quos Iuba rex scripsit ad Casarem Augu-
sti filium, palam fieret, intorto eam esse vimine,
ramis, aut Aceris qualitate, Amygdala modo
succum fundere, incidi ortu Canis flagrantissi-
mis solibus. In iisdē saltem myrrha provenit,
cuius radices & vitium rastris proficiunt, abla-
queationibus gaudent. Nudata pinguiore fluūt
lachryma. Sponte manant pretiosior ex ea su-
dor est: elicitus corticis vulnere, visior indusca-
tur. Cortex in vertiginem flexus, & spinis hispi-
dus: folium licet crispius, oliva tamē simile. Ma-
xima altitudine extollitur ad quinque cubita
proceritatis. Arabes sarmentis eius ignes fo-
uent, quorum fumo satis noxio, nisi odore crema-
ti Storacis occurrant, plerumque insaniabiles
morbos contrahunt. Apud eosdem nascitur avis
Phœnix, aquila magnitudine, capite honora-
to, in cœnum plumis extantibus, cristatis fauci-
bus, circa colla fulgore aureo, postera parte pur-
pureo, absque cauda, in qua rosæ pennæ ca-
ruleæ interscribitur nitor. Probatum est qua-
dra

draginta & quingentis eum durare iam
 Rogos suos struit Cinnamio, quos prope Pan-
 iam concinnat, in solis Urbē strue altari-
 bus perposita. Cum huius Vita, magni anni fieri
 uersionem, rara fides est inter authores, quā
 plurimis eorum magnum annum non quin-
 tis & quadraginta, sed duodecim millibus
 ningen- tis quinquagintaquatuor annis cōsi-
 dicant. Quanto itaq; Plautio, & Sextio P.
 nio consulibus. Aegyptum Phœnix inuolassai-
 ptusq; anno octingentesimo Urbis condita, in
 Claudij principis in comitio publicatus est. Q-
 gestum præter censuram qua manet, actis
 Urbis continetur, Cinnamolgus perinde Ara-
 auis in excellentissimis lucis textit nidos è j-
 ticibus Cinnamorum: ad quos quoniam non
 peruenire propter ramorum altitudinē, & j-
 gilitatem, accola illas congeries plumbatis
 sunt iaculis, deiectasq; pretijs vendunt am-
 ribus, quod hoc Cinnamum magis quàm a-
 mercatores probent. Arabes longè lateq; di-
 si, diuersis moribus viuunt, & culeibus. Pl-
 mis crines intonsi, mistrata capita, redimit-
 ri. pars raso in cutem barba. Comer- ciji stu-
 aliena non emunt, vendunt sua. Quippe &
 nis, & mari diuites. Umbra, qua nobis dex-
 sunt, illis sinistra. Pars eorum, quibus asper-
 victus, angues edunt: nulla illis vel animi,
 corporis cura, ac propterea à quopā yoi nomin-

Ex istius littoris sum, Polycrati regi adue-
 Sardonyx gemma, prima in orbe nostro lu-
 a excitauit facem. Nec multum de ea disse-
 dum puto, adeo Sardonyx in omnium venit
 tiam. Superficies eius probatur, si meracius
 eat: arguitur, si fuerit feculentior, si medie-
 circuitur limite candicante. Optima est, si
 colorem suum spargat in proximū, nec ipse
 altero mutuetur. Reliqua nigro finiuntur.
 si traluceat, vitio vertitur: si perspicuita
 arceat, proficit ad decorem. Et Molochiten
 abs inuenit, virentem crassius quā Sma-
 lus, contra infantum pericula ingenta vi-
 rentem. Inuenit & Iridem in mari Rubro,
 Crystallum sexangulatam, qua radijs ieta
 rutilo aëris repercussu, caelestis arcus ex se
 speciem. Androdamantem ydem legunt
 abes, nitoris argentei, lateribus aqualiter
 dris, quem de Adamante nonnihil mutua-
 putes. Datū illi nomen ex eo censent quod
 morum calentium mollis impetus, & tumē
 refranat iras. Paderotem etiam Arabicum
 e sumimus. Arabica aspectu cburnea est,
 i abnsuit. Contra neruorum molestias pro-
 habentibus. In Paderote congruit quic-
 d extremum est, quadam decoris prerogati-
 Crystallinum lucet, rubet purpuram in ora-
 extimis corona crocea. Velut è liquido remi-
 . Hac suauitate oculos affi- it, visum illicet,
 C detinet

detinet intuentes, hac etiam gratia Indis placet. Hoc Arabia sat est, hinc ad Pelusium repatriemus.

De Casio monte. De Pompeii Magni sepulchro. Deque Ioppe oppido.

CAP. XXXVII.

A Pelusio Casius mons est. Et delubrum Iovis Casij, atque ita Osiracina locus Pompeii Magni sepulchro inclutus. Idumaea inde incipit palmarum opima. Deinde Ioppe oppidum antiquissimum orbe toto, et potest ante inundationem terrarum conditum. Id oppidum faxum ostendit, quod Vinculorum Andromeda Vestigia adhuc retinet, quam expositam bellua non irritus rumor circumtulit. Quippe ossa monstris illas M. Scaurus inter alia miracula in adulescentia sua Roma publicavit. Annalibus nota res est. Mensura quoque Geracibus libris continentur, scilicet quod lectissimum longitudo excesserit pedes quatuoraginta, excelsitas elephantis fuerit Indicus eminentior. Porro Vetriculiissima ipsius latitudine semipedem sunt supergressi.

De Iudaea, & in ea de fluminibus, & lacubus. De Balamo. De Sodomo, & Gomorro De Elxenis gentibus.

CAP. XXXIII.

Iudaea illustris est aquis, sed natura non eadem aquarum omnium. Iordanis amnis eximia suavitatis. Penetrate fonte demissus, regiones

gignes præterfluit amantissimas, mox in Asphaltitem lacum mersus stagno corrumpitur. Qui Asphaltites gignit bitumen. Animal non habet, nihil in eo immergi potest. Tauri etiam Cameliq; impunè ibi stuant. Est & lacus Genesara extensus passuum sedecim millibus, circumseptus Urbibus plurimis, & celebris, ipse par optimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus antepositur salubris ingenio haustu, & ad sanitatem & su efficaci. Iudæa caput fuit Hierosolyma, sed excisa est. Successit Hiericus, & hac desijt caput esse. Artaxerxis bello subacta. Callirhœ Hierosolymis proximus fons, calore medico probatissimus, & ex ipso aquarum præconio sic vocatus est. In hac terra tantum Balsamum nascitur, quæ sylva intra terminos viginti iugerum & que ad Victoriæ nostram claudebatur. At cum Iudæa potius sumus, ita luci illi propagati sunt, ut iam nobis latissimi colles sud:nt Balsama. Similes vitibus stirpes habent, mallecollis digeruntur, rastro mtescunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus folijs sempiterno inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum ferro, sine mora moritur. Eapropter aut vitro, aut cullellis offeis, sed in solo cortice artifice plaga vulneratur, ex qua eximia suavitatis gutta manat. Post lachrymã secundum in pretijs locum poma obtinent, cortex tertius, <imus bonos is-

gno. Longo ab Hierosolymis recessu tristis finis
 p̄aditur, quem de cælo tactum testatur huius
 nigra, & in cinerē soluta. Duo ibi oppida, So-
 domum nominatū alterum, alterum Gomorriū.
 Apud quæ pomū gignitur, quod habeat speciem
 licet maturitatis, mandi tamen non potest. Nā
 fuliginē intrinsecus farullaceam ambitro tan-
 tum extrema cutis cohibet, quæ hac levis tactu
 pressa fumum exhalat, & fathiscit in vagum
 pulverem. Interiora Iudæa quæ occidentem cō-
 tinentur, Essani tenent, qui præditi memorabili
 disciplina, recesserunt à ritu gentium Univer-
 sarū, maiestatis (Ut reor) providentia ad hunc
 morem destinati. Nulla ibi femina. Venere se
 penitus abdicarunt. Pecuniam nesciunt. Pal-
 mis v̄sclitant. Nemo ibi nascitur, nec tamē de-
 ficit hominum multitudo. Locus ipse additus
 pudicitia est. Ad quem plurimi licet v̄ndiq; gen-
 tium properent, nullus admittitur, nisi quem
 castitatis fides, & innocentia meritum profe-
 quatur. Nam qui reus est vel levis culpa, quā-
 vis summa ope adipisci ingressum velit, divini-
 tus summonetur. Ita per immensum spatium se-
 culorum (incredibile dictū) aterna gens est ces-
 santibus puerperijs. Engadda oppidū infra Es-
 sanos fuit sed excisum est. Verū inlytis ne-
 moribus adhuc durat decus, lucisq; palmarum
 eminentissimis nihil vel auro vel bello deroga-
 tum. Iudæa terminas Massada castellum.

De

De Scythopoli oppido, & monte Casio.

CAP. XXXIX.

TRanseo Damascum, Philadelphiam, Raphanam. Scythopolis primos incolae, & authorem dabo. Liber pater cum humo nutritor tradidisset, condidit hoc oppidum, & sepultura titulum etiam verbis manibus ampliare. Incole deerant: è comitibus suis Scythas delegit, quos & animo firmaret ad promptam resistendam violentiam, praeiunctum loci nomen dedist. In Seleucia alter Casius mons est Antiochia proximus, cuius è vertice vigilia adhuc quarta conspicitur globus solis. & brevis corporis circumacti radijs caliginem dissipantibus, illinc nox, hinc dies cernitur. Talis è Casio specula est, & lucem prius videas, quam auspicietur dies.

De Euphrate & Tigride fluminibus, deque variis gemmarum generibus.

CAP. XL.

EVphratem maior fundit Armenia, ortum supra Zimaram sub radicibus montis, quae Caposen accola nominant, Scythis proximum. Hic receptis in se aliquot annibus conualescit, & stipatus connexus aquis, luctatur cum Tauri montis obiectu, quae apud Eligeam scindit, resistat licet duodecim millibus passuum latitudine: longiusq; excursibus dextra Comagenem, Arabiam leua relinquit. Desinde praelabens plurimas gentes, Babyloniam quondam

C 3

Chald

Chaldaeorum caput diuisit. Mesopotamiam à primat annua inundationis excessibus, ad instar Aegyptij amnis terris superfusus, inuicta solum fecunditate. Isdem ferme temporibus, quibus Nilus, erit, sole scilicet in parte Cancri vicesima constituto. Tenuatur cum iam Leone decesso, ad extrema Virginis curricula facit transitum. Quod Gnomonici similibus parallelis accidere contendunt, quos pares & celi, & terrarum positione aequalitas normalis efficit linea. Vnde apparet ista duo flumina ad modulum eiusdem perpendiculari constituta, licet è diuersis manent plagis, easdem incrementi causas habere. De Tigride quoque hoc loco dicere par est. In Armenia maioris regione caput tollit mirè quam lucido conspicuoque fonte in loco edito, qui Elongosine nominatur. Nec tamen ab exordio statim totus est. Primum pigre fluit, non cum suo nomine. At cum fines Medorum inuictus est, Tigris statim dicitur: ita enim Medis nominat scigitam. Influit in Arethusam lacum omnia pondera sustententem. Cuius pisces nunquam se alneo Tigridis immiscunt, sicut nec amnici pisces in stagnum transeunt Arethusa, per quem dissimilis colore, & volucris meat cursu. Mox Tauro resistente in profundum specum mergitur, què subterlabens, in altero eius latere apud Zoroandam emicat, vltimas & purgamenta plurimas secum trabens. Deinde identidem absconditur.

tur, rursusq; redditur. Adiabenos, Arabasq;
 præterfluit. Mesopotamiam amplectitur. Am-
 nem nobilissimū Choaspen accipit, Euphratem
 deferre in sinum Persicū. Quacunq; Euphratem
 bibunt gentes, diverso nitent lapide. Zmilaces
 in ipso Euphratis alueo legitur gemma ad ima-
 ginem marmoris Procōnesi, nisi quod in medio
 Umbilico lapidis istius glaucū velut oculi pupil-
 la internitet. Sagda à Chaldeis ad nos vsq; pro-
 fuit, haud facilis repertu, nisi (Et perhibet) ipsa
 capeffendam se daret. Nanq; ingenua spiritus
 efficacia, supermeantes naues è profundo petit,
 & carinis ita tenaciter adcorporatur, Et nisi
 abrasa parte ligni, agrè separetur. Ea Sagda
 apud Chaldaeos propter effectus quos ex ea sciūt
 habetur loco principe, ceteris propter gratiam
 magis placet iucundissimè Virens Myrrhites
 Parthis familiaris est. Hunc si visu astimes,
 Myrrha color est, & non habet quod afficiat a-
 spectum. Si penitus explores, & attritu incites
 ad calorem, spirat Nardī suauitatem. In Persi-
 de lapidum tanta copia est, tantuq; diuersitas,
 Et longum penè sit ipsis Vocabulis immorari.
 Mithridax sole percussa, coloribus miscet varijs
 Tecclithos nucleo olivæ similis, spernitur cum vi-
 detur, sed remedijs bonus, vincit aliorum pul-
 chritudinem. Solutus quippe, & haustus, pulsus
 calculis, renum dolores, ac Vesica leuat. Am-
 mochrysos arenis auro intermixtu, nunc bra-

Elearium, nunc pulueris habet quadrulas, Aetites & fulvus est, & tereti positione, alterius lapidem intrinsecus cohibens, cuius crepitu sonorus est, cum mouetur, quamlibet tinnitum illum non internum scrupulum facere, sed spiritum sapientissimi dicant. Hunc Aetitem Zoroastres praefert omnibus, maximamque illi tribuit potestatem. Inuenitur aut in nidis aquila, aut in littoribus Oceani. In Perside tamen plurimus. Subnexus spem vteri defendit a fluxibus abortiuis. Pyrrhites fulvus est, tenerique se vehementius non sinis: ac si quando arctiore manu premitur, digitos adurit. Chalarias gradinis & candorem praefert, & figuram, duritia robustissima, & innicta. Echites vipercae habet maculas. Dionysias fuscus est, rubentibus notis sparsus. Idem si aqua mixtus conteratur, vinum fragrat, & quod in illo odore mirificum est, ebrietati resistit. Glossopetra deficientibus lunis caelo cadit, lingua similis humana, non modica (ut Magi ferunt) potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant. Solis gemma percaida est ad speciem fulgidis syderis rutilosque ex se iacit radios. Veneris crinis nitet nigra, internis ductibus ostentans ruforum crinium similitudinem. Selenite s tralucet fulgore candido, melleoque, continens luna imaginem, quem iuxta cursum astri ipsius perhibent diebus singulis, vel minui, vel augeri. Meconites papauera

vera exprimit. *Myrmecites* reptantis formica effigie notatur. *Chalcophthongos* resonat & pulsata ara. Pudicè habitus, servat vocis claritatem. *Siderites* à contemplatione ferri nihil dissonat, verùm maleficus, quoquò inferatur, discordias excitat. *Phlogites* ostentat intra se quasi flammam astantes. *Anthracias* coruscat velut scintillantibus stellis. *Enydros* exudat, & clausam in eo putes fontanam scaturiginem.

De Cilicia, & antro Corycio. Déque monte Tauro.

CAP. XII.

Ciliciam, de qua agitur, si & nunc est, loquamur, derogasse videbimur fidei vetustatis. Si terminos sequimur quos habuit olim, absonum est à contemplatione rerum presentium. Ergo inter & utranque culpam, factum optimum est, amborum temporum statum persequi. Cilicia antea & usque ad Pelusium Aegypti pertinebat, Lydijs, Medis, Armenijs, Pamphylia, Cappadocia sub imperio Cilicum constitutis. Mox ab Assyrijs subacta, in breviorum modum scripta est. Plurima iacet campo, sinu lato recipiens Ibsicum mare, à tergo montium Tauri, & Amans ingis clausa. A Cilice nomen trahit, quem atas pristina penè & ultra aenum memoria abscondit. Hunc atant Phoenice ortum, qui antiquior Ioue de primis terra alumnis habetur. Matrem Urbium habet Tar-

C 5 son.

son, quam Danaë's proles nobilissima Perseus locavit. Hanc urbem interfecat Cydneus amnis. Hunc Cydneum alij precipitari Tauro, alij derivari ex alveo Choaspis tradiderunt. Qui Choaspes ita dulcis est, ut Persici reges quandam intra ripas Persidis fluit, solis sibi ex eo pocula vendicarint. Et cum eundum foret peregre, aquas eius secum vectitarint. Ex illo parente Cydneus miram trahit suavitatem. Quicquid candidum est, Cydneum gētis lingua Syri dicunt. Unde amnis huic nomen datū. Tunc et vere cum nives solvantur, reliqua parte anni tenuis est, Et quietus. Circa Corycum Cilicia crocū plurimū, optimumq; det licet Sicilia, det Syrena, det Et Lycia, hoc primum est. Spirat fragrantius, colore plus aureo est, succi ope citius proficit ad medellam. Ibi Corylus oppidū est, Et specus, qui montem impositum mari a summo canat vertice, patulus hiatu amplissimo. Nam descēss lateribus in terra profundum, nemoroso orbe amplectitur mediā inanitatē, virens introrsus lucis pendetibus. Descensus in eum per duo milia, Et quingētū passuum, nō sine largo die hinc inde fontium assidua scaturigine. Vbi peruentū ad ima primi sinus, alter rursus, specus panditur. Quod antrū latus primum patet faucibus postmodū in processu per angustias obscuratur. in eo sacrum est Iovis fanum, in cuius recessu in summo Typhonis gigantis cubile positū accolacredunt.

dunt. Soloë antiquū oppidū Ciliciæ fuit. patria Chryſippi Stoica ſapiētia potētiffimi. quod à Tigraue Armenio ſubactum, & diu pōſt Pompeiopolim deuictis Cilicibus Cneus Magnus cognominauit. Mons Taurus ab Indico primum mari ſurgit, deinde à ſcopulis Chelidonijs inter Aegyptū & Pamphylū pelagus obiectus Septentrioni dextero latere, lauo Meridiane plagæ. Occidēti obuerſus fronte profuſa. Palam eſt terras eum continuare voluiſſe penetrato mari, niſi profundis reſiſtentibus extendere radices ſuas vetaretur. Denique qui ratiocinantur de naturis locorum, tentafſe eum omnes exitus promontorijs probant. Nam quoquo uerſum mari alluſtur, procedit in prominentias: ſed modò inſercluditur Phœnicio, modo Pontico ſinu, interdum Caſpio ſel Hyrcano, quibus renitentibus ſubinde fractus, contra Mæoticum lacum ſtelligitur, multisq; difficultatibus fatigatus, Rſphæis ſe iugis annectit. Pro gentium ac linguarum Varietate plurifariam nominatus apud Indos Immaſ, mox Paropaniſſus, Choatras apud Parthos, poſt Niphates, inde Taurus, acubi in excellentiſſimam conſurgit ſublimitatem, Caucaſus. Intere à etiā à populis appellationē trahit. A dextrolatere Caſpius dicitur, ſel Hyrcanus à lauo Amazonicus, Moſchicus, Scythicus Ad hæc vocabula habet alia multa. Vbi dehiſcit hiſulis iugis, facit portas, quarum prima ſunt

sunt Armenia, tum Cassia, post Cilicia. In Graciam verticem exerit, ubi Ceraunius praedicatur. A Cilicia finibus Africum limitem despicit. Quantum Meridiem videt, sole in aequat. Quicquid Septentrioni oppositum est, vento tunditur, & pruina. Quod sylvestre est, efferatur plurimis bestijs, & leonibus immanissimis.

De Libya, & Chimærae monstri fabula. CAP. XLII.

Q*uod in Campania Vesuvius, in Sicilia Aetna, hoc in Lycia mons Chimæra est. Hic mons nocturnis astibus fumidum exhalat. Unde si vale triformis monstri in vulgum data est, quod Chimæram animal putauerunt. Et quoniam natura ibidem subest ignea, Vulcani urbem proximam Iycij dicunt, quam de vocabulo sui nominis Hephaestiam vocant. Olympus quoque inter alia ibi oppidum fuit nobile, sed intercidit: nunc castellum est, infra quod aqua regia ob insigne fluminis spectaculo sunt visentibus.*

De Asia minori. De Ephesiae Dianae templo. De Alexandri Magni ortu. De inclytis Asiae scriptoribus. De Phrygia, De Bonafo quadrupede. De Homeri, & Hesiodi temporibus. De Memnoniis avibus. De Chimæra leonte fera. De Ciconiis. Deque Galatarum origine.

CAP. XLIII.

Sequi

Sequitur Asia: sed non eam Asiam loquor, qua in tertio orbis disuortio terminos amnes habet, ab Aegypto mari Nilum, à Meotico lacu Tanain: Verùm eam, qua à Telmese Lycia incipit, Unde etiam Carpathius auspicatur sinus. Eam igitur Asiam ab Oriente Lycia includit et Phrygia, ab Occidente Aegaei litora, à Meridie mare Aegyptium, Paphlagonia à Septentrione. Ephesus in ea Urbs clarissima est. Epheso decus tēplum Diana, Amazonum fabrica, adeò magnificum, Et Xerxes cum omnia Asiatica tēpla igni daret, huic Uniperpercerit. Sed hac Xerxis clementia sacrae ades non diu à malo vindicauit. Namque Herostrotus, Et nomen memoria sceleris extenderet, incendium nobilis fabrica manu sua struxit. sicut ipse fusus est, Voto adipiscenda fama latioris. Notatur ergo eadem die conflagrauisse tēplum Ephesi, qua Alexander Magnus Pelles natus est. Qui oritur, Et nepos edidit, Marco Fabio Ambusto, Tito Quintio Capitolino consulibus, post Romam conditam anno trecentesimo octogesimoquinto. Id tēplum cū postmodum ad cultum augustiorem Ephesum reformaret faber operi Dinocrates praefuit, quem Dinocratem Alexandri iussu Alexandriam in Aegypto metatum supra exposuimus. Nusquam orbe toto tam assiduos terra motus, Et tam crebras Urbium demersiones, quàm in Asia esse.

esse, cladibus Asiaticis patuit, cum Tyberio præ-
 tpe Urbes duodecim simul una ruina cecide-
 rint. Ingenia Asiatica inclita per gentes fue-
 re. Poëta Anacreon, inde Mimnermus, &
 Antimachus, deinde Hipponax, deinde Al-
 cæus, inter quos etiam Sappho mulier. At hi-
 storia conditores Xanthus, Hecateus, Herodo-
 tus, cum quibus Ephorus, & Theopompus,
 Namque de septem sapientia præditis, Bias,
 Thales, Pitacus, Cleantes Stoica eminentissi-
 mus, Anaxagoras naturæ indagator. Heracli-
 tus etiam subtilioris doctrina arcanis immo-
 ratus. Asiam excipit Phrygia, in qua Celæna,
 qua antiquato priori nomine in Apamaam
 transiere, oppidum à rege Seleuco postmodum
 constitutum. Illic Marsyas ortus, illic & sepul-
 tus. Unde qui proximat fluminis, Marsyas di-
 citur. Nam sacrilegi certaminis factum, & au-
 daces in Deum tibia, testatur non procul cum
 fonte. Vallis, quæ euentum gesta res signat, &
 ab Apamaa decem millibus passuum separata
 Autocrene & que adhuc dicitur. Ex arce hu-
 iusce oppidi Meander amnis caput tollit, qui
 recurrentibus ripis flexuosus inter Cariam, &
 Ioniam præcipitat in sinum, qui Miletum di-
 uidit, & Prienem. Ipsa Phrygia Throadi su-
 periecta est, Aquilonia parte Galatia collimi-
 tata, à Meridiana Lycaonia, Pysidia, Myg-
 donia que contermina. Eadem ab Oriente vi-
 cina

Lydia, à Septentrione Mysia, Caria: à par-
 na dies medius est, mons Lydia Tmolus cro-
 rentissimus, annis Pactolus, quem au-
 fluore incitum, aliter χρυσόοχος vocant. In
 locis animal nascitur, quod Bonasum dicit
 taurinum caput, ac deinceps corpus omne:
 tum iuba equina, cornua autem ita mul-
 ti flexu in se recurrentia, ut si quis in ea
 undat, non vulneretur. Sed quicquid præ-
 monostris illi frons negat, alius sufficit. Nam
 in fugam vertitur, prolusit citi ventris
 egerit per longitudinem trium iugerum,
 ardor quicquid attigerit, adurit. Ita e-
 noxia summouet insequentes. Maletos
 a caput. Cadmus olim domus, sed eius qui
 inuenit prosa orationis disciplinam.
 longè Epheso Colophon ciuitas, nobilis
 culo Charij Apollinis. Vnde haud precul-
 tas mons surgit, cuius vertices de nubibus
 volantibus futura tempestatis significant
 litatem. Caput Maonia Syphilus excipit,
 talis antea dicta, & in illam vocabuli me-
 iam orbitatibus data Niobe. Smyrnam
 lais circumfluit, inter flumina Asiatica
 è præcipuum annis. Smyrnaeos vero cam-
 luvius Hermes fecit, qui ortus Dorylae
 gia, Phygiam scindit à Caria. Huc quoq;
 mum fluctibus anreis astuasse antiqui
 credidit. Smyrna, Vnde præcipue ni-
 tet,

tet, Homero Vatis patria extitit, qui post Ilium
 captum anno ducentesimo septuagesimo secunda
 humanis rebus excessit, Agrippa Sylus Tybe-
 rini filio Alba regnante, anno ante Urbem con-
 ditam centesimo sexagesimo. Inter quem &
 Hesiodum poetam, qui in auspicijs Olympiadis
 primæ obiit, centum triginta octo anni inter-
 fuerunt. In Rhetao littore Athenienses & My-
 silenæ ad tumulum ducis Theſſali Achilleon
 oppidum considerunt, quod propemodum inte-
 rijt. Deinde interpositis quadraginta ferme
 stadijs, in altero cornu eiusdem littoris ob hono-
 rem Salaminij Aiæus alterum oppidum, cui
 Acantio datum nomen, Rhodij extraxerunt.
 At iuxta Ilium Memnonis stat sepulchrum,
 ad quod sempiternò ex Aethiopsa cateruatiue
 aves aduolant, quas Illenses Memnonias vocant
 Cremutius auctor est, has easdem anno quinto
 in Aethiopa cateruatiue coire, & Undique ver-
 sum quousquam gētium sint, ad regiā Memno-
 nis conuenire. Mediterranea, quæ sunt supra
 Troiæ partē, Teutrania tenet regio, quæ pri-
 ma Mysorum fuit patria. Perfunditur Teutra-
 nia Casco flumine. Per omnem Asiam Chama-
 leon plurimus, animal quadrupes, facie, quæ la-
 certa, nisi crura recta & longiora ventri iunge-
 rentur prolixa cauda, eademque in vertiginem
 torta, hamatis ungues subtili aduncitate, succe-
 ssus piger, & ferè idem qui testudinum motus:

cor

dus asperum, cutem qualem in Crocodilis
 prehendimus, subducti oculi, & recessu con-
 no introrsum recepti, quos nunquam nicta-
 ne obnubit. Visum deniq, non circumlatis pu-
 lis, sed obtutu rigidi orbis intentat. Hiatus
 rnuus, ac sine Vllius Vsus ministerio: quippe
 n neq, cibum capiat, neq, potu alatur, nec
 memento alio, quàm haustu aëris viuatur. Color
 rius, & in momento mutabilis, ita vt cui-
 q, rei se consunxerit, concolor ei fiat. Colo-
 duo sunt quos fingere non valet, rubrus &
 adidus: ceteros facile mentitur. Corpus pe-
 sine carne, Vitalia sine liene, nec nisi in cor-
 p paucillū sanguinis deprehenditur. Latet
 eme, producitur Vere. Impetibilis est Coraci,
 quo cūq, interfectus est, Victorē suum peri-
 t interemptus. Nā si vel modicum ales ex eo
 rit, illico moritur. Sed Corax habet prasidiū
 medelam, natura manū porrigente. Nam
 m afflictum se intelligit, sumpta fronde lau-
 a recuperat sanitatem. Pythonis Come est in
 sia locus in campis patentibus, Vbi primo ad-
 ntus suis tempore Ciconi a aduolant, & eam
 a Vltima aduenerit, laniāt Vniuersa. Aues
 as ferunt linguas non habere, Verum sonum
 o crepitant, oris potius, quàm Vocis esse. Exi-
 ia illis inest pietas. Etenim quantum tempo-
 impenderint fretibus educandis, tantum et
 a a pullis suis inuicem aluntur. Ita enim im-

D

pense

penſe nidos fouent Et incubitus aſſiduitate plu-
mas exuant. Noceri ois, omnibus quidem locis
neſas ducunt ſed in Theſſalia ſel maximè, & bī
ſerpentum immanis copia eſt, quos dum eſcan-
di gratia inſectantur, regionibus Theſſalicis
plurimum mali detrahunt. Galatiam primis
ſeculis priſca Gallorum gentes occupauerunt,
Toliſtobogi, & Voturi, & Ambiani qua voca-
bula adhuc permanent, quamuis Galatia ſn
de dicta ſit, ipſo ſonat nomine.

De Bithynia, & Hylæ raptu. Deq; An-
nibalis exitu, ac ſepulchro.

CAP. XLIIII.

Bithynia in Ponti exordio ad partem ſolis
orientis, aduerſa Thracia, opulenta, ac di-
ues Urbium à fontibus Sangarij fluminis pri-
mos fines habet, antè Bebricia dicta, deinde
Mygdonia, mox à Bithyno rege Bithynia. In
ea Pruſiadem Urbem prætermeat Hylas flumē,
& alluit Hylas lacus, in quo reſediſſe credunt
delicias Herculis, Hylam puerum, Nymphis
rapinam, in cuius memoriam & ſq; adhuc ſolen-
ni curſitatione lacum populus circuit, & Hy-
lam voce clamant. In Bythynio quoq; agro Ei-
byſſa locus Nicomedia proximus, ſepulchro An-
nibalis fama datus, qui poſt Carthaginienſe
iudicium transfuga ad regem Antiochum,
deinde poſt Antiochi apud Thermopyas pugna-
tam malam, fractumq; regem fortune vicibus
in boſſ

hospitiū Prusia deuolutus, ne traderetur
 Quintio ob hanc causam in Bythynia mis-
 captusq; Romam Veniret, Veneni male-
 uls animam expulit, & ab Romanis se Vin-
 is morte defendit.

De ora Pontica. CAP. XLV.

N ora Pontica post Bosphori fauces, &
 Rheum amnem, portumq; Calpas, Sanga-
 fluius ortus in Phrygia, diēlusq; à plerisq;
 ralis, exordium facit Maryandini sinus. in
 oppidum Heraclea oppositum Iyco sumini
 Acone portus, qui proventu malorum gra-
 num &sq; eò celebris est, & noxias herbas
 illinc nominemus. Proximus inde A-
 crusius specus, quem foraminis caci profun-
 adusque inferna aiunt patere.

e Paphlagonia, & Venetorum origine.

CAP. XLVI.

Aphlagoniam limes à tergo Galaticus am-
 plectitur. Ea Paphlagonia Caramti pro-
 montorio spectat Tauricam, consurgit Cytoro
 monte porrecto in spatium trium & sexagin-
 millium, insignis loco Heneto, à quo (ut Cor-
 lius Nepos perhibet) Paphlagonēs in Italiam
 ansuecti, mox Veneti sunt nominati. Pluri-
 as in ea regione Erbes Milesij condiderunt.
 upatoriam Mithridates, qua subacta à Pom-
 io, Pompeiopoli est dicta.

D 2 De

De Cappadocia, & in ea equorum natu

CAP. XLVII.

Cappadocia gentium vniuersarum Pontum accolunt vtracipue introrsus cedit. Latere lauo & traſq; Armenias, & magenem ſimul tranſit, dextro plurimis populis circumfuſa. Attollitur ad Tauri inſolſis ortum. Praterit Lycaoniã, Piſidia Ciliciam. Vadit ſuper tractum Syriae Antiochia. parte regionis alterius in Sythiam perdens, ab Armenia maiore diuiſa Euphrate terminetur. Qua Armenia, vnde Parſedri morſus auſpicatur. Multa in Cappadocia vniuersa incluta. Verum & ab alijs referamus pedum coloniam Archelaiſe, quam deduxit Claudio Caſar, Halys praterfluſit. Neocaſaream fluuius Lycus alluit. Melitam Semiramis condidit. Mazacham ſub Argeo ſitam, Cappadoces trem vrbium numerant. Qui Aigaeum nivibus ingis arduus, ne æſtuo quidem torrens pruiniſ caret, quemq; indigena populi habitant. Deo credunt. Terra illa ante alias altrix equorum, & prouetus equino accommodatiſſima. Quorum hoc in loco ingenium reor perfequent. Nam equis inſeſſe iudicium, documentis plurimis patefactum eſt, cum iam aliquot inueterſiſſi qui non niſi primos dominos agnoſceret, obſervantia manuſuetudinis, ſiquando mutaffent conſuetudinem ſervitia. Inimicos partis ſuae norunt, adeo

inter praelia hostes morsu petant. Sed illud maius est, quod rectoribus perditis quos diligebant, accersunt fame mortē. Verum hi mores in genere equorum praestantissimo reperiuntur. Nam qui infra nobilitatem sunt sati, nulla documenta sui prabuerunt. Sed ne quid videamur dicendi licentia contra fidē arrogasse, exemplum sequens dabimus. Alexandri Magni equus, Bucephalus dictus, siue de aspectus toruitate, seu ab insigni, quod taurinum capud armo inuolutum gerebat, vel quod de fronte eius quadam extantium corniculorum mina protuberabat, cum bequario suo alias etiā molliter federetur, ac propterea regio stratu neminem unquam aliū praeter dominū sehere dignatus est. Documenta eius in praelijs plurima sunt, quibus Alexandrū ē durissimis certaminibus sospitem opera sua extulit. Quo merito effectū, ut defuncto in Macedonia exequias rex duceret, & supremis sepulchrum daret. Urbē etiam conderet, quā in nominis memoriā Bucephalā nominauit. Equus etiam Caesaris nullum praeter Casarem dorso recepit: cuius primores pedes facie vestigij humani tradunt fuisse, sicut ante Veneris genitricis simulachrū eadem hac effigie locatus est. Regem Cytharum, cū singulari certamine interemptum, aduersarius victor spoliare vellet, ab quo eius calcibus morsuq; laniatus est. Agrigentina etiam regio frequens est equorum sepul-

pulchris, quod supremorum munus meritis datum credatur. Voluptatem his inesse, Circi spectacula prodiderunt. Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accensis facibus ad cursus provocantur. Affectum equinum lachryma probant. Denique interfecto Nicomede rege, equus eius inedia vitam expulit. Cum praelio Antiochus Galatas subegisset, Centaetrij nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum ouaturus insiluit. Isque adeo spreuit lupatos, ut de industria curvatus, ruina esse, et equitem pariter affligeret. Ingenia equorum et Claudij Caesaris Circenses probarunt, cum effuso rectore quadriga cursus amulos non minus astu, quam velocitate praeuenterent, et post decursa legitima spatia, ad locum palma sponte consisterent, velut victoria primum postularent. Excusso quoque aurigo, quem Ratu menam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga prosiluit, nec ante substitit, quamlibet obuys occursibus impedita, quam Tarpeium Iouem tera dextratione lustrasset. In huiusce animalis genere atas longior maribus. Legimus sane equum adusque annos septuaginta vixisse. Iam illud non venit in ambiguum quod in annum tertium et tricesimum generant, utpote qui etiam post vicesimum mittantur ad sobolem reficiendam. Notatum etiam

adus

duertimus Opuntem nomine equum, ad gre-
 rariam Venerem durasse in annos quadragin-
 z. Equarum libido extinguitur subis tonsis. In
 uarum partu amoris nascitur Venusficium,
 uod in frontibus praeferunt recens edisti, fuluo
 flore, caricis simile, innoxuæ nominatum.
 Quod si praeceptum statim fuerit, nequaquam
 nater pullo Vbera prabet fellicanda. Quo quis
 crior fuerit, speiq; maioris, eò profundius na-
 es merseat in bibendo. Mas ad bella nūquam
 roducitur apud Scythas, eò femina leuare Ve-
 cas etiam in fuga possint. Edunt equa ex
 entis conceptos, sed hi nunquam ultra trien-
 ium auum trahunt.

De Assyria. Deq; vnguentorum origine.

CAP. XLVIII.

Asyriorum initiū Adiabene facit. In eu-
 ius parte Arbelitis regio est, quem lo-
 um Victoria Alexandri Magni non finit
 rateriri. Nam ibi copias Darij fudit, ipsū-
 ue subegit, expugnatique eius castris, in
 eliquo apparatu regis scrinium Vnguentis
 erfertum reperit, Vnde primum Romana
 xuria fecit ingressum ad odores peregrinos.
 Aliquantisper tamen Virtute Veterum ab illa
 istorum illecebra defensi sumus, atq; adeò
 a censuram Publij Crassi, & Iulij Caesaris.
 ui edixerunt anno Urbis condita quingen-

D 4 tesimo

tesimo sexagesimoquinto, ne quis Vnguentaria
 ucheret peregrina. Postmodum Vicerunt no-
 Vitia, Et senatui ad hoc placuit odorum deli-
 Et ea etiam in penetralibus tenebris Vteret
 sicut L. Plotium fratrem L. Plotij bis con-
 tem proscriptum a triumviris, in Salernitana
 latebra Vnguenti odor prodidit.

De Medica arbore. CAP. XLIX

Hos terrarum ductus excipit Media,
 Huius arbor inclauit etiam carminis
 Mantuanis. Ingens ipsa, Et cui tale ferrum
 quale Vnedonibus folium est: tantum eo a-
 fert, quod aculeatum spinosis fastigijs hispidi-
 tur. Gestat malum inimicum Venenis, sap-
 aspero, Et amaritudinis mira. Odoris aut
 fragrantia plus quam iucundum, longeque se-
 bile. Verum pomorum illi tanta Vbertas in-
 Et onere proventus semper grauetur. Nam
 tinus atque poma eius ceciderint maturita-
 alia protuberant, eaque tantum est opimiti-
 mora Et fuetus decidant ante pati. Vsurp-
 sibi nemora ista optauerunt Et alia nation-
 per industriam tralati germinis Et incerti,
 beneficium soli Media datum, natura resiste-
 te terra alia non potuit mutuari.

De Caspiis portis. CAP. L.

Caspia porta panduntur itinere manu
 Eto longe octo millibus passuum. Nam li-
 tudo Vix est plauistro permeabilis. In his ang-
 stis

*flūs etiam illud inter alia difficile, quod pretio-
forum laterum saxa liquentibus inter se salis
venis, exudant humorem affluentissimum, qui
mox & caloris constrictus, velut in glaciem
coit. Ita labes inuisa accessum negat. Præterea
octo & viginti milliū passuum tractus omnis
quoquò inde pergitur, nullis puteis vel fontibus,
humo arida, sine prasidio sitit. Tum serpentes
& undique gentium conuena, à Verno statim
die illuc confluunt. Ita periculi ac difficultatis
concordia, ad Caspios, nisi hyeme, accessus negatur.*

De Direo & Margiana regione.

CAP. LI,

A Caspijs ad Orientē versus locus est quod
Direum appellatur, cuius libertati non
est quod & spiam cōparari queat, quem locum
circumsidunt Tapyri, Anariaci, & Hyrcani.
Es proximat Margiana regio, inclyta cæli ac
soli commodis, adeò ut in toto illo latifundio
vitis sola gaudeat. In faciem theatralem
montibus clauditur ambitu stadiorum mille
quingentorum, inaccessa penè ob incommo-
dum arenosa solitudinis, qua per centum &
viginti milliā passuum vndiq; versum circun-
fusa est. Regionis huius amantitatem Alexan-
der Magnus vsq; adeò miratus est, ut ibi pri-
mum, Alexandriam conderet, quam mox à
Barbaris excisam, Antiochus Seleuci filius

D S reſor

reformauiſt, & de nuncupatione domus ſue dixit Seleuciam cuius Urbis circuitus diffunditur in ſtadſa ſeptuagintaquinq;. In hanc Oroles Romanos captos Craſſiana clade deduxit. Et aliud in Caſſijs Alexander oppidum excitauit, idq; Heraclea dictum dum manebat, ſed hoc quoq; ab iſdem enerſum gentibus, deinde ab Antiocho reſtitutum. Et ille maluit. Achais poſtmodum nomenclatum eſt.

De Oxo amne, & circa eum gentibus. De itinere Liberi patris Herculis. Semiramidis, & Cyri regis termino, de q; Camelorum natura. CAP. LII.

Oxus amnis de lacu Oxo oritur, cuius oras Heniochi, Bateni, Oxistaga accollunt, ſed præcipuam partem Baſtri tenent. Baſtris præterea eſt proprius amnis Baſtros. Unde & oppidum quod incolunt, Baſtrum. Gentes huiusce quæ ponè ſunt, Paropamiſi iugis ambiuntur, quæ aduerſa Indi fontibus terminantur. Reliqua includit Oxus flumen. Ultra hos Panda oppidum Sogdianorum, in quorum finibus Alexander Magnus tertiam Alexandria condidit, ad conteſtandos itineris ſui terminos. Hic enim locus eſt, in quo primum à Libero patre, poſt ab Hercule, deinde à Semiramide, poſtremo etiam à Cyro ara ſunt conſtituta, quod proximum gloria omnes duxerunt, illo

illò &que promouisse itineris sui metas: Vniuersius ductus duntaxat ab illa terrarū parte laxartes fluxus secat fines, quem tamen laxartem soli vocant Bactri, nam Scythia Silyon nominant. Hunc eundem esse Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt. Verum Damodamas dux Selenci, & Antiochi, satis idoneus Verò auctor transuectus amnem istū, titulos omnium supergressus est, alium esse quàm Tanain deprehendit. Ob cuius gloria insigne dedit nomini suo, Et altaria ibi statueret Apollini Didymao. Hoc est colliminium, in quo limes Persicus Scythiis iungitur, quos Scythas Persa lingua sua Sacas dicunt, & inuicem Scythia Persas Chorjatos nominant, montemque Caucasum Graucasum, id est, nivibus candicantem. Densissima hic populorum frequentia, cum Parthis legem placiti ab exordio moris incorrupta custodit disciplina. E quibus celeberrimi sunt Massageta, Essedones, Ariaca, Saca, Daha, & Assai. Post quos immanissimis Barbaris interiacentibus, de ritu aliarum nationum penè inconstanter definitum aduertimus. Bactri Camelos fortissimos mittunt, licet & Arabia plurimos gignat. Verum hoc differunt, quod Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani. Hi nunquàm pedes atterunt. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia

stigia carnulenta. Vnde & contraria est
 ambulantibus nullo fauente praesidio ad
 insifiendi. Habentur in duplex minister
 Sunt alij oneri ferendo accommodati, alij
 ad pernecitatem. Sed nec illi ultra iustu
 dera recipiunt, nec isti amplius, quam
 spatia volunt egredi. Genitura cupidine e
 tur adeo ut sauiant, cum Venerem requ
 Oderunt equinum genus. Sitim etiam in
 triduum tolerant. Verum cum occasio be
 data est, tantum implentur, quantum
 tueri desideria praterita, & in futurum d
 sit. Lutulentas aquas captant, puras refr
 Denique nisi canosior liquor fuerit, ipsi a
 conculatione limum excitant, ut turbetur
 rant in annos centum, nisi forte tralati i
 grina, insolentia mutati aeris morbos tra
 Ad bella femina preparantur. Inuentu
 est, ut desiderium oio coitionis quadam c
 tione execaretur. Putant enim fieri Valia
 si a coitibus arceantur.

De Seribus, & Serico vellere.

CAP. LIII.

QVà ab Scythico Oceano, et mari Cas
 Oceanum Eoum cursus inflectitur, a
 ordio huiusce plagae profunda niues, mox
 deserta post Anthropophagi, gens asper
 dein spatia sauisimis bestiis efferata, f
 dimidiam itineris partem impenetrabile

disiderunt. Quarum difficultatum terminum facit iugum mari imminens, quod Tabin Barbari dicunt. Post quem adhuc longinqua solitudines. Sic in tractu eius ora, quae spectat aestium orientem, & ultra inhumanos situs primos hominum Seres cognoscimus, quae aquarum aspergine inundatis frondibus, & vellerum arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram subtilitatem humore domant ad obsequium. Hoc illud est Sericum, in & sum publicum damno seueritatis admissum, & quo ostentare potius corpora, quam vestire, primò feminis, nunc etiam viris persuasit luxuria libido. Seres ipsi quidem mites, & inter se quietissimi. Aliàs verò reliquorum mortalium cætus refugiunt, adeò ut caterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipsi transeunt, in cuius ripis, nullo inter partes lingua commercio, sed depositarum rerum pretia oculis aestimantes, sua tradunt, nostram non emunt.

De Attacis gentibus. CAP. LIIII.

Sequitur Attacenus sinus, & gens Attacorum, quibus temperies prerogativa miram aëris clementiam sumministrat. Arcent sanè afflatum noxium colles, qui salubri apricitate vndique secus obiecti prohibent auras pestilentas. Atque ideo, ut Anometus affirmat, par illis & Hyperboreis genus vita est. Inter
hoc

bos & Indiam gnarissimi Cyconas locaverunt.

De India, & Indorum moribus, de eius regionis cœli clementia. De Indiæ fluminibus, de quæ miris in ea animalibus. arboribus, odoramentorum generibus. De Indis item pretiosis lapidibus.

CAP. LV.

AB Emodis montibus aufscatur India, à meridiano mari porrecta ad Eoum, & à Septentrione, usque ad montem Caucasum. Favonij spiritus saluberrima. In anno bis æstatem habet, bis legit fuges, & vice hyemis. Et suis potitur. Hanc Possidonius aduersam Gallie statuit. Sanè nec quicquam ex ea dubium. Nam Alexandri Magni armis comperta, & aliorum postmodum regum diligentia peragrata, penitus cognitioni nostra adacta est. Megasthenes sanè apud Indicos reges aliquantisper commoratus, res Indicas scripsit, & fidem quam oculis subiecerat, memoria daret. Dionysius quoque, qui & ipse à Philadelpho rege selectus missus est gratia periclitanda veritatis paria prodidit. Tradunt ergo in India fuisse quinque millia oppidorum præcipua capacitæ, populorum novem millia. Diu etiam credita est tertia pars esse terrarum. Nec mirum sit vel de hominum, vel de Urbium copia, cum soli Indi nunquam à natali solo recesserint. Indiam Liber

pater primus ingressus est, utpote qui In-
 subactis primus omnium triumphavit. Ab
 ad Alexandrum Magnum numeratur an-
 num sex millia quadringenti quinquagin-
 nus, additis eo amplius tribus mensibus,
 ita per reges computatione, quā centum
 quingentatres tenuisse medium auum de-
 benduntur. Maximi in ea amnes Ganges,
 Indus, quorum Gangem quidam fontibus
 ortis nasci, & Nili modo exundare perhi-
 t. Alij Volunt à Scythicis montibus exori-
 Hypasis etiam nobilissimus ibi fluvius, quē
 xandri magni iter terminavit, sicuti ara
 ipa eius posita probant. Minima Gangis
 tudo per octo millia passuum, maxima per
 centipatet. Altitudo ubi vadossimius est,
 suram centum pedum denorat. Gangari-
 extimus est India populus, cuius rex equi-
 mille, Elephantos septingentos, peditum
 ginta millia in apparatu belli habet. Indo-
 quidam agros exercent, militiam pluri-
 merces alij, optimi ditissimiq; Republicā
 ant reddunt iudicia, assident regibus. Quie
 ibi eminentissima sapientia genii est, & i-
 mpletos incensis rogis mortem accersere. Qui
 ferociori secta se dederunt & sylvestrē
 vitam, Elephantos venantur, quibus per-
 itis ad mansuetudinē aut arant aut vehū-
 In Gange insula est, populosissima, & am-
 plissima

plissimam continens gentem, quorum rex peditum quinquaginta millia, equitum quatuor millia in armis habet. Omnes sanè quicunque praditi sunt regia potestate, non sine maximo elephantorum, equitum, peditumque numero, militarem agitant disciplinam. Prasia gens valdissima Palybotram urbem incolunt, Unde quidam gentem ipsam Palybotros nominarunt. Quorum rex sexcentena millia peditum, equitum triginta millia, elephantorum octo millia omnibus diebus ad stipendium vocat. Ultra Palybotram mons Maleus in quo Umbra hyeme in Septentriones, aestate in Austros cadunt, Sicistudine hac durante senis mensibus, Septentriones in eo tractu in anno semel, nec Ultra quindecim dies apparent, sicuti auctor est Bethon, qui perhibet hoc in pluribus India locis evenire. Indo flumini proximantes, Versa ad Meridiem plaga, Ultra alios torrentur calore. Denique cum Syderis prodit hominum color. Montana Pygmaei tenent. At ij quibus est Vicinus Oceanus, sine regibus degunt. Pandea gens à feminis regitur, cui reginam primam assignant Hercules filiam. Et Nysa Urbs regionis isti datur. Mons etiam Iouis sacer Meros nomine, in cuius specu nutritum Liberum patrem Veteres Indi affirmant, ex cuius vocabuli argumento lasciuienti fama creditur Liberum patrem femine natum. Extra Indi ostium sunt

sunt insulae duae Chryse & Argyre, adeò fecunda copia metallorum, ut plerique eas aurea sola prodiderint & argentea habere. Indis omnibus promissa caesaries, non sine fucò carulei aut crocei coloris. Cultus praecipuus in gemmis. Nullus funerum apparatus, Pratercà & Iuba, & Archelai regum libris editum est: inquantum mores populorum dissonant, habitus quoque discrepantissimus est Alij lineis, alij laneis pepulis vestiuntur, pars obscura tantum amiculati, plurimi etiam flexibilibus libris circumdati. Quidam populi adeò proceri, & elephantos, velut equos facillima insultatione transiliant. Plurimè placet, neque animal occidere, neque vesci carnibus. Plerique tantum piscibus aluntur, & è mari viuunt. Sunt qui proximos, parentesque priusquam annis aut aegritudine in maciem eant, antè velut hostias cadunt, deinde peremptorum viscera epulas habent: quod ibi non sceleris, sed pietatis loco numerant. Sunt etiam qui cum incubuere morbi, procul à ceteris in secretis abeunt, nihil anxie mortem expectantes. Aspagonum gens laevis vires syluis, lucis buxois. Vitium verò, & arborum vniuersarum, quibus gratia dulcis est, prouentibus copiosissima. Philosophos habent Indi. Gymnosophistas vocant, qui ab exortu adusque solis occasum contentis oculis orbem candentissimi sideris contuentur in glo-

bo igneo, rimantes secretis qualdam, arenisquæ
 fermentibus perpetuam diem alternis pedibus
 insistant. Ad montem quæ Milo dicitur, ha-
 bitant, quibus auersa planta sunt, & octoni
 in plantis singulis digiti. Megasthenes per di-
 versos India montes esse scribit nationes capi-
 tibus caninis, armatas unguibus, amictas
 vestitu tergorum, sed ad sermonem humanum
 nulla voce, sed latratibus tantum sonantes, as-
 speris rictibus. Apud Ctesiam legitur quas-
 dam feminas ibi semel parere, natosque ca-
 nos illico fieri. Esse rursum gentem alteram,
 qua in iuuentia sit cana, nigrescat in senectute,
 ultra cui nostri terminos perennas ætem. Le-
 gimus Monoscelos quoque ibi nasci singulis
 cruribus, & singulari pernecitate: qui sibi de-
 fendisse velint à calore, resupinati plantarum
 suarum magnitudine inumbrentur. Gangis
 fontem qui accolunt, nullius ad escam opis in-
 digent. Odore viuunt primorum sylvestris sum,
 longiusque pergentes eadem illa in præsidio ge-
 runt, Et olfactu alantur. Quod si tetriorem spi-
 ritum fortè traxerint, exanimari eos certum
 est. Perbibent esse & gentem feminariam, quæ
 quinquennes concipiunt, sed ultra octauum
 annum viuendi spatium non protrahunt. Sunt
 qui cervicibus carent, & in humeris habet o-
 culos. Sunt qui sylvestres, hirti corpora, cani-
 nis dentibus, stridore terrifico. Apud eos verò
 quibus

bus ad Vivendi rationem propensior cura
 multa uxores eiusdem viri cœunt matri-
 monium, & cùm maritus decesserit, apud gra-
 viores iudices suam quaque de maritis a-
 ct causam, & qua officiosior ceteris senten-
 tiam vicerit iudicantium, hoc palma refert pra-
 mium, Et arbitratus suo accendat rogam con-
 is, & supremus eius semetipsam det infu-
 s. cetera nota Vivunt. Enormitas in serpen-
 tus tanta est, Et ceruos, & animantium a-
 ad parem molem tota hauriant, quin etiam
 anum Indicum quantus est, penetrent, in-
 s que magno spatio à continenti separatas,
 ulandi petant gratia. Idq; ipsum palam est
 ntia amplissima magnitudinis fieri, Et per
 tam salis latitudinem ad loca permeent de-
 ata. Sunt illic multa ac mirabiles bestia,
 rum è multitudine & copia partem perse-
 mur. Leucrocota Velocitate praece-
 & universas. Ipsa asini magnitudine, cer-
 lunibus, pectore ac cruribus leoninis, capi-
 amelino, bisulca ungula, ore adusque au-
 dehiscente, dentium locis osse perpetuo. Hoc
 ad formam. Voce autem loquentium ho-
 um sonos amulatur. Est & Eale, aliàs &
 us, cauda Verò Elephanti, nigro colore ma-
 is aprinis, praefrens cornua & lra cubita-
 modum longa, ad obsequium cuius velut mo-
 accommodata. Neque enim rigent, sed de-

E 2 flectun

flectuntur, Et usus exigit praliandi. Quorum alterum cum pugnât, protendit, alterum replicat, Et si ictu aliquo alterius acumen obtusum fuerit, acies succedat alterius. Hippopotamis comparatur, Et ipsa sanè aquis fluminum gaudet. Indicis tauris color fulvus est, Volucris pernicitas, pilus in contrarium versus, hiatus omne quod caput. Hi quoque circumferunt cornua flexibilitate qua malint, tergi duritia omne telum respuentes, tam inmiti ferocitate, Et capti animas projiciant furore. Mantiscora quoque nomine inter hæc nascitur, triplici dentium ordine coeunte vicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo colore, corpore leonino, cauda veluti scorpionis aculeo spiculata. Voce tam sibilis, Et imitetur fistularum modulos, tubarumque concentum. humanas carnes avidissime affectat. pedibus sic viget, saltu sic potest, Et morari eam nec extentissima spatia possint, nec obstacula latissima. Sunt præterea boves unicornes, Et tricornes, solidis ungulis, nec bifidis. Sed atrocissimum est Monoceros, monstrum mugitu horrido, equino corpore, elephanti pedibus, cauda scutilla, capite cervino. Cornu è media eius fronte protenditur, splendore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor, ita acutum, Et quicquid impetat, facile ictu eius perforetur.

Vinuo

ius non venit in hominum potestatem, & in
 rimi quidem potest, capi non potest. Aqua
 tam gignunt miracula non minora. Anguil-
 s ad tricenos pedes longas educat Ganges,
 uem Statius Sebosus inter praeipua miracu-
 ait Vermibus abundare, caruleis nomine, &
 lore. Hi bina habent brachia longitudinis cu-
 torum non minus senium, adeò robustis Viri-
 us, Et Elephantos ad potum ventitantes,
 ordicus comprehensos ipsorum manu rapiant
 profundum. Indica maria Balenas habent
 ltra spatia quatuor iugerum. Sunt & quos
 hyseteras nuncupant, qui enormes ultra mo-
 ingentium columnarum, super antennis se
 autum extollunt, haustosq; fistulis fluctus ita
 uctant, Et nimbose alluvie plerumque depri-
 mant alueos navigantium. Sola India mittit
 sittacum auem colore Vidi, torque puniceo, cu-
 us rostri tanta duritia est, Et cum è sublimi
 rapitatur in saxum, visu se oris excipiat, &
 quodam quasi praesidio utatur extraordinaria
 firmitatis. Caput Verò tam Valens, Et si quan-
 do ad discendum plagis sit admonendus (nã flu-
 et Et quod homines loquatur) ferrea clavicu-
 a sit Verberandus. Dum pullus est, atque adeò
 ntra alterum aetatis suae annum, quae monstra
 a sunt, & citius discit, & tenacius retinet.
 Maior paulò segnior est, & obliuiosus, & in-
 locilis. Inter nobiles & plebeios discretiorem

digitorum facit numerus. Qui præstant, quibus in pede habent digitos, ceteri ternos. Lingua lata, multoque latior, quam ceteris avibus: Unde perficitur, Et articulata Verba penitus eloquatur. Quod ingenium ita Romana delicia mirata sunt, Et Barbari Psittacos mercem fecerint. Inácrum nemora in tam proceram sublimantur excelsitatem, Et transiaci ne sagittis quidem possint. Pomaria fices habent, quarum caudices in urbem spatio sexaginta passuum extuberantur. Ramorum Embrae ambitu bina stadia consumunt. Foliorum latitudo forma Amazonica pelta comparatur. Pomum eximia suavitatis. Quæ palustria sunt, arundinem creant ita crassam, Et fissis interodijs, lembi vice Sectitet navigantes. Eradicibus eius exprimitur humor dulcis ad melleam suavitatem. Tylos Indis insula est. Ea fert palmas, oleas creat, Sineis abundat. Terras cinnes hoc miraculo sola vincit, quod quacunque in ea arbor nascitur, nunquam caret folio. Mons Caucasus inde incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Idem fronte qua soli est obversus, arbores piperis ostentat, quas ad juniperi similitudinē diversis fructibus edere assueverant. Eorum qui primus erumpit, Velut corylorum simbria, dicitur Piper longum. Quod incorruptum est, Piper album. Quorum cutem rugosam Et torridam calor fecerit. Piper

per nigram. Qui demum caducus torretur feruido sole, Vocamen trahit de colore. At qui ex ipsa arbore stringitur, Et est, album Piper dicitur. Sed Et Piper sola India, ita Et Hebenus scela mittit, nec tamen Uniuersa, Verum exigua sui parte syluis hoc genus edat. Arbor est plerunque tenuis, Et frequentier, Vimine raro in crassitudinem caudicis extubercata, hiulco cortice, Et admodum reticulato, debiscens venis, adeo Et per ipsos sinus pars intima vix tenui libro contegatur. Lignum omne mediale eadem ferme Et facie, Et nitore, qui est in lapide Gagate. Indi reges ex eo sceptrum sumunt, Et quascunque deorum imagines non nisi ex Hebeno habent. Idem ferunt materia ista liquorem non contineri noxium, Et quicquid maleficum fuerit, tactu eius auerti. Hac gratia pocula ex hebeno habet. Ita nihil mirum si peregre sit in pretio, quo etiam ipsi quibus provenit, honorantur. Hebenum ex India Roma Mithridatico triumpho primum Magnus Pompeius exhibuit. Mittit India Et calamos odoratos, potentes aduersum intestina agritudinis incommoda. Dat Et multa alia si aggrantia, mirifici spiritus suauitate grata. Indicorum lapidum in Adamantibus dignitas prima, Et pote qui lymphationes abigant, Venenis resistent, paucantium Vanos metus pellant. Hac primum de ijs pradicari oportuit.

tuit, qua respicere ad Utilitatem Videbamus. Nunc redāemus quot quāse Adamantum sint species, & quis color cuiq; eximius. In quodam Cryfalli genere invenitur materia, in qua nascitur ad aqua similis splendorem liquidissimū, in mucronem sexangulum & trinq; secus leniter turbinatus, nec Unquam Ultra magnitudinem nuclei auellana repertus. Huic proximus, in excellentissimo auro deprehēditur pallidior, ac magis ad argenti colorē renitens. Tertius in Venis Cyprī apparet, propior ad aream faciē, & plurimum valet in medicamine, qui Siderites appellatur. Quartus in metallis ferrarijs legitur pondere ceteros antecedens, non tamen & potestate. Nam & hic, & qui in Cypro deprehenduntur, frangi queunt, plerique etiam Adamante altero perforantur. At illi quos primos diximus, nec ferro vincuntur, nec igni domantur. Veruntamen si diu sanguine hircino macerentur, nec aliter, quā sic calido, vel recenti vel malleis aliquot antē fractis, & incudibus dissipatis, aliquando cedunt, atque in particulas dissiliunt. Quae fragmenta sculptoribus in Usū insignienda cuiuscunque modi gemma expetuntur. Inter Adamantem & Magnetem est quadam natura occulta dissentio, adeo ut iuxta positus non sinat Magnetem rapere ferrum: vel si admotus Magnes ferrum traxerit, quasi pradam quandam quicquid

Ma

Magneti haerit, Adamas rapiat, atque auferat. Lychnitem deinde fert India, cuius lucus vigorem fragrantia excitat lucernarum, qua ex causa *λυχνίτιον* Graci vocauerunt. Duplex ei facies, aut in purpuream emicat claritatem, aut meracius suffunditur cocci rubore. Per omne intimum sui, si quidem pura sit, inoffensam admittit perspicuitatem. At si excanduit radijs solis incita, vel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum casta aut chartarum fila ad se rapit, contumaciter sculpturis resistens. Ac si quando insignita est, dum signa exprimit, quasi quodam animalis morsu partem cera retentat. Beryllos in sexangulae formas Indi atterunt, et hebetem coloris leuitatem angulorum percussu excitent ad vigorem. Beryllorum genus diuiditur in speciem multifariam. Eximij interuigente glauci & carulei temperamento, quandam praeferrunt puri maris gratiam. Infra hos sunt Chrysoberylli, qui languidius micantes aurea nube circumfunduntur. Chrysoprasos quoque ex auro & porraceo mixtam lucem trahentes, aequè Beryllorum generi adiudicarunt. Hyacinthizontas, scilicet qui hyacinthos propè referant, & ipsos probant. Eos Verò, qui Crystallo similes, capillamentis intercurrentibus obscurantur (hoc enim *ὄστιον* illorum nomen est) scientissimi lapidum plebi dederunt. Indisci re-

ges hoc genus gemmarum in longissimos Cy-
lindros amant fingere, eosque perforatos ele-
phantorum setis subligantes, monilia habent,
aut plerunque ex utroque capite incertis aureis
umbilicis, ut marcentem faciem ad nitelam in-
cendant pinguiorem, quò per industriam me-
tallo hinc inde addito, fulgentiorem trahant
lucem.

De Taprobanè insula, & qua ratione pri-
mum innotuerit. Qualis illic navigatio.
Quis gentis eius mos in rege eligendo.
Item de Conchis, Margaritis, Unioni-
bus.

CAP. LVI.

TAprobanem insulam, antequàm teme-
ritas humana exquisitio penitus mari si-
dem panderet, diu orbem alterum putauerunt,
& quidem eum quem habitare Antichthones
crederentur. Verùm Alexandri Magni Vir-
tus ignorantiam publici erroris non tulit & te-
rrix permanere, sed in hac &que secretæ pro-
pagavit nominis sui gloriam. Missus igitur
Onesicritus præfectus classis Macedonica,
terram istam quantæ esset, quid gigneret,
quomodo haberetur exploratam notitia nostra
dedit. Patet in longitudinem stadiorum se-
ptem millium, in latitudinem quinque mil-
lium. Scinditur amne interfluo. Nam pars e-
ius bestijs & elephantis repleta est, maioribus
mul

llo quam quos fert India. Partem homi-
tencut. Margaritis scatet, & gemmis o-
ibus. Sitæ est inter Ortum & Occasum.
Eo mari incipit, prætentæ India. A Pra-
a Indorum gente, dierum viginti primò in
fuit cursus, sed cùm papyraceis & Nili
ibus illò pergeretur: mox cursu nostrarum
ium septem dierum iter factum est. Ma-
adosum interiacet altitudinis non amplius
um passuum, certis autem canalibus adco-
um, Et nulla unquam auera ad profundis
sima potuerint pervenire. Nulla in navi-
do syderum observatio. Nam neque Se-
triones illic conspiciuntur, nec Vergilia & n-
m apparent. Lunam ab octava in sextam-
mam tantum supra terram vident. Lucet
campes. syæus clarum & amplissimum. So-
orientem dextra habent, occidentem sinis-
Observatione itaque navigandi nulla sup-
nte, per quam ad destinata pergētes, locum,
ant, & huiusmodi alites, quarum meatus terram
ntiū, regendi cursus magistros habet. Qua-
is non amplius mensibus in anno naviga-
Adusque Claudij principatum de Taproba-
ac tantum noueramus. Tunc enim fortuna
fecit scientia viam latiore. Nam libertus
ij Plocami qui tunc Rubri maris Gæligal-
instrabat, Arabiam petens. Agui-
præter Carmaniam raptus, quintodecimo
de

demum die appulsus est ad hoc littus. portumq;
 inuectus, qui Hippuros nominatur, Sex dein-
 de mensibus sermonem perdoctus, admissusq;
 ad colloquia regis, qua compererat, reportauit.
 Stupuisse scilicet regem pecuniam, qua capta e-
 rat cum ipso, quod tametsi signata disparibus
 foret vultibus, parem tamen haberet modum
 ponderis. Cuius aequalitatis cōtemplatione, cum
 Romanam amicitiam flagrantius concupisce-
 ret. Rachia principe legatos adusque nos misit,
 à quibus cognita sunt vniuersa. Ergo ijdem ho-
 mines corporum magnitudine alios omnes ante
 cedunt. Crines fuso imbuunt, caruleis oculis, tra-
 ci visus, terrifico sono Vocis. Quibus immatura
 mors est, in annos centum auum trahunt. Alijs
 omnibus annosa aetas, et penè vltra humanam
 extenta fragilitatem. Nullus aut ante diē, aut
 per diem somnus. Noctis partem quieti desti-
 nant. Lucis ortum Vigilia anteuertunt. Aedi-
 ficia modicè ab humo tollunt. Annona semper
 eodem tenore est. Vites nesciunt. Pomis abun-
 dant. Colunt Herculem. In regis electione non
 nobilitas praeualet, sed suffragium vniuersorum
 Populus enim eligit spectatum moribus, & in
 ueterata clementia, & iam annis grauem.
 Sed hoc in eo quaritur, cui liberi nulli sint.
 Nam qui pater fuerit, etiam si vita spectatus
 sit, non admittitur ad regnandum. Ac si fortè
 dum regnat, pignus sustulit, exuitur potestate.

Idq;

idq; eò maxime custoditur, ne fiat hereditarium regnum. Deinde etiam si res maximam afferat aequitatem, nolūt ei totum licere. quāraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitum solus iudicet. Et sic quoque si displicuerit iudicatum, ad populum prouocatur. A quo dāis iudiciis septuaginta fertur sententia, cuius necessario acquiescitur. Cultu rex dissimilis ceteris, Vestitur Syrmate, Et est habitus, quo Liberum patrem amiciri videmus. Quod etiam ipse in peccato aliquo argutus sit, ac reuictus, morte multatur. Non tamen Et cuiusquam attrectetur manu: sed consensu publicorum omnium interdicatur ei facultas: etiam colloquij potestas punito negatur. Cultu student vniuersi. Interdum Venatibus indulgent, nec plebeias agunt pradas, quippe cum tigrides aut Elephantis tantum requirantur. Maria quoque piscationibus inquietant, marinasq; testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo, Et superficies earum domum faciant, Et numerosam familiam non arde replet. Maior pars insula huius calore ambusta est, Et in vastas desinit solitudines. Latus eius mare alluit peruiridi colore fruticosum, ita Et arborum plerunque gubernaculis atterantur. Cernunt latus Sericum de montium suoribus. Mirantur aurum, Et ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibet apparatus.

Sec

Secant marmora testudinea Varietate. Margaritas legunt plurimas, maximasque. Citha sunt, in quibus hoc genus lapidum regitur, quae certo anni tempore luxuriant con-
 ptu, sicut rorem velut maritum, cuius de-
 rio hiant. Et cum lunares maxime liquunt
 aspergines, oscitatione quadam hauriunt
 morem concupitum. Sic concipiunt, gravida
 fiunt: & de sagina qualitate reddunt habi-
 Unionum. Nam si purum fuerit, quod acceper-
 candicant orbiculi lapillorum: si turbidum,
 pallore languescunt, aut rufo innubilantur.
 magis de caelo quam de mari partus habet.
 nique quoties excipiunt matutini aeris sem-
 fit clarior Margaritum: quoties vespere fit
 scurior. Quantoque magis hauserit, tanto
 gis proficit lapidum magnitudo. Si repente
 caverit coruscatio, intempestivo metu com-
 muntur, clausaque subita formidine vitia con-
 bunt abortiva. Aut enim per parvuli fiunt se-
 puli, aut inanes. Conchis ipsis inest sensus,
 tus suos maculari timent. Cumque flagran-
 ribus radiis excanduerit dies, ne fuscantur
 pides solis calore, subsidunt, & se profundum
 gurgitant, ut ab aestu vindicentur. Huic
 men providentia atas opitulatur. Nam can-
 senecta disperit, & grandescunt con-
 flavescent Margarita. In qua mollis est Vi-
 duratur evisceratus. Nunquam duo simul

riuntur: Unde Vnionibus nomen datū & ultra se
 unciales inuentos negāt. Piscantium insidias
 ment cōcha: inde est, & aut inter scopulos, aut
 inter marinos canes plurimum delitescāt. Gre-
 atim natant. Certa examini dux est. Illa si
 pta sit etiam quæ euaserint, in plagas reuer-
 untur. Dat & India Margaritæ. Dat & li-
 Britannicum, sicut diuus Iulius thoracem,
 uem Veneri genitrici in templo eius dicauit.
 Britannicis Margaritis factum, subiecta in
 scriptione testatus est: Lolliam Passinam Caij
 incipis coniugem vulgatum est habuisse tuni-
 m ex Margaritis, sefertio tunc quadringen-
 es aestimatum. Cuius paranda auaritia pater
 eius M. Lollius, spoliatis Orientis regioni-
 bus, offendit Casum Casurem Augusti filium,
 terdis et æque amicitia principis Veneno inte-
 rit. Illud quoque expressit Vetus diligentia,
 dōd Syllanis primū temporibus Romam il-
 ti sunt Vniones.

Indicum itinerarium. CAP. LVII.

AB insula Aufsea consequens est ad conti-
 nentem. Igitur, a Taprobane Indiā reuer-
 mur: conuenit enim res Indicas videre. Sed si
 dicis aut Urbibus, aut nationibus insistamus
 rediemur proposita concinnitatis modū. Pro-
 mā Indo flumini Urbem habuere Capissam,
 quam

quam Cyrus diruit. Arachosiam Hermando flumini impositam Semiramis cōdidit. Cadruſia oppidum ab Alexandro Magno ad Caucaſum conſtitutum eſt, ubi, & Alexandria, qua patet amplius ſtadia triginta. Multa & alia ſunt, ſed hac cum eminentiſſimis. Poſt Indos montanas regiones Ichthyophagi tenent, quos ſubactos Alexander Magnus veſci piſcibus veſuit. Nam antea ſic alebantur. Ultra hos deſerta Carmania, Perſis deinde, atque ita nauigatio, in qua Solis inſula rubens ſemper, & omni animantium generi inaccessa, quippe qua nulum non animal illatum necet. Ex India reuerſentes ab Hytani Carmania flumine Septētriones primū vident. Achemenidis in hac plaga ſedes fuerunt. Inter Carmania promontorium & Arabiam quinquaginta millia paſſuum interiacent, deinde tres inſula, circa quas Hydri marini egrediuntur ſicentum cubitorum longitudine. Dicendū hoc loco, quatenus ab Alexandria Aegypti pergatur & ſq; in Indiam. Nilo vebente Copton & ſq; Eteſys ſtantibus curſus eſt. Deinde teſtre iter Hydreū tenus, Poſt tranſactus aliquot manſionibus, Berenicem peruenitur, ubi Rubri maris portus eſt. Inde Ocelis Arabia portus tangitur. Proximum India emporium excipit Muzirum, infame piraticis latronibus. Deinde per diuerſos portus Cottonara ſucceditur, ad quam monoxylis Lyntritus pi-
per

conuehiant. Petentes Indiam ante exortum
is, aut protinus post exortum nauigia me-
astato solunt. Reuertentes nauigant De-
cembri mense. Secundus ex India Ventus est
turnus. Ac cum Ventum est in Rubrum
re. aut Africus, aut Ausser Vehus. Spatium
lia decies septies centena & quinquaginta
lia passuum proditur. At Carmania cen-
millia, cuius pars non caret vitibus. Pra-
e habet genus hominũ, qui non alia quàm
tudinis carne viuunt, hirsuti omnia facie
us, qua sola leuis est. Idem corijs piscium
fruntur, Chelonophagi cognominati.

finu Persico, atq; Arabico, deque Aza-
nio mari.

CAP. LVIII.

Rumpit hac littora Rubrum mare, idq; in
duos sinus scinditur. Quorum quis ab Orien-
est, Persicus appellatur, quandoquidẽ oram
am habitantem Persidis populi, vicies & se-
gies cetera millia passuum circuitu patens.
x aduerso Unde Arabia est, alter Arabicus
locatur. Oceanum verò, qui ibi influit, Aza-
nium nominarunt. Carmania Persis annecti-
tur, qua incipit ab insula Aphrodisia, varia-
um opum diues, tralatq; quondam in Parthi-
um nomen, littora, quo Occasui obiacet, porre-
ta in millia passuum quinquaginta, Oppidum
us nobilissimum Susa, in quo templum Susia

F

Diana

Diana, A Susis Babytuce oppidum, centum trigintaquinque millibus passuum distat, in quo mortales vniuersi odio auri cœmunt hoc genus metalli, & abijciunt in terrarum profunda, ne polluti vsu eius auaritia corrumpant æquitatem. Hic inconstantissimus est terrarum mædus, nec immerito, cum alia circa Persida nationes schænis, alia parafrangis, alia incomperita disciplina terras metiantur, & incertam fidem faciat mensura ratio discors.

De Parthia & Cyri sepulchro.

CAP. LIX.

Parthia quanta omnis est, à Meridie Rubrum mare à Septentrione Hyrcanum saltum claudit. Regna in ea duodeviginti dissecantur in duas partes. Vndecim quæ dicuntur superiora incipiunt ab Armenio limite, & Caspio littore porrecta ad terram Scytharum, quibus concorditer degunt. Reliqua septem inferiora (sic enim vocantur) habent ab Ortus Arios, Arianosq; Carmaniam à medio die, Medos ab occidui solis plagis, à Septentrione Hyrcanos. Ipsa autem Media ab Occasu transversa, & traq; Parthia regna amplectitur. A Septentrione Armenia circūdatur. Ab Ortus Caspius videt. A Meridie Persidem. Deinde tractu hic procedit &sq; ad castellum quod Magi obtinent Passagarda nomine. Hic Cyri sepulchrum.

De

De Babylone. De Atlantico Oceano. De
Gorgonum, ac Fortunatis
insulis.

CAP. LX.

Chaldae gentis capud Babylon est, à Se-
miramide cōdita. tam nobilis, Et propter
eam & Assyrii, & Mesopotamii in Babylonia
nomen transierint. Vrbs est sexaginta millia
passuum circuitu patens, muris circumdata,
quorum altitudo ducentos pedes detinet, lati-
tudo quinquaginta, in singulos pedes ternis di-
gitis. Ultra quàm mensura nostra est altiori-
bus. Amne interluitur Euphrate. Belus ibi Iouis
templum, quem inuentorem celestis discipli-
na tradidit etiam ipsa religio, quae deum cre-
dit. In amulationem Urbis huius Ctesiphon-
tem Parthi considerunt. Tempus est ad Ocea-
ni oras reuerti, represso in Aethiopiam stylo.
Nanq; Et Atlanticos aestus occipere ab Occi-
dente & Hispania dudum dixeramus, ab his
quoq; partibus mundi, Unde primum Atlan-
tici nomen induat, exprimi par est. Pelagius
Azanium & q; ad Aethiopum littora promo-
uetur, Aethiopicum ad Moëticum promonto-
rium. Unde rursus Oceanus Atlanticus. Iuba
igitur vniuersa partis, quam plurimi propter
solis ardorem peruiā negauerunt, facta etiam
vel gentium, vel insularū commemoratione ad
confirmandā fidei argumentum, omne illud

mare ab India usque ad Gades voluit intelligi navigabile. Cori tamen flatibus, cuius spiritus præter Arabiam, Aegyptum, Mauritaniam euehere quamvis queant classem, dum modo ac eo promontorio India cursus dirigatur, quod alij Leptam acram, alij Drepanum nomina verunt. Addidit & stationum loca, & spatiorum modum. Nam ab Indica prominentia ad Malachum insulam affirmat esse quindecies centena millia passuum, à Malacho ad Sceneon ducenta viginti quinque millia. Inde ad insulam Sadanum centumquingenta millia. Sic confici ad apertum mare decies octies centena & septuaginta quinque millia. Idem opinioni plurimorum, qui ob solis flagrantiam, maximam partis istius regionem ferunt humano generi inaccessam, sic reuelatur. Et mercantium ibi transitus infestari ex Arabicis insulis discat, quas Ascita habent Arabes, quibus è re natus datum nomen est. Nam bubulis & tribus contrubulatas crates superponunt, veletatq; hoc raris genere prætereuntes impetunt sagittis venenatis. Habitari etiam Aethiopia aduersa Troglodytarum, & Ichthyophagorum nationibus, quarum Troglodyta tanta pernicitate pollent, et feras quas agitant, cursu pedum assequantur. Ichthyophagi non secus quam marina bellua nando in mari natent. Ita exquisito Atlantico mari usque in occasum, etiam Gorgonum meminisse

minit insularum. Gorgones insula, Et accepi-
mus, obversa sunt promontorio, quod vocamus
Hesperionceras. Has incoluerūt Gorgones mon-
stra, Et sanè adhuc monstrosa gens habitat.
Distant à continenti bidui navigatione. Pro-
didist deniq³ Xenophon Lampsacenus Hanno-
nem Pænorum regem in eas permeavisse, re-
pertasq³ ibi feminas aliti pernicitate; atq³ ex
omnibus qua apparuerant, duas captas tam
hirto atq³ aspero corpore, Et ad argumentum
spectanda rei, duarum cutes miraculi gratia
inter donaria Iunonis suspenderit, qua durare
re Etq³ in tempora excidij Carthaginiensis.
Ultra Gorgonias Hesperidum insula sicut Sebo-
sus affirmat, dierum quadraginta navigatio-
ne in intimos maris sinus recesserunt. Fortu-
natas insulas contra leuam Mauritania tra-
dunt iacere, quas Iuba sub Meridie quidem
sitas, sed proximas Occasui dicit. De harum no-
minibus expectari magnum mirum reor, sed
infra famā vocabuli res est. In prima earum,
cui nomen est Ombrium, adificia nec sunt, nec
fuerunt. Iuga montium stagnis madescunt. Fe-
rula ibi surgunt ad arboris magnitudinem. Ea-
rum qua nigra sunt, expressa liquorem reddūt
amarissimum. Qua candida, succos reuomunt
etiam potui accommodatos. Alteram insulam
Iunoniam appellari ferūt in qua paxilla ades
ignobiliter ad culmen fastigiata. Tertia huic

proximat eodem nomine, nuda omnia. Quarta
 loco Capraria appellatur, enormibus Lacertis
 plus quàm referta. Sequitur niuaria aëre ne-
 busolo, & coacta, ac propterea semper niualis.
 Deinde Canaria repleta canibus, forma etiam
 eminentissimis: inde etiam duo exhibiti Iuba
 regi. In ea adificiorum durant Vestigia. Anium
 magna copia, nemora pomifera, palmetæ Ca-
 ryotas ferentia, multa nux pinea, larga mellis,
 omnes siluris piscibus abundantes. Perhibent
 etiam expulsi in eam Soudoso mari belluas, dein
 de cum monstra illa putredine tabefacta
 sunt, omnia illic infici tetro odore,
 ideoque non penitus ad nan-
 cipationem suam con-
 gruere insularum
 qualita-
 tem.

FINIS.

PETRVS IOANNES

Oliuarius Valentinus ornatissimo ac
eruditissimo viro Guilielmo Maino fi
liorum Christianissimi Regis Franco-
rum præceptor, nouo patrono suo,

S. P. D.

POSTEA quàm ex uala in hanc
academiam me recepi, Maine eru-
ditissime, liberatus illis studiis
negotiorum, quibus cùm isthic es-
sem non alto solatio lenabar, quàm tua honesti-
sima ac doctissima consuetudine: nactus ali-
quantulum otij, cepi necum cogitare, quibus
officijs fundamenta suscepti à te patrocinij mei
iacere possem. Et cùm iam beneficia tua
sustinere minime valerem, diu profecto
sum relictus, non esse ingenui animi exi-
stimans, tantam humanitatem ita à me
negligi, Et nullum unquam darem signum
vel tantilla recordationis. Itaq; cùm hac ani-
mo meo versarem, commodum succurrerunt
annotationes in Melam, quas superioribus
diebus dictavi auditoribus meis: has licet
exiguas Et nullius ponderis si ad te miterem,
fore putabam id equum mea erga te voluntas
tis, Et quæ plarè magnam significationem ha-
berent

F 4

berent mei in te animi. Quod equidem pollicitus fueram in aula cum tu sponte perpetuam susciperes propugnationem pro omnibus rebus meis. Erat hoc nomen apud me celebre. Primum in Gulielmo Vuaramo archiepiscopo Cantuariensi, tum in Gulielmo Budao, nouo patro meo. Postremo in te, quem ex vno aut ad summum altero colloquio ita suspicio propter summam integritatem, ita veneror propter exactam prudentiam ac eruditionem, ut nihil apud me sit vel maioris momenti. Quare si has annotationes tametsi merito tuo minime respondentes, ea humanitate legeris, qua me in aula excepisti, incitabis Oluarium tuum ad maiora, quibus nomen tuum aliqui iam celebre vel perpetuo illustretur: interea tibi omnia mea commendatissima esse cupio. Vale
Lutetia. V. Idus Iulij. M. D. XXXVI.

IN

IN VITAM MELAE.

Non fuit animus quicquam in Vita Pomponij attingere, quando ab alijs diligenter tradita est. tantum illud inter legendum Pictavijs admonueram, esse nonnullos, qui putarent, fuisse Melam Tariffensem. Oppidum est Tariffa in Hispania Betica iuxta fretum Gaditanum, olim Belon, in ea parte regni Granatae qua est Turdulorum: contendunt hoc Tariffenses ex vetustissimis monumentis. Quam etiam defendunt esse Tariffa aliquot genere Melanos. Factum hoc aiunt ob vicinitatem Belonis & Mellariae, Et hinc migraverint in Belonem Mellarij.

Libuit hac admonere
in gratiam
vetusta.

tis.

F 5.

POM

P O M P O N I I

MELÆ DE SITVOR-

B I S P R O O E-

M I V M.



ORBIS Situm dicere aggre-
dor, impetum opus. Et fa-
cundia minime capax (Con-
stat enim fere ex gentium lo-
corumq; nominibus. Et eorum
perpexo satis ordine, quem persequi longum est
magis, quam benigna materia.) Veriem aspici
tamen, cognosciqu; dignissimum. Et quod si non
ope ingenij orantis, ut ipsa sui contemplatione
pretium opera attendentium absoluat. Dicam
autem alia's plura et exactius. Nunc autem ut
qua; erunt clarissima, Et strictim. Ac primo
quidem qua'sit forma totius, qua maxima par-
tes, quo singula modo sint, utq; habitentur ex-
pediam. Deinde rursus oras omnium Et litto-
ra, Et intra extraq; sunt, atq; Et ea subit ac
circumluit pelagus, additis qua in natura re-
gionum, incolarumq; memoranda sunt. Id quo
facilius sciri possit atque accipi, paulo altius
summa repetetur.

Petri Ioan. Cluvarij Annotationes.

Praefatur operis pondus, Varietatem, obscuri-
tatem

tatem & perplexum argumentum, deinde quod in hoc libro & in alijs persequetur.

Dicere) nam orator praefatur, dicunt enim oratores sed nouè dicere pro describere dixit.

Materia) oratorium est.

Ope) modestiam indicat.

Orantis) nimirum talis soluit haberi in proœmio:

Forma) an videlicet sphaerica, rotunda, aut serius figura.

Intra) ad sinus refertur.

Additis quæ) πρὸς τὴν τοπογραφίαν spectat.

P O M P O N I I M E L Æ.

Mundi in quatuor partes diuifio.

C A P. I.



Q M N E igitur hoc, quicquid id est, cui mundi cæliq; nomen indidimus, vnum est, & vno ambitu se cunctaq; amplectitur. Partibus differt. Vnde sol oritur, Oriens nūcupatur aut Ortus: quò demergitur, occidēs vel occasus: qua decurrit, meridies: ab aduersa parte, septētrio. Fluit medio terra sublimis cingitur vndiq; mari, eademq; in duo latera

latera, quæ hemisphæria nominantur, ab Oriente diuisa ad Occasum, Zonis quinque distinguuntur. Mediam æstus infestat, frigues & leuissimas. Reliqua habitabiles, paria agunt anni tempora, Verum non pariter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus. Illius situ ob ardorem intercedentis plagæ incognito: huius descendus est. Hac ergo ab ortu porrecta ad occasum: & quia sic iacet, aliquanto quàm ubi latissima est, longior, ambitur omnis oceanus, quatuorque ex eo maria recipit, Vnum ab septentrione, à meridie duo, quartum ab occasu. Suis locis illa referentur. Hoc primum angustum, nec amplius decem millibus passuum patens, terras aperit, atque intrat. Tum longe latèque diffusum, abigit vastè cedentia littora, iisdemque ex diuerso propè cœuntibus, adeò in arctum agitur, Vt minus mille passibus pateat. Inde se rursus, sed modicè admodum laxat: rursusque etiam quàm fuit arctius exit in spatium. Quo cum est acceptum, ingens iterum & magnum, & paludi (caterum exiguo ore) coniungitur. Id omne quâ venit, quâque dispergitur, Vno vocabulo nostrum mare dicitur. Angustias, introitumque Venientis, nos fretum, Græci ωπλοῦν appellant. Quâ diffunditur, alia alijs locis cognomina acceptat. Vbi primum se coarctat, Hellepontus vocatur: Propontis ubi expandit: Vbi iterum pressit, Thracius Bosphorus: Vbi

Ubi iterum effundit pontus Euxinus : quâ paludi committitur , Cimmericus Bosphorus : palus ipsa Maëotis. Hoc mari & duobus inclitis amnibus , Tanais & Nilo , in tres partes vniuersum diuiditur. Tanais à septentrione ad meridiem vergens , in mediam ferè Maëotida defluit : & ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet à freto ad ea flumina , ab altero latere Africam vocamus : ab altero , Europen : Ad Nilum , Africam : ad Tanais , Europen. Ultra quicquid est , Asia est.

Annotationes in Primum Caput.

Mundum in primis quatuor distinguit partibus. Deinde terram quinque regionibus , quas Zonas appellat , Mare Verò in quinque distribuit maria , Oceanum , Mediterraneum , Caspium , Persicum , & Arabicum. Indicat postea tria freta , & duos ingentes amnes , quibus terra ipsa in tres diuisa est partes.

Vno ambitu se) igitur sphericum est : refertur ad Verba Proëmij , qua sit forma totius.

Oriens) Oriens dicitur omnis pars terra , in qua sol oritur , hinc est , quod punctum mobile vocatur. Græcis est ἀνατολή , Italis Levante , Germanis Ost.

Occidens) Occidens est , ubicunque Sol occidit , punctum etiam mobile , Græcis est δύσις , Italis Ponente , Germanis Vuest.

Merid

Meridies) duo sunt puncta fictitia *Meridies*, & *Septentrio*, sed immobilia. *Meridies* *Græcis* est *μεσημβρία*, *Italici* *Mezo Giorno*, *Germanis* *Zud*.

Septentrio) *Græcis* est *βόρεα*, *Italici* *Tramontana*, *Germanis* *Norden*.

Hemisphæria) *scmisphæria*.

Mediam æstus) quia diu Sol decurrit per eam.

Non pariter) quia quando nobis est hyems, habitantibus alterum hemisphærium est æstas, & quando nobis æstas, illis hyems.

Antichthones) aduersus terram habitantes antipodes. *ἄντι*, terra est, & *ἀντι*, aduersus, contra nec est dubium quin sint antichthones post apertas navigationes.

Illius situ ob ardorem) Seculo *Pompanij* nemo ausus fuit mediterranea *Africa* peragraré. existimant enim hanc plagam adeò feruere æstibus, Et non possit habitari. *Mela* sui seculi sententiam refert, dices, sunt multi qui ibi agant. fateor. Sed seculo *Mela* nemo fuit, qui hoc fateretur. *Hallucinati*, sunt, dices, quotquot fuere illo tempore quasi verò ignoratio esset hallucinatio. fateor planè eos ignorasse *Hemisphærium antichthonum*, seu nec propterea hallucinatos fuisse. Quid igitur erat *Mela* si cum suo seculo ignorauerit alterum *Hemisphærium* & navigationem per *Zenarum*

Zonam torridam.

Ambitur omnis Oceano) Homero & Aristoteli terra insula est.

Vnum à Septentrione) nihil fabulosius, & in quo magis hallucinatz sit antiquitas: argumentum erroris fuit, quod à mari Caspio & que ad Oceanum Septentrionalem paruum terra tractum Veteres faciebant, hinc existimabant mare Caspium ex Oceano defluere.

A meridie duo) Persicum, & Arabicum intelligit.

Quartum ab Occasu) Mediterraneum, sive nostrum.

Hoc primum) Mediterraneum.

Fretum dictum à feruendo auctore Varone, Vulgus hunc feruorem vocat Corrente: inde omnia freta nauigantibus sunt inuisa.

ωορβαν, id est traiectum, de Græco Verbo ωορβαν quod est trajectio. Primum fretum dicitur Gaditanum, Vulgò Gibraltar, corrupto vocabulo nam antea Gabel lingua Arabica dicebatur, quæ dictio sonat montem.

Hellepontus) nunc El far de Gallipoli.

Thracius Bosphorus) nunc El far de Constantinopoli far significat strictum seu angustiam maris.

In tres partes) Varro in duas, Asiam, & Europam. Veteres apud Herodotum in quatuor,

tuor, *Asiam, Africam, Europam* & *Aegyptum*: recentiores in tres tantum, nam *Aegyptum Asia* partem faciunt.

Summa Asiæ descriptio.

CAP. II.

T Ribus hanc è partibus tangit Oceanus, ita nominibus & locis differens. Eius ab oriente, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus. Ipsa ingenti ac perpetua fronte versa ad orientem, tantum ibi se in latitudinem effundit, quantum Europa & Africa, & quod inter ambas pelagus immissum est. Inde cum aliquatenus solida processit, ex illo Oceano quem Indicum diximus, Arabicum mare & Persicum, ex Scythico Caspium recipit; & ideo qua recipit angustior. Rursus expanditur, & fit tam lata quam fuerat deinde cum iam in suum finem, aliarumque terrarum confinia deuenit, media nostris aquoribus excipitur: reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanaim. Ora eius cum alneo Nili amnis ripis descendit in pelagus, & diu, sicut illud incedit, ita sua littora porrigit. Deinde fit venienti obuiam, & primum se ingenti ambitu incuruat, post se ingenti fronte ad Helleponticum fretum extendit: ab eo iterum obliquat ad Bosphorum. Iterumque ad Ponticum latus curua, aditum Mæotidos transuerso

mar

*marginē attingit. Inde eam gremio ad Tan-
naim &que complexa, sit ripa, qua Tanais est.
In ea primos hominum accepimus ab oriente,
Indos, Seres, & Scythas. Seres media ferme
Eoa partis incolunt. Indi & Scythia <ltima:
ambo latē patentes, neque in hoc tantū pe-
lagus effusi, Spectant enim etiam meridiem
Indi: orāque Indici maris (nisi <ibi astus in-
habitabilem efficiunt) diu continuis gentibus
occupant. Spectant & septentrionem Scythia,
as littus Scythicum (nisi <nde frigorebus ar-
centur) &que ad Caspiū sinum possident.
Inde proxima est Ariane, deinde Aria, &
Gedrosis & Persis ad sinum Persicum. Hunc
populi Persarum ambiunt, illum alterum A-
rabes. Abijs, quod in Africā restat. Ae-
thiopum est: illic Caspiā Scythiis proximis, si-
nū Caspiū cingunt. Ultra Amazonas, <-
trāque eas Hyperborei esse memorantur. In-
teriora terrarum multa Variāq; gentes habi-
tant, Canderi, & Paricani, & Baetri, Su-
siani, Pharmacotrophi, Bomarei, Coamani,
Rophanes, Daha. Super Scythas Schytha-
rūque desertā, ac super Caspiū sinum, Co-
mari, Massageta, Cadusij, Hyrcani, Hibe-
ri. Super Amazonas & Hyperboreos, Cim-
merij, Scythia, Heniochi, Georgi, Moschi, Cor-
siti, Phoristi Riphaces: atque <bi in nostra
maria tractus excedit, Mardi, Antibarani:*

Et notiora iam nomina, Medis, Armenij, Co-
 mageni, Murrani, Vegeti, Cappadoces, Gallo-
 graci, Lycaon's, Phryges, Pisida, Isauri, Lydi,
 Syrcilices. Rursus ex ijs, qua meridie[m] spe-
 ctant, eadem gentes interiora littora tenent
 usque ad sinum Persicum. Super hunc sunt
 Parthi, Et Assyrij: super illum alterum, Ba-
 bylonij. Et si per Aethiops Aegyptij, Ripis Ni-
 li amnis Et mars proxima, ijdem Aegyptij pos-
 sident. Deinde Arabia angusta fronte sequen-
 tia littora attingit. Ab ea usque ad flexum il-
 lum quem supra retulimus, Syria: Et in ipso
 flexu, Cilicia: extra autem, Lycia, Et Pamphi-
 lia, Caria, Ionia, Aeolis, Troas usque ad Helle-
 spontum. Ab eo Bityni sunt ad Thracium Bo-
 sporum. Circa pontum aliquot populi, alio ali-
 que fine, omnes uno nomine Pontici dicuntur.
 Ad lacum, Mxotici, ad Tanain, Sauromata.

Annotationes in secundum Caput.

Perpetua fronte) non interrupta, sed inte-
 gra versus Orientem Et Septentrionem.

Tantum ibi se in latitudinem) hac referun-
 tur ad secula Mela, quibus nondum tota Afri-
 ca innotuerat.

Cum aliquatenus solida) ex ignoratione il-
 larum regionum hac dixit Mela, non erant hac
 littora maris Indici plene cognita Pomponij
 tempore, constat enim ex recentioribus naviga-

tionibus non posse solidam esse ad Meridiem ob
finem Arabicum Persicum, Sinum Catiscopi-
dum, Gangeticum, & Magnum.

Ex Scythico Caspium) diximus ignorasse an-
tiquitatem distantiam ab Hyrcano mari & s-
que ad Oceanum septentrionalem, & propter
ea incidisse in illum errorem.

Rursus expanditur) in littore maris Rubra
Versus Aegyptum.

In suum finem) hoc est, ad caput bona spei
nunc Cabo de bona speranza Versus Meridiem,
& Tanaim Versus septentrionem.

Media) hoc est mediam circumluit nostram
mare siue mediterraneum.

Deinde sic Venienti obuiam) ad flexum Sy-
riacum.

Ingenti ambitu) a Pelusio ostio & oppido
nunc Damietta & s-que ad Cariam regionem
Asia minoris.

Obliquat) & cunque flectitur in Propontide.

Iterum curua) ad Pontum Euxinum.

Aditum) Cimmerium Bosphorum osten-
dit.

Transuerso margine) hoc est angulam fa-
ciens.

Indos) ab Oriente, & Meridie retinent no-
men. Diuisa est Indiam Superiorem & in-
feriorem: inferior in Indiam extra Gangem
& Indiam intra Gangem. Superioris sunt re-

gna praecipua Gathai, Mulpha, Cyamba, Chai-
 ran Thebet, Bocat, & regnum Marfiali, Moa-
 bat, & regnum Var, nunc Synarum, Lusitani
 vocant Chiamarum. India extra Gangem habet
 Lamay regnum, & propè Malaqua: India in-
 tra Gangem Narsingam regnum potentissi-
 mum & propè caput Curia Callicut regnū &
 civitatem ubi & Canamor Torma, Patam,
 Pandarani, Bisnagar, Barta, cala.

Seres) orientalis regio Sereca & magis me-
 diterranea quàm Scythica & India superior
 inter Scythas et Indos sita, huius regionis sunt,
 provincia Camul & Chichitalis.

Scythas) quotquot sunt à parte illa orienta-
 li qua provincia Tangut vocatur &sq; ad Rha
 flusium, omnes uno nomine Scythae dicuntur,
 & tota regio nostro saeculo Tartaria: principio
 ab oriente sunt Scythae. extra Imaum montem
 Ramentum Tauri sunt quidem Tartari, a-
 pud quos est Tangut, Cathaia, & Halor, sub-
 iecta omnia Magno Chan regi Tartarorum. in
 Scythia intra Imaum sunt alij Tartari &sq;ue
 ad Rha Et diximus: postea &sq;ue ad Tanaim
 sunt Sarmatici Asiatici.

Persis) retinet nomen cuius dominus est
 Sophus.

Quod in Africam) intellige Meridiem
 versus. nam Septentrionem versus Ae-
 gyptus est.

Hyperb

Hyperborei) *Scythæ* sunt & *Tartari*: sunt
tamen qui dicant eos *Europæos* esse.

Parthi) *Parthi* & *Assyrj* sub ditione *Sophu* regis.

Caria) ab ea &que ad *Bithyniam* regio *Asia* minor dicitur, nunc *Anatolia* &
Turgia.

Sauromata) *Sarmata Asiatici* inter quos
sunt *Magni Bulgari*.

Summa Europæ descriptio.

CAP. III.

Europa terminos habet, ab oriente *Tanaim*
& *Maotida*, & *Pontum*: à meridie, re-
liqua nostri maris: ab occidente *Atlanticum*:
à septentrione *Britannicum oceanum*. Ora e-
ius, forma littorum, à *Tanai* ad *Hellepon-*
tum, quâ ripa est dictis annis, quâ stecum pa-
ludis ad *Bosphorum* redigit, quâ *Ponto*, *Pro-*
pontidis, & *Helleponto* latere adiacet, contra-
rij littoribus *Asia* non opposita modò, Verum-
etiam similis est. Inde ad fretum nunc *Castè*
retracta, nunc prominens, tres maximos sinus
efficit, totidemque in altum se magnis fronti-
bus euebit. Extra fretum ad occidentem in a-
qualis admodum, præcipuè media, quâ pro-
currit ad septentrionem, nisi ubi semel iterum-
que grandi recessu abducitur, penè & dire-
cto limite extenta est. Mare quod primo sinu

G 3 accipis

accipit, Aegaeum dicitur: quod sequenti in ore, Ionium: Adriaticum interius: quod ultimo, nos Thyscum, Graij Tyrrhenum perhibet. Gentium, prima est Scythia, alia quam dicta est: a Tanais media ferme Pontici lateris, hinc in Aegaeam partem continens, Thraciae ac Macedoniae adiungitur. Tum Graecia prominet. Aegaeumque ab Ionio mare dirimit. Adriatici latus Illyris occupat. Inter ipsum Adriaticum & Thyscum Italia procurrat. In Tusco intimo Gallia est, Ultra Hispania est. Hac in occidentem, denique etiam ad septentrionem duersis frontibus vergit. Deinde rursus Gallia est longe, & a nostris litoribus huc &que promissa. Ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur; ibi ad Asiam. Hac de Europa.

Tertii Capitis annotationes.

Tandem) nunc Tanais dicitur.

Nunc Vaster retracta) ad sinum Aegaeum, Adriaticum, & ad Tuscum refertur.

Prominens) in Peloponneso. & in promontorio Calabria.

Praecipue media) Versus Pyrenaeos ad finem Rhaem.

Vbi semel) apud fontem Rhaem.

Iterum) in Germaniam. Pomponius reliquit sinum Danoricum.

Aiduc

Abducitur) dictio familiaris *Mela*, retrahitur.

Directio limite) directio margine & litore, id est, perpetua est, nisi in fine *Pyreneorum*, & in *Germania* nam tres sinus facit.

Aegaeum) dictum auctore *Varrone* ab hinniulis, quod in eo mari scopuli à similitudine caprarum, à: yes vocentur.

Sequenti in ore) os appellat, & non sinum *Corinthiacum*: quanquam revera sinus est. *Mare Aegaeum* protenditur ab *Hellefonte* usque ad sinum *Megaricum* in *Peloponneso*: à sinu vero *Megarico* usque ad os sinus *Adriatici*. *Ionium*. *Mare Aegaeum* nunc dicitur *Archipelago*, nam complectitur *Syriacum*, quod nunc est *El mar de Suria* *Mare Adriaticum* ab *Adria* oppido dictum iam non extat, erat enim prope *Venetias*, nunc hoc mare dicitur *la Canal de Venecia*.

Scythia) duplicem indicat *Scythiam*, sicut duplicem *Sarmatiam*, *Scythiam Asiaticam*, quae pars est *Tartaria*, & *Europaam*, quae *Hunos Moscovitas Lituanos* comprehendit.

Hinc) hoc est à medio latere *Ponti* usque ad *Aegaei* partem est *Thracia*, cuius *Metropolis* est *Constantinopolis*, ubi *Mediterranei* sunt *Bulgarij* & *Valachi*.

Tum Gracia prominet) *Peloponnesum* intelligit nunc est *la Morea*.

Illyris) nunc Sclauonia.

In Thusco finitimo Gallia) ita est, si nomine Gallia comprehenderis cisalpinam et transalpinam.

Diuersis frontibus) primum sacro Promontorio quod nunc dicitur Cabo de San Vincēte. Deinde Nerio, quod nunc est finis terra in Compostella. Tum Gobeo in Britannia minore, nunc est Sanctus Matthæus. Postea Dacico, ubi sunt libera ciuitates: quarum præcipua est Lubecum: dicta nunc ciuitates Ostrelingorum.

A nostris littoribus) id est à littoribus Maris mediterranei.

Ad Sarmatas) nunc Polonos, id est, & que ad Visulam annem distinguētem Sarmatiam à Germania.

Summa Africæ descriptio. CAP. IIII.

Africa ab orientis parte Nilo terminatur. pelago à cæteris: breuior est quidē quàm Europa, quia nec & squam Asia, & non totius huius littoribus obtenditur. Longior tamen ipsa, quàm latior, & quā ad finem attingit, latissima. Vtque inde procedit, ita media præcipue in iuga exurgens, pergit incurua ad occasum fastigiatq; se molliter, & ideo ex spatio paulatim adductior. Vbi finitur, ibi maxime Angusta est. Quantum incolitur, eximie fertilis. Verum quod pleraque eius inculta, &

aut harenis sterilibus obducta, aut ob sitim cœli terrarumque deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium; Vastia est magis quàm frequens. Mare quo cingitur à septentrione, Libycum: à meridie, Aethiopicum: ab occidente, Atlanticum dicimus. Ab ea parte, qua Libycò adiacet, proxima Nilo provincia quam Cyrenas vocant. Deinde, cui totius regionis vocabulo cognomē inditum est, Africa. Cetera Numida & Mauri tenent. Sed Mauri in Atlanticum pelagus expositi. Vtrà Nigrita sunt, & Pharusij &que ad Aethiopas. Hi & reliqua huius, & totum latus quod meridiem spectat, &que in Asia confinia possident. At super ea qua Libycò mari abluuntur, Libyes Aegyptij sunt, & Leucoathiope: & natio frequens multiplexque Getuli. Deinde latè vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garammantas, post Angilas & Troglodytas, & ultimos ad occasum Atlantas audimus. Intra (si credere libet) vix iam homines, magisque semisferi Aegyptianes & Blemmya & Gamphasantes, & Satyri sine tectis passim ac sedibus vagi habent potius terras, quàm habitent. Hac summa nostri orbis, ha maxima partes, ha forma gentesque partium. Nunc exactius oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, Unde terras

G s nostram

nostrum pelagus ingreditur. Et ab ijs potissimum, qua influenti dextra sunt. Deinde stringere littora ordine quo iacent, peragratisque omnibus qua mare attingunt, legere etiam illa qua cingit oceanus, donec cursus incepti operis intra extraq³ circumuectus orbē, illuc unde caperit redeat.

Annotationes in Quartum Caput.

Quia nec vsq³ Asia) nunquam Asia littoribus contra tenditur Africa

Longior tamen ipsa quàm latior) nil Veritatis si ad sicula Pōponis referas, quibus Africa vsq³ ad principium Aethiopia solūm cognita erat.

Quā ad fluvium) Nilum intellige.

Ita media praeipue in inga) a Numidia, qua sita est in Media Africa, incipiunt exurgere montes: quonquā a Catathmo vsq³ ad fretum semper exurgit Africa, praeipue tamen in Numidia.

Pergit incurua) id est, nullos facit sinus nisi Voles Syres appellare sinus.

Fastigiatq³ se molliter) id est erigitur, & contrahitur in cunei formam pedetentim.

Et ideo ex spatio paulatim adductior) ex spatio quasi vix scires cognoscere discrimen contractionis, nisi in magno spatio, adductior, id est, contractior.

Quantum incolitur) hoc est, totus tractus
Marinus

Murinus eximie fertilis: mediterraneus fertilis.

Cyrenas) nunc dicta Corena.

Africa) minor nunc dicta Barbaria.

Mauri) à potentissima ciuitate dicti, quæ nunc est Marruecos, Vbi agunt Alarabes.

Nigrita & Pharusij) Dicam postea, mediterranei sunt.

Vnde terras nostrum) id est, à freto Gaditano.

Qua influenti dextra) ab Africa.

Illuc Vnde caperit) id est, in idem fretum.

PARTICULARIS AFRICAE
DESCRIPTIO.

Mauritania.

CAPVT V.

DICTUM est Atlanticum esse oceanum, qui terras ab occidente contingeret. Hinc in nostrum mare pergentibus, laua Hispania, Mauritania dextra est. Prima partes illæ Europæ, hæ Africa. Eius ora finis, Minlucha: caput atque exordium est promontorium, quod Græci Ampelsiam, Afris aliter, sed idem significante vocabulo, appellant. In eo est specus Herculi sacer, & Vltra specum Tingi oppidum peruetus ab Anteo (ut ferunt) conditum. Exstat rei signum, parma elephantino tergore exesto, ingens, & ob magnitudinem nulli nunc & suro habitis, quam locorum assola ab ille gestatam

statim pro vero habent, traduntque. Et inde
 eximie colunt. Deinde est mons praaltus, et
 quem ex adverso Hispania attollit obiectus
 hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas
 Hercules utrunque. Addit fama nominis fa-
 bulam, Herculem ipsum iunctos olim perpetuo
 iugo diremisse colles, atque ita exclusum an-
 tea mole motum oceanum, ad qua nunc inun-
 dat admissum. Hinc iam mare latius fundi-
 tur summo atque vastius terrae magno impe-
 tu inflectit. Ceteram regio ignobilis, Et vix
 quicquam illustre sortita parvis oppidis habi-
 tatur, parva flumina emittit solo quam viris
 melior, Et segnitie gentis obscura. Ex his tamē
 qua commemorare non piget, montes sunt alti,
 qui continenter, Et quasi de industria in or-
 dinem expositi, ob numerum septem, ob simi-
 litudinem fratres vocantur. Tamuada fluvius,
 Et Ruscada. Et Siga parva Urbes: Et portus,
 cui Magno est cognomen ob spatium. Atubicha
 ille quem diximus amnis est ingentium olim
 regnorum terminus, Bocchi Iugurthaque.

Annotationes in caput Quincum.

Atlanticum) Atlas mons maior Africā divi-
 dit, nūc dicitur Maiusle. Atlas minor, Laute.

Ampelusiam) à Vinetorum copia promon-
 torium est, nec hodie vocatur Cabo de Esparto,
 sed Cabo de Cantero.

Tingi) nunc Taniar regis Lusitania.

Abylam)

Abylam) nunc *Acenta*: oppidum etiam *Lusitanorum*. hinc sumit initium mons ille, qui nunc dicitur *La Siera Dalmarca*. *Sierra Hispanice* sanat montem. plenus est his *simijs*.

Calpen) nunc *Gibraltar*.

Tamuada) nunc *Bedia*, rigat regionem *Alarabum*.

Ruficada) nunc *Astora*.

Siga) nunc *la Guardia* vulgò dicitur.

Numidia.

CAPVT VI.

AB eo *Numidia* ad ripas exposita flumi-
nis *Ampsaga* spatium quidem quàm *Mau-
ritania* angustior est, Verùm & culta magis,
& ditior. Urbium, quas habet, maxima sunt
Cyrtha procul mari, nunc *Sitianorum* colonia,
quondam regum domus *Iuba* & *Siphacis*,
cùm foret opulentissima. Iol ad mare, aliquan-
do ignobilis, nunc quia *Iuba* regia fuit, & quòd
Casarea vocitatur, illustris. Citra hanc (nà in
medio ferme littore sita est) *Carthenna* & *Ar-
senaria* sunt oppida, & *Ampsaga* est castellum.
& *Laturus* sinus, & *Sordabale* fluminis. *Ul-
ra*, monumentum commune regie gentis. De-
inde *Icosium* & *Vethisia* urbes, effluentes in-
ter eas *Ancus* & *Nabar*, aliàque qua taceri
nullum rerum fama ve dispendium est. Inte-
rius, & longe satis à littore (si fidem res ca-
pit)

pit) mirum ad modum, sſina piſcium miri-
cum eſtreorumq; fragmenta ſaxa attrita (ſi
ſolent) ſuſcitibus, & non differentia marinis.
ſrfixa cautibus anchora. Alia & huiusmodi
ſigna atque veſtigia effuſi olim & ſque ad ea lo-
ca pelagi, in campis nihil alentibus eſſe, inveni-
ſique narrantor.

Annotationes in Sextum Caput.

Numidia pars Africa minoris, teſte Pto-
lemao.

Cyrtha) nunc Conſtana.

Iol) nunc Bugia.

Cartenna) nunc Sileſe.

Arsenaria) nunc Arſen.

Africa minor.

CAPUT VII.

Regio qua ſequitur à promontorio Meta-
genio ad aras Philenorum propriè no-
men Africa & ſurpat. In ea ſunt oppida, Hip-
po regius, & Ruſicade, & Tabraca. Deinde
tria promontoria, Candidum, Apolliniæ, Mer-
curij, caſtè proiecta in altum, duos grandes ſi-
nus efficiunt: Hipponſem vocant proximum
ab Hippone Diarrhyto, quod liſtoræ ſinus ap-
poſitum eſt. In altero ſunt caſtra Lalia, caſtra
Cornelia, flumen Bragada, Utica & Cartha-
go, ambe inclyta, amba à Phœnicibus condi-
ta. Illa fato Catonis inſignis: hac ſuo: nunc po-
pulo

puli. Romani colonia, olim imperij eius perti-
 max amula, iam quidem iterum opulenta, etiã
 nunc tam priorum excidio rerum, quàm opes
 presentium clarior. Hadrumantum, Leptis,
 Clupea, Abrotonum, Taphra, Neapolis hinc
 ad Syrtim adiacent, ut inter ignobilia cele-
 berrima. Syrtis sinus est centum ferè milia pas-
 suum, quã mare accipit, patens: trecenta quã
 cingitur. Verùm importuosus atq; atrox, & ob
 vadorum frequentium brevis, magisque etiam
 ob alternos motus pelagi affluens & re-
 fluentis infestus. Super hunc ingens palus,
 amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis: Unde &
 Minerva cognomen inditum est, ut incola ar-
 bitrante ibi genita: faciuntque ei fabula ali-
 quam fidem, quòd quem natalem eius putant,
 ludicris virginum inter se decertantium cele-
 brant. Ultra est Oea oppidũ, & Cinyphs fluvius
 per & berrima arua decidens. Tum Leptis al-
 tera, & Syrtis nomine atque ingenio par prio-
 ri: ceterum altero ferè spacio quã dehiscit,
 quãq; flexum agit, amplior. Eius promonto-
 rium est Borion, ab eoque incipiens ora quam
 Lotophagi tenuisse dicuntur, & que ad Phy-
 cunta (& id promontorium est) importuoso
 litore pertinax. Ara ipsa nomen ex Phile-
 nis fratribus traxere, qui contra Cyrenaios
 missi Carthagine ad dirimendam conditione
 bellũ, diu iam de finibus, & cum magnis am-
 borum

borum cladibus gestum, postquam in eo quod conuenerat non manebatur, Et ubi legati concurrerent, certo tempore & tringue dimissi, ibi termini statuerentur: pacti de integro, Et quicquid citra esset, popularibus cederet. Mirum et memoria dignissimum facinus, hic se & suos obrui pertulerunt.

Annotationes in caput Septimum.

Metagonio) nunc dicitur El Cabo de tres arcas.

Aras Philenorum) hodie sunt Porto de Saba.

Hippo) nunc Bona.

Flumen Bragada) nomen retinet.

Vtica) nunc Bisartha.

Carthago) nomen retinet.

Clupea) Quipia Vulgo.

Neapolis) nunc Mahometta.

Syrtim) Syrtes Lusitani vocant Baxos de Barberia, alij Banquos,

Lotophagi) nunc los Chelbens.

Qui contra Cyrenaicos) locus iste est mutillus, quadam enim desiderantur, Et sit integra Pomponij lectio. Ubi enim est, pacti de integro, deest Pomponio pactum, nescies ex lectione Pomponiana quid pacti fuerint, nisi ex Salustio adtideris. Et vel illi quo fines populo suo peterent, ibi & ui obruerentur, vel eadem conditione sese quem in locum vellent, processuros.
Phile

Philem conditione probata, mirum & memoria dignissimum facinus, hic se viuos obrui pertulerunt.

Cyrenaica.

CAPVT VIII.

INde ad Catabathmon Cyrenaica prouincia
est, in eaq³ sunt Ammonis oraculum, fidei
inclute: & fons, quem Solis appellant: & rupes
quadam Austro sacra. Hac cum hominum ma-
nu attingitur, ille immodicus exurgit, harenas
que quasi maria agens, sic sauit, Et aquor flu-
etibus. Fons media nocte feruet, max & paula-
tim tepescens fit luce frigidus: tunc Et sol sur-
git ita frigidior, subinde per meridiē maximè
riget. Sumit deinde tepores iterum & prima
nocte calidus, atq³ Et illa procedit ita calidior:
rursus cum est media, perferuet. In littore pro-
montoria sunt Zephyrion, & Nauslathmos,
portus Paretonius. Vrbes, Hesperia, Apollonia,
Ptolemais, Arcinoen, atque (Vnde terris no-
men est) ipsa Cyrene. Catabathmos Vallis de-
uexa in Aegyptum, finit Africam. Ora sic ha-
bitantur, ad nostrum maximè ritum moratis
cultoribus, nisi quod quidam linguis diffe-
runt, & cultu deorum quos patrios seruant
ac patrio more venerantur. Proximis nulla
quidem Vrbes flant, tamen domicilia sunt,
que Mapalia appellantur, dictus asper, &
H mun

munditijs carens, Primores sagis velantur,
 Vulgus bestiarum pecudumq, pellibus: humi
 quies epulae que capiuntur. Vasa ligno fiunt,
 aut cortice. Potus est lac succus que baccarum.
 Cibus est caro, plurimum ferina. Nam gregi-
 bus (quia id solum optimum est) quoad potest,
 parcitur. Interiores etiam incultus. Sequun-
 tur vagi pecora. Et que a pabulo disiecta sunt, ita
 se, ac tuguria sua promouent: atque ubi dies de-
 fuit ibi noctem agunt. Quamquam in familias
 passim, & sine lege dispersi, nihil in commune
 consultant; tamen quod singulis aliquot simul
 coniuges, & plures ob id liberi agnati que
 sunt, nisi quam pauci degunt. Ex his qui ultra
 desertum esse memorantur Atlantes solem exe-
 crantur, & dum oritur & dum occidit, Et
 ipsis agrosq, pestiferum. Nomina singulis non
 habent, non vescuntur animalibus, neque illis
 in quiete, qualia ceteris mortalibus, visere da-
 tur. Trogodytae nullarum opum domini, stri-
 dent magis quam loquuntur, specus scibent,
 alanturq, serpentibus. Apud Garamates etia
 ermentis sunt ea, qua obliqua ceruice pascun-
 tur. Nam pronis directis in humum cornua ef-
 ficunt. Nulli certe Exor est. Ex his qui tam
 confuso parentum coitu passim incertisq, na-
 sciuntur, quos pro suis colant, forma similitudo-
 ne agnoscunt. Augila manes tantum deos pu-
 tant, per eos deierant, eos ut oracula consulat,
 prece

precatio, qua Volunt, Ebi tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia. Fæminis eorum ſolenne eſt, nocte, qua nubunt, omnium ſuſpro paterc, qui cum munere aduenerint, Et tum cum plurimis concubuiſſe maximum decus, in reliquis pudicitia inſignis eſt. Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumq; omnium ignari: nec Vittæ ſciunt tela nec tacere: ideo que obtuſos fugiunt, neque aliorum quàm quibus idem ingenij eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur. Blemmis capita abſunt, Vultus in pectore, eſt. Satyris præter effigiem, nihil humani. Aegyptum qua celebratur, ea forma eſt. Hac de Africa.

Annotationes in caput Octauum.

Ammonis oraculum) nunc el Cancarran de Mahoma.

Hesperia) nunc Bernic.

Apollonia) nunc Bonadria.

Ptolemais) Tolomita nunc.

Arsincē) hodie Trochara.

Cyrene) Corena vulgò

Vallis deflexa in Aegyptum) Et ſq; ad Aegyptum, ita Et nihil contineat Aegypti. Nam ex ſententia Mele Aegyptus Aſia pars eſt.

H 2 PAR

484 MELAE DE SI. ORB. LIB. I.
PARTICVLARIS ASIAE
DESCRIPTIO.

Aegyptus. CAPVT. IX.

A Sia prima pars Aegyptus inter Cata-
bathmon & Arabas, ab hoc littore peni-
tus immissa, donec Aethiopiam dorso contin-
gat, ad meridiem refugit. Terra expers im-
brium, mirè tamen fertilis, & hominum alio-
rumq; animalium perfacunda generatrix, Ni-
lus efficit, amnium in nostrum mare permean-
tiũ maximus. Hic ex desertis Africa missus,
nec statim nauigari facilius, nec statim Nilus
est: & cum diu simplex saeuusq; descendit, cir-
ca Meroen latè patentem insulam, in Aethio-
piam diffunditur, altera que, ex parte Asta-
boras: altera Astapus dictus est. Vbi rursus
coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim asper,
partim nauigia patiens, in immanem lacum
deuenit: ex quo precipiti impetu egressus, &
Tachempso alteram insulam amplexus, & que
ad Elephantidem Urbem Aegyptiam atrox
adhuc, feruens que decurrit. Tum demum pla-
cidior, & iam penè nauigabilis, primũ in-
iuxta Cercasorum oppidum triplex esse incipit.
Deinde semel iterum que diuisus ad Delta
& ad Metilẽ it per omnem Aegyptum va-
gus atque dispersus, septemq; in ora se scin-
dens, singulis tandem grandis, euoluitur. Non
perer

pererrat autem tantum eam, sed astuosy-
dcre exundans etiam irrigat, adeo efficaci-
bus aquis ad generandum alendumque, &
prater id quod scatet piscibus, quod Hippopota-
mos, Crocodilosque vastas belluas gignit, gle-
bis etiam infundat animas, ex ipsaq; humo vi-
talia effingat.. Hoc eo manifestum est, quod
Vbi sedauit diluuia, ac se sibi reddidit, per hu-
mentes campos quadam nondum perfecta ani-
malia, sed tum primum accipientia spiritum,
& ex parte iam formata, ex parte adhuc ter-
rea visuntur. Crescit porro siue quod soluta ma-
gnis astibus nives, ex immanibus Aethiopia
iugis largius quam ripis accipi queat, defluunt:
siue quod sol hyeme terris propior, & ob id fon-
tem eius minuens, in aestate tunc altius abit,
sinistq; integrum, & ut est plenissimus, surgere
siue quod per ea tempora flantes Etesia, aut aetas
à Septentrione in Meridiem nubes super prin-
cipia eius imbre precipitant, aut Venienti ob-
uia aduerso spiritu, cursum descendentis impe-
diunt: aut harenis, quas cum fluctibus littori
applicant, ostia obducunt: sitq; maior, vel quod
nihil ex semet amittit: vel quod plus quam so-
let accipit: vel quod minus quam debet emit-
tit. Quod si est alter orbis suntq; oppositi nobis à
Meridie Antichthones, ne illud quidem à vero
nisiùm abscesserit, in illis terris ortum am-
nem, & ubi subter maria caco alueo penetraverit

in nostris rursus emergere, & hac re solutio
 accrescere, quod tum hyems sit unde oritur. A
 lia quoque in his terris mira sunt. In quodam
 lacu Chemnis insula, lucos sylvasque, & Apollini
 grande sustinens templum, narrat, & quo-
 cunque venti agunt pellitur. Pyramides trice-
 narium pedum lapidibus extructa, quarum ma-
 xima (tres namque sunt) quatuor ferè soli iuge-
 ra sua sede occupat: totidem in altitudinem eri-
 gitur. Maris aliquando campus, nunc lacus,
 viginti millia passuum in circuitu patens, al-
 tior quam ad nauigandum magnis, onustisque
 nauibus satis est. Psammetichi opus Labyrin-
 thus, domos mille, & regias duodecim perpe-
 tuo parietis ambitu amplexus, marmore ex-
 tructus ac tectus unum in se descensum habet,
 intus penè innumerabiles vias, multis ambagi-
 bus huc & illuc remeantibus: sed continuo an-
 fractu, & saepe reuocatis porticibus anceps
 quibus subinde alium super alios orbem agen-
 tibus, & subinde tantum redeunte flexu, quan-
 tum processerat, magno & inexplicabili tamen
 errore perplexus est. Cultores regionum multo
 alites à ceteris agunt. Mortuos simo oblati pla-
 gant. Nec cremare, aut fodere fas putant: Ve-
 rum arte medicatos intra penetralia collocant.
 Suis luteris peruerse utuntur. Lutum inter ma-
 nis, farinam calcibus subigunt. Forum ac ne-
 gotia, femina: Viri, pensa ac damos curant: me-
 ra illa

ra illa humeris: hi capitibus accipiunt. Paren-
tes cum egent, illis necesse, his liberum est ale-
re. Cabos palam & extra sua tecta capiunt: ob
scena intus adsumere reddunt. Colunt effigies
multarum animalium, atque ipsa magis ani-
malia, sed alij alia: adeo ut quedam eorum etiam
per imprudentiam interemisse, capitale sit. Et
ubi morbo aut forte extincta sint, sepelire ac
lugere solenne sit. Apis populorum omnium nu-
men est: bos niger, certis maculis insignis, &
cauda lingua que dissimilis aliorum: raro na-
scitur, nec costu pecoris (ut aiunt) sed diuini-
tus & caelesti igne conceptus, dies que quo gi-
gnitur genti maximè festus est. Ipsi vetustissi-
mi (ut praedicant) hominum, trecentos et trigin-
ta reges ante Amasim, & supra tredecim mil-
lium annorum etates, certis annalibus refe-
runt: mandatum que literis seruant, dum Ae-
gyptij sunt, quater cursus suos vertisse sydera,
ac solem bis iam occidisse, Unde nunc oritur.
Viginti millia Urbium Amasi regnante ha-
bitarunt, & nunc multas habitant: Earum
clarissima procul à mari, Sais, Memphis, Sye-
ne, Bubastis, Elephantis, & Thebae, & tique
(ut Homero dictum est) centum portas, siue (ut
alij aiunt) centum aulas habent, totidem olim
principum domos: soltas que singulas, ubi ne-
gotium exegerat, dena armatarum millia effun-
dere. In littore Alexandria Africa conter-

mina Pelusium Arabia ipsas oras fecat. Canopicum, Bolbiticum. Sebenniticum, Mendisium, Pashmiticum Tanicum, Pelusiacum, Nili ostia,

Annotationes in caput Nonum.

Inter Catabathmon & Arabas) hoc est inter finem Catabathmi & Arabas. nam est magnus tractus à principio Catabathmi &que ad finem versus Aegyptum.

Dorso) propterea vocatur Aethiopia sub Aegypto.

Circa Meroën) diuiditur.

Vbi rursus coit) post Meroën insulam, tunc vocatur Nilus.

Sol Hyeme terris propior) terris videlicet, ubi Nilus oritur. nam quando Aegyptijs est hyems, illis terris est aestas, propterea Sol est propior illis terris.

Continuo anfractu) flexu ex Varrone.

Suis literis peruersè utuntur) Scribunt enim à dextra ad sinistram.

Trecenas & triginta reges) hac sunt Herodoti.

Quater cursus suos vertisse Sydera, ac selem bis tam occidisse, unde nunc oritur) hic locus torquet multos viros doctissimos & adhuc torquet. Sunt qui confugiant ad nescio quae anigmata Astronomia, alij ad annos triginta dierum. Nos vero in gratiâ Geographorum

am & historicorum locum exponemus.
 ini dubium est Aegyptios pro certo ha-
 e, cælum nunquam habuisse initium. nam
 de fonte Plato mundum nunquam ince-
 dixit. Deinde Aegyptios tanta super-
 ne vetustatis laborasse, & planè credide-
 sidera circulos suos motu proprio ab Occi-
 e in Orientem quater absoluisse, sed cum
 ua sphaera spatio centum annorum unum
 um peragat, erit unus cursus proprius,
 nta sex millium annorum, qua quater ad
 summam conficiant centum & quadra-
 e quatuor millium annorum, hi erunt anni
 stas Aegyptiorum: sed quòd sol bis occi-
 , & inde nunc oritur, difficile erit exponere:
 tamen nos faciemus summo nostri ho-
 periculo, subituri hanc aleam, ob prau-
 tam nonnullorum auctoritatem, qua in hoc
 non obstabit, quò minus liberè sentiamus.
 um est sphaeras cælestes duos habere mo-
 alterum diurnum, quo omnes sphaera raptim
 amenti ab oriente in occidentem rapiun-
 hoc quidem quatuor & viginti horarum
 o: & alterum proprium, quo unaquaque
 cidente ad orientem mouetur, supra alios
 Octava sphaera spatio triginta sex milliū
 rum absoluit circulum: Sol uno anno, quòd
 ita sit & sol ex sententia Aegyptiorum
 e cursus sui non solum redit ad eundem
 H 5 gradum

gradum, sed transeat ad alium sequentem, sit
 Et cum octava sphaera attigerit punctum orien-
 tis, hoc est semicirculi, Sol ipse confecta habe-
 bit decem & octo mille revolutiones, cum ve-
 ro eadem octava sphaera absolvet alterum se-
 micirculum & sive ad Occidentem, Sol pera-
 ctas habebit totidem. Hoc modo supputando
 in duabus revolutionibus octava sphaera, Sol
 erit in fine semicirculi qui est ab occidente in
 Orientem, hoc est, in oriente ubi occidit, & in
 alijs duabus in eodem fine, ubi etiam occidit.
 haec plana sunt si quis sciverit supputare, &
 adhibuerit sphaeram materialem.

Memphis) nunc est Messer.

Ut Homero dictum est) nono Iliados.

Οὐδ' ὅς ἐς ὀρχομενὸν προτιμίσσεται, οὐδ' ὅσα
 θήσας

Αγυῆϊας, ὅδ' ἑκλῆσται δόμοις, κτήματα
 κῆται,

Αἱ δ' ἑκατόμυλοι εἰσι, διηνόσοι δ' ἄρ'
 ἐκάστη

Ανέγες ἐξοικῶενσι σὺν ἱπποισι καὶ ὄχεσφι.

Dena armatorum milia effundere) hunc
 locum corruptissimum post Hermolaum &
Vadiknum, nos ex Homero restitimus, &
 miror Hermolaum non vidisse dictionem il-
 lam διηνόσοι significare ducentos. Quare ita
 legendum est,

Ducenos armatos milites effundere.

Alexan

xandria) nota est. retinet enim nomen.
(suum) nomen ostij & oppidis. nunc dicti
ata.

Arabia.

CAP. X.

Rabia hinc ad rubrum mare pertinet,
sed illic magis lata & ditior, thure at-
loribus abundat: hic nisi quâ Casio monte
tur, plana & sterilis, portum admittit
um suarum mercium emporium: quâ in
abit, adeò aditâ, Et ex summo Vertice
rtâ Vigilia, ortum solis ostendat.

Annotationes in caput x.

Admittit) rectè admittit, quia Azotus
& Arabia sed potius Idumæa.
quarta Vigilia) duas horas post mediam
n, unde quarta Vigilia incipit.

Syria.

CAP. XI.

ia latè littora tenet, terrasque etiam la-
es introrsus, alijs alijsq; nuncupata no-
bus. Nam & Cale dicitur, & Mesopo-
a & Damascene, & Adiabene, & Ba-
ia, & Iudæa, & Sophene. Hinc Palesti-
, quâ tangit Arabas cum Phœnice: &
Cilicia committit, Antiochia: olim, ac
tens, sed cùm eam regno Semiramis te-
longè potentissima. Ex operibus certè eius
nia multa sunt. Duo maxime excellunt,
consto

constituta Urbs mira magnitudinis Babylon
ac siccis olim regionibus Euphrates et Tigris
immissi. Caterum in Palestina est ingens &
munita admodum Gaza (sic Persae ararium
vocant) & inde nomen est, quod cum Camby-
ses armis Aegyptum peteret, huc belli & opes,
& pecuniam intulerat. Est non minor Asca-
lon. Est Ioppe ante diluvium (ut ferunt) condi-
ta: ubi Cephea regnasse eo signo uiccola affir-
mant, quod titulum eius fratrisq; Phinei, ve-
teres quadam ara cum religione plurima re-
tinent: quinetiam rei celebrata carminibus
ac fabulis, seruataq; à Perseo Andromada,
clarum Vestigium, belluae marinae ossa imma-
nissima ostentant.

Annotationes in x i. caput.

Syria) nunc Suria.

Caë) id est caua. hoc enim sonat νότα.

Mesopotamia) id est, regio sita inter duos
amnes. ποταμὸς enim fluminis est. Est autem in-
ter Euphratem & Tygrim, nunc dicitur Ha-
lapiā.

Damascene) nunc terra de Damasco.

Adiabene) regio iuxta Euphratem.

Babylonia) Chaldaeorum.

Palestina) olim dicta Philestina, quod ibi
aedificata essent quinque ciuitates Philistinor-
um, nunc tota Palestina diuisa est, in quinque
regio

regiones, Idumaam, Iudaam, Samariam, Galilaam, & regionem trans Iordanem,

Tangit Arabas) Arabiam Petraam ab Occidente, & desertam ab Oriente.

Phœnice) nam post Palaestinam sequitur Phœnicca versus Septentrionem.

Vbi se Cilicia committit) id est, prope Ciliciam.

Olim ac diu potens) hac Verba non referuntur ad Antiochiam, sed ad Syriam.

Siccis olim) Euphrates, & Tygris olim non Chaldaam irrigabant. erat enim regio succa, nisi cura Semiramidis adiectis fossis ambo fluxu immixti fuissent.

Gaza) nomen est oppidi in Idumaea.

Ascalon) oppidum Idumaea.

Ioppe) nunc Iaffa, portus peregrinorum Hierosolymitanorum.

Phœnicia.

CAP. XII.

Phœnicen illustrare Phœnices, solers hominum genus, & ad belli pacisque munia eximium. Litteras, & literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, classe confligere, imperitare gentibus, regnum praeliumque commenti. In ea est Tyros, aliquando insula, nunc annexa terris defecit quando ab impugnante quondam Alexandro iacta sunt opera. Vici tenent & interiora: & adhuc opulenta Sidon

Sidon, antequam à Persis caperetur, maritimarum Urbium maxima. Ab ea ad promontorium Euprosopon duo sunt oppida, Byblos & Eotrys Ultra tria fuerunt, singulis inter se stadiis distantia, locus ex numero Tripolis dicitur. Tum Smyra castellum, & Urbs non obscura Marathos. Inde tam non obliqua pelago sed aduersa adiacens, à terra grandem sinum inflexo tractu Littoris accipit. Populi distes circumfident, situs efficit: quia regio fertilis, crebris & navigabilibus aluvis fluminum peruisa, diuersas opes maris atque terrarum facili commercio permutat ac miscet. In eo prima est reliqua pars Syria, cui Antiochia cognomen additur. Et in ora eius Urbes Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicia, Arados, annesque inter eas eunt Lichos, & Hypathos & Orontes. tum mons Amanus, & ab eo statim, Myriandros & Cilices.

Annotationes in x i i. Caput.

Tyros) nunc Sur. erat ciuitas Christianorum, sed Turca deleuerunt eum, & seruant portum, qui vocatur el porto de Sur.

Sidon) nunc est Sidoni.

Byblos) Gæta nunc.

Tripolis) nunc Tripol de la Siria.

Marathos nunc Margath.

Seleucia) L. d. c. Sclda.

Palt

Paltos) hodie *Gibel*.

Beritos) nunc est *Baruth* portus *Damasci*.

Laodicia) *Liche* hodie.

Orcetes) *Fimius* nunc *Tarsaro*.

Mons Amanus) in fine *Syria*.

Cilicia.

CAP. XIII.

AT in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisque Darij spectator, ac testis. Nunc ne minima quidem, tunc ingenti Urbe celebris, Iffos fuit. Et hac re finis Ifficus dicitur. Procul inde Amanoïdes promontorium inter Pyramum Cydniumque fluvios iacet. Pyramus Iffo prior Mallon præterfluit, Cydnus Ultra per Tarsum exit. Deinde Urbs est olim à Rhodijs, Arginisque, post Piratis Pompeio assignante possessa, nunc Pompeiopolis, tunc Solæ, iuxta in parvo tumulo Arati poëta monumentum, ideo referendum, quia ignotum quam ob causam iacta in id saxa dissiliunt. Non longe hinc Corycos oppidum, portus, saloque incrugetur, angusto tergo continenti adnexum. Suprà specus est, nomine Cerycius, singulari ingenio, ac suprà quam vix describo facile possit eximius. Grandis namque hiatus patens, montem littori appositum Et decem stadiorum cliuo satis arduum, ex summo statim vertice aperit. Tunc altè demissus

missus, & quantum demittitur amplior. Vi-
 ret lucis pubentibus Undisque, & totum se ne-
 moroso laterum orbe complectitur: adeo mirifi-
 cus, ac pulcher, Ut mentes accedentium primo
 aspectu consternat: Vbi contemplati durare,
 non satiet. Vnus in eum descensus est, an-
 gustus, asper, quingentorum & mille pas-
 suum, per amenas Umbras, & opaca Sylva
 quiddam agreste resonantis, rimis hinc atque
 illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruentum est,
 rursus specus alter reperitur, ob alia dicendus.
 Terret ingredientes sonitu cymbalorum, di-
 uinitus & magno fragore crepitantium. De-
 inde aliquandiu perspicuus, mox & quo ma-
 gis subitur obscurior, ducit ausos penitus, al-
 teque quasi cuniculo admittit. Ibi ingens am-
 nis ingenti fronte se extollens, tantummodo se
 ostendit, & Vbi magnum impetum breui al-
 ueo traxit, iterum demersus absconditur. Intra
 spatium est, magis quam Ut progredi quispiam
 ausit horribile, & ideo incognitum. Totus an-
 tem angustus & Verè sacer habitarique à
 dijs & dignus & creditus. Nihil non venera-
 bile, & quasi cum aliquo numine se ostentat.
 Alius Ulter à est, quem Typhoneum vocant, ore
 angusto, & multum (Ut experti tradidere) pres-
 sus. & ob id assidua nocte suffusus, neque un-
 quam perspicui facili, sed quia aliquando cubi-
 le Typhonis fuit, & quia nunc demissa in se
 confse

confestim exanimat, natura fabulaque memo-
randus. Duo deinde promontoria sunt, Sarpe-
dum finis aliquando regni Sarpedonis: & quod
Ciliciam à Pamphilia distinguit, Anemuriū.
Intérque ea Celendris & Natidos Samiorum
colonia: sed Celendris Sarpedoni propior.

Annotationes in XIII. Caput.

Iffos) nunc Iaiassa.

Pyramus Iffo prior) si procedas. Versus or-
tum.

Mallon) nunc Malo.

Tarsum) nunc Tarso.

Cliuo) cliuus, descensus est.

Lucis pubentibus) Lucos habet pubentes, id
est, Sirentes.

Contemplati durauere) id est, deposuerunt
metum, quem contrahunt primo aspectu.

Cymbalorū) κύμβαλον inquit Hesychius, est
ἀὶ ὄργανον μουσικῆς, species organi musici.

Ducit ausos penitus) hic locus à nobis quoque
restitutus est, legendum enim penitus.

Typhonis) hic fuit Gigas, cuius aspectu versi
sunt dii in varia animalia.

Paniphilia.

CAP. XIII.

IN Pamphilia est Melas, navigabilis flu-
uius. Oppidum Syda, & alter fluminis Eu-
rimedon. Magna apud eum Cimonis Athe-
nienſium

nienſium ducis aduerſus Phœnicas & Perſas
 naualis pugna, atque Victoria fuit. Mare quo
 pugnatum eſt, ex edito admodum colle preſpe-
 ctat Aſſendos, quam Argui conſiderant, poſ-
 ſedere finiſſimi. Deinde alij duo validiſſimi ſu-
 uij, Oeſtros, & Cataractes. Oeſtros nauigari
 facilis: hic quia ſe præcipitat ita dictus. Inter
 eos Perga eſt oppidum, & Diana, quam ab
 oppido Pergeam vocāt, templum. Trans eoſdem
 montes Sardemiſos, & Phaſclis à Mcpſo condi-
 ta, finiſ Pamphilia.

Annotationes.

Decimum quartum Caput nihil habet quod
 ogeat ſudoribus noſtris, propterea prætermi-
 ſimus.

Lycia.

CAP. XV.

Lycia continuò, cognominata à Lyco re-
 ge Pandionis filio, atque (ſt ferunt) infe-
 ſtata olim Chymare ignibus: Syda portus, &
 Tauri promotorio grandem ſinum claudit. Tau-
 rus ipſe ab Eois littoribus exurgens, caſtè ſa-
 tis attollitur. Deinde dextro latere ad Septen-
 trionem, ſiniſtro ad Meridiem verſus, it in Oc-
 cidentem rectus & perpetuo iugo, magnarum-
 que gentium, quæ doſum agit, terminus. Vbi
 ſerras diſſimit, exit in pelagus. Idem autè &
 totus, ſt dictus eſt, dicitur, etiam quæ ſpectat
 Orientem. Deinde Hamodes, & Caucaſus, &
 Paropamiſius. Tum Caſpia pila, Nphates, &
 Arme

*Armenia pyla: & Vbi iam nostra maria con-
tingit, Taurus iterum. Post eius promontorium
flumen est Lymira, & eodem nomine ciuitas:
atque ut multa oppida, sic prater Pataram non
illustria. Illam nobilem facit delubrum Apol-
linis, quondam opibus, & oraculi fide, Del-
phico simile. Ultra Xanthus flumen, & Xan-
thos oppidum, mons Cragus, & qua Lyciam fi-
nit, Urbs Telmessos.*

Annotationes in x v. caput.

*Chymara) Chymararamentū Tauri montis.
Dextro latere) ad Imaum montem refertur.
Sinistro ad Meridiem) ad Damafsum mon-
tem, Tauri ramentum.*

*Magnarum gentium) Serica regionis Gym-
nosophistarum, Cassiæ, Sæba, Bactrianaq-
ruum, Sogdianorum, Aræ, Drangiana, Gedro-
sia, Arachosia, Margiana, Hyrcana, Carma-
nia, Parthia, Media, Persidis, Assyria, Susia-
na, Mesopotamia, Armenia maioris & mi-
noris, Cilicia, Pamphylia, & Lycia, Vbi exit
in Pelagus.*

*Qua spectat ad Orientem) dicitur Tauris
semper versus Orientem.*

*Hamodes) Vbi incipit ramentum Imai
montis.*

*Caucasus) prope Albaniam & Iberiam in-
ter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum.*

Paropamisus) e regione Bactriana et Aræ.

Cassia Pyla) ad mare Hyrcanum sine *Caspium*.

Niphates) ad mediam Parthiam, & Hyrcaniam.

Armenia pyla) ad Armeniam maiorem.

Et *Ubiani* nostra maria attingit) in *Lycia*.

Post eius promontorium) eius *Tauri*, nam in *Lycia* ubi exit in mare *Taurus* sicut in principio vocatur.

Patarum) *Patera* nunc. Ab hac regione & que ad *Bithyniam* est *Asia minor*, qua nunc dicitur *Anatolia*, sine *Turchia*.

Caria:

CAP. XVI.

Caria sequitur. *Habitator incerta originis*. Alij *indigenas* sunt qui *Pelasgos* quidam *Cretas* existimant, gens &que eo quondam armorum pugnaq; amans. Et aliena etiam bella mercede agerent. Hic castella aliquot sunt. Deinde promontoria dua, *Pedalius* & *Crya*: & secundum *Calbin* amnem *Caunus* oppidū, valetudine habitantium infame. Inde ad *Alicarnasson* hac adiacent. *Rhodiensium* aliquot colonie, portus duo, *Gelos*, & cui ex urbe quanta amplectitur *Thissamissa* cognomen est. Inter eos oppidum *Larymnia*, & *Pandion* collis in mare emissus. Tum tres ex ordine sinus, *Thymnias*, *Schenus*, *Bubeffus*. *Thymnia* promontorium
Aphro

Aphrodisium est: Scenaeus ambit Hslam: Bubeffus Cynstum: Gnidus in cornu peninsula. Interque eam & Ceramicum sinum in recessu posita Euthane. Alicarnassos Arginorū colonia est: & cur memorāda sit prater cōditores, Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentum, vñ de miraculis septem, Artemisia opus. Trans Alicarnasson illa sunt, Ictus, Leuca: Vrbes, Minda, Aryanda, Neapolis, sinus Iasius, & Basilicus. Iasio est Bargylos.

Annotationes in x v i. Caput.

Caria) pars Asia minoris prima.

Valetudine habitantium) pallent omnes ibi.

Rhodiorum aliquot colonia) est enim Rhodus insula è regione Caria.

Gnidus) promontoriū est, nunc Cabo de Chio.

Ionía.

CAP. XVII.

Post Basilicum Ionía aliquot se ambagibus sinuat. Et primum à Possidio promontorio in flexum inchoans, cingit oraculum Apollinis, dictum olim Branchida, nunc Dydimi: Miletum, Urbem quondam Ionía totius, belli pacisque artibus principem, patriam Thaletis astrologi, & Timothei musici, & Anaximandri physici, aliorumque civium inclitis ingenijs, meritò inclytam, & cunq̃ue Ioniam vocant: Urbem Hyppin, amnis Maandri exitum, Latum montem, Endymionis à Luna (et ferūt)

adamati fabula nobilem. Deinde rursus inflexa cingit Urbem Prienen, & Gessu fluminis ostium: moxque ut maiore circuitu, ita plura completitur. Ibi est Panionium sacra regio, & ob id eo nomine appellata, quod eam communiter Iones colunt. Ibi à fugitiuis (ut aiunt) condita (nomen fama annuit) Phygela. Ibi Ephesus, & Diana clarissimum templum, quod Amazones Asia potita consecrasse traduntur. Ibi Caystros amnis, ibi Lebedos, Clarumque Apollinis fanum, quod Manto Tire sia filia, fugiens Victores Thebanorum Epigonos, & Colophon, quam Mopsus eiusdem Mantus filius statuit, ad promontorium quo sinus clauditur, quod altera parte alium quem Smyrnaum vocant, efficit, angustisque ceruicibus reliqua extendit. Inde latius abit in peninsula faciem: super angustias, hinc Teos, illinc Clazomenia: & quia terga iurgunt confinio adnexa maris, diuersis frontibus diuersa maria prospectant. In ipsa peninsula est Coryna. In sinus Smyrnao est Thermodon amnis, & Urbs Leuca: Extra eam, Phocis Ionia Ultima.

Annotationes in x v i i. Caput.

Ionia Asiae minoris pars nunc dicta: quae cum provincia Turca.

Vicunque Ioniā vocant) ad Miletum refertur: nunc Melasa.

Ama

Amazones) inter *Ibæres*, & *Hyperboreos*.

In ipsa peninsula) inter *Tecos* & *Smyrnam*,
qua nunc *Lamires*.

Aeolis.

CAP. XVIII.

Proxima regio; ex quo ab *Aeolis* incolæ cœ-
pit, *Aeolis* facta antè *Mysia*, & qua
Hellepontum attingit *Troianis* possidentibus
Troas fuit. Primam urbem à *Myrino* condit-
tore *Myrinam* vocant. Sequentem *Pelops* sta-
tuit, victo *Oenomao* reuersus ex *Græcia*: *Cy-*
men nominasset, pulsus qui habitarent, dux
Amazonum *Cymè*. Suprà, *Caycus* inter *E-*
leam decurrit, & *Pytanem* illam, qua *Ar-*
chesilum tulit, nihil affirmantis *Academia*
clarissimum antistitem. Tum in promontorio
est *Canna* oppidum, quod præteruectos, sinus
excipit non paruus, sed longè ac molliter fle-
xus, retrahensque paulatim oras &sq; ad i-
ma montis *Idæ*. Isthmos paruis urbibus asper-
sus est, quarum clarissima est *Cistena*. Gremio
interiore campus *Thebe* nomine, *Adrimition*,
Asthyram, *Eteffam* oppida, eodem quo dicta
sunt ordine adiacentia continet. In altero la-
tere *Antandrum*. Duplex causa nominis ia-
etatur. Alij *Ascanium* *Aeneæ* filium cum
ibi regnaret, captum à *Pelasgis* easere rede-
misse commemorant: Alij ab ijs putant con-
ditam, quos ex *Andro* insula vis & seditio
exegerat. Hi *Antandrum* quasi pro *An-*

I 4

dro

dro: illi quasi pro viro accipi volunt. Sequens tractus tangit Gargara, & Asson, Aetolorum colonias. Tum sinus alter Αχαιῶν λιμὴν non longè ab Illo litorale incuruat, Urbe, bello, ex cidoq; clarissima. Hic Sigeum fuit oppidum. Hic Achiuorum fuit bellantium statio: Huc ab Idaeo monte demissus Scamander, exit & Simois, fama quàm natura maiora flumina. Ipse mons Vetere diuinarum certamine, & indicio Paridis memoratus, orientem solem aliter, quàm in alijs terris solet aspici, ostendit. Nantque ex summo vertice eius speculantibus, penè à media nocte sparsi ignes passim micare, & ut lux appropinquat, ita coire, ac se coniungere videntur, donec magis magisque collecti, pauciores subinde, & una ad postremum flamma ardeant. Ea cum diu clara & incendio similis effulsit, cogit se, ac rotundat, & fit ingens globus. Diu is quoque grandis, & terris adnexus apparet: deinde paulatim decrescens, & quanto decrescit eò clarior: fugat nouissimè noctem, & cum die iam sol factus, attollitur. Extra sinum sunt Rhetae litora, Rhetao & Dardania clavis Urbibus: Aiacis tamen sepulchro maxime illustra. Ab his fit arctius mare, nec iam abluat terras, sed rursus diuidens angusto Hellepontis freti, litus obuium findit, facitque ut iterum terra, quæ fuit, latera sint.

An

Annotationes in XVIII. Caput.

*Aeolis) pars Asia Minoris.**Myrinam) Sebastopolis nunc dicta.*

Sequentem Pelops statuit. Victo Oenomao reuersus ex Gracia Cymen nominauit, pulsus qui habitabant, dux Amazonum Cyme) haec Verba sensum aliquem habent, si ubi est, statuit, ibi periodum feceris.

Academia) Noua. nam Veteris princeps, fuit Plato.

Αχαϊὸν λιμὲν) Gracorum portus.

Sigaeum) oppidum & promontorium: nunc caput Sancta Maria.

Helleponti) Turca ex parte Asia Helleponti vocant Brachium Sancti Georgij.

Bithynia.

CAP. XIX.

INterius Bithyni sunt, & Mariandyni. In ora Graecae urbes, Abydos, & Lampsa- cum, Parion, & Priapos. Abydos magni quondam amoris commercio insignis est. Lampsa- cum Phocaeis appellantisbus nomen ex eo tra- xit, quod consulenti bus, in quasnam terras po- tissimum tenderent, responsum erat, Vbi pri- mum fulsisset, ibi sedem capefferent. Tum rur- sus sit apertius mare Propontis. In id Grani- cus effunditur, pugna qua primum inter Per- sas, & Alexandrum fuit, nobilis. Trans am-

I s nem

nem sedet in cervice peninsula Cyzicum, nomen Cyzicus indidit, quem à Msinys imprudentibus, cum Colchos peterent, fusum acie caesumq; accepimus. Post Placia. Et Scylace, parva Pelasgorum colonia. Quibus à tergo imminet mons Olympus, et incola vocant, Mysia: is flumen Rhynadacum in ea qua sequuntur emit tit. Circa, angues nascuntur immanes, neque ob magnitudinem modò, sed ob id etiam mirabiles, quòd ubi in alueum eius astus, solèmq; fugerunt, emergunt atque hiant: superuolantes que aues, quamuis altè Et perniciter ferantur, absorbent. Trans Rhynadacum Daschylos, Et quam Colopheni collocauere Myrlea. Duo sunt inde modicisinus. Alter sine nomine Cion amplectitur, Phrygia haud longè iacentis opportunissimum emporium: Alter Olbianos. In promontorio fert Neptuni fanum, in gremio Asstacon, à Megarensibus conditam. Deinde priores terra iterum iacent, exiturique in Pontum pelagi canalis angustior. Europam ab Asia stadijs quinque disternat Thracius (Et dictum est) Bosphorus. Ipsi in faucibus oppidum, in ore templum est: oppidi nomen Chalcedon: auctor Archias Megarensium princeps. Templi numen Iupiter, conditore Iasone. Hic iam sese ingens Pontus aperit (nisi qua promontoria sunt) huc atque illuc, longo rectoque limite extentus sinuatus caetera. Sed
quia

contra minus quam ad laeam & dex-
am abscēssit, mollibus fastigijs denec angu-
strenque angulos faciat, inflectitur, ad for-
m Scythici arcus, maxime incuruus, brevis
ox, nebulosus, raris stationibus, non mollis
que arenoso circumdatus littore, vicinus a-
ilonibus, & quia non profundus est fluctuo
atque feruens. Olim excolentium saeuo ad-
dum ingenio Axenus, post commercio a-
rum gentium mollitis aliquantum mori-
dictus Euxinus. In eoprimum Marian-
ei urbem habitant, ab Argiuo (ut ferunt)
reule datam, Heraclea vocitatur. Id fama
m adiecit: iuxta specus est Achernsia, ad
nes (et aiunt) peruius, atque inde extra-
m Cerberum existimant.

Annotationes in x i x. Caput.

Bithyni) extra Asiam minorem: sed Turca
iores dicuntur.

Lampsacum) nunc Circe.

Parion) hodie Parisa.

Cyzicum) vulgò Spiga.

Dascylos) Diasquilos hodie.

Paphlagonia.

CAP. XX.

Um Tios oppidum, Milestorum quidem
colonia, sed iam soli gentisq; Paphlago-
n. Quorum in littoribus penè medijs, pro-
monto

montorium est Carambis. Citrà Parthenium a-
mnis Urbesq; Sesamus, & Corona. & à Citha-
ro Phrixii filio posita Cythoros. Tum Cimolis ac-
colitur : & qua Paphlagoniam finit, Armene.

Annotationes in x x. Caput.

Tios) nunc Tio. Conna) nunc Comana.

Cimolis) nunc Cinopolis.

Chalybes.

CAP. XXI.

Chalybes proximi clarissimas habent
Amyson, & Sinopen, Cynici Diogenis
patriam. Amnes Halyn, & Thermodonta.
Secundum, Halyn Urbs est Lycasto : à Ther-
modonte campus, in eo fuit Themiscyrum
oppidum : fuere & Amazonum castra. Ideo
Amazonum vocant. Tibareni Chalybas at-
tingunt, quibus in risu lusuque summum bo-
num est. Ultra Carambin Mossynaci, turres
lignae subeunt, notis corpus omne persignant
propatulo vescuntur, promiscue concumbunt.
Et palam reges sufragio deligunt, Vinculis-
que & arctissima custodia tenet : atque ubi cul-
pam prave imperando meruere, inedia dies
totius afficiunt. Caterum asperi, inculti per-
noxij appulsis : deinde miras fieri. Verum &
hi inconditis moribus, Macrocephali, Di-
scheri, Buxedi. Rara Urbes, Cerasus & Tra-
pesus maxime illustres. Inde is locus est, ubi
fin

ductus à Bosphoro tractus accipit, atque
se in sinu aduersi littoris flexu attollens,
assissimum Ponti faast angulum. Hic sunt
i. Hinc Phasis erumpit. Hic eodem nomi-
no annus est, Atheniagera, Malesio dedu-
e oppidum. Hic Phryni templum, & lucus,
la Vetere pellis aurea nobilis. Hinc orti
tes, longo se iugo, & donec Riphais comun-
ur exparrigunt: qui altera parte in Euxi-
& Maotida & Tanaim: altera in Ca-
pelagus obuersi, Ceraunij dicuntur. Iidem
i Taurici, Moschi, Amazonici, Caspij, Ca-
i, Caucasij & alijs alijs & appositis genti-
itz alijs alijsq, dicti nominibus. At in pri-
lexu iam curui littoris oppidum est, quod
i mercatores constituisse, & quia cum
tempestate agerentur, ignari qua terra
Cygni vox natam dedorat, Cygnum appel-
dicuntur. Reliqua eius, fera incultaq, gen-
asta mari assidentes tenent, Melanchlani:
estria, Sex solysa, Coraxi, Phalaropha-
deniochi, Achai, Cercetici. Etiam in consi-
stotidas Syndones: In Heniochorum fini-
Dioscurias, à Castore & Polluce pontum
Iasone ingressis: Syndas, in Syndonum ab
terrarum cultoribus condita est. Obliqua
regio, & in latum modicè patens, inter
paludemq, ad Bosphorum enouit, qua
us alacris in lacum & in mare profluens,
Coro

Corocondamam peninsulam reddit. Quatuor
 Urbes ibi sunt, Hermonassa, Cepx, Phanagoria
 Et in ipso ore Cimmericum. Hac ingressos lacus
 accipit longè latèque diffusus, qua terras tan-
 git, incurvo circumdatus littore, qua mari pro-
 prior est (nisi ubi aperitur) quasi margine obdu-
 ctus, citra magnitudinem, propè Ponto simi-
 lis. Oram qua à Bosphoro ad Tanaim usque de-
 flectitur, Maxotici incolunt, Toreata, Arrichi,
 Phicores, Et ostio fluminis proximi Iaxama-
 tha. Apud eos easdem artes, femina quas Viri
 exercent, adeò, Et ne militia quidem vacent.
 Viri pedibus inhaerent, sagittisque depugnant:
 illa equesire praelium incant. Nec ferro dimicant
 sed quos laqueis interceptè, trabèdo conficiant.
 Nubunt tamen, Verùm Et nobiles habeantur,
 non in aetate modus est: Nisi qui hostem intere-
 mere, Virgines manent. Ipse Tanais ex Kiphao
 monte desectus, adeò princeps ruit Et cum vici-
 na flumina, tum Maxotis Et Bosphores, tam
 ponti aliqua, brumali rigore durentur, solus
 aëtas hyememque iuxta ferens, idem semper,
 Et sublimis incitatusque decurrat. Ripas eius
 Sauromata, Et ripas harentia possident. Una
 gens, aliquot populi, Et aliquot nomina. Pri-
 mi Maxotici γοῦαίμονες καὶ τρυφολοί. Regna Ama-
 zonum: fecundos pabulo, ad alia steriles rudis
 que campos tenent Budini. Geloni, Urbem li-
 gneam habitant. Iuxta Thyrsageta Turca, Et
 flao

stas Sylvas occupāt, alunturq; Genādo. Tum con-
tinuis rupibus, latè aspera & desertā regio, ad
Arymphas usque permittitur. His iustissimi
mores. Pro domibus nemora, alimenta bacca,
& maribus & fœminis nuda sunt capita. Sa-
cri itaque habentur, adeoq; ipsos nemo de tam
feris gentibus violat. Et alijs quoque ad eos con-
fugisse, pro Asylo sit. Ultra surgit mons Rhi-
hass, Ultraq; eū iacet ora qua spectat oceanū.

Annotationes in x x i. Caput.

Amyson) nunc Quinopoli.

Synopen) hodie Synopi.

Cerasus) Carasō nunc.

Trapezus) Trapezonda.

Hæc ingressis lacus) Paludem Macotida in-
telligo, qua nunc dicitur el Mar Negro.

Sasromata) Sarmatæ nunc magni Bulgari.

Ἰνναῖνον ἡρώτων ἡρώων) id est, mulieribus sub-
iectis.

POM

POMPONII MELAE DE SITV ORBIS

LIBER II.

Scythia Europæa.

CAP. I.



ASIÆ in nostrum mare Tanaimq;
Vergentis quem dixi, sinus ac situs
est. At per eundem amnem in Mac-
tida remeantibus, ad dextram
Europæa est modo: sinistro latere innavigan-
tium opposita ac Rhaphais montibus (nam
et huc illi pertinent) proxima, cadentes assi-
duè nives adeò imitia efficiunt, ut ultra ne vi-
sum quidem intendentium admittant. Dein-
de est regio ditis admodum soli, inhabitabilis
tamen: quia Gryphisæum et pertimax fera-
rum genus, aurum terræ penitus egestum mi-
re amant mirèque custodiunt, et sunt infesti
attingentibus. Hominum primi sunt Scythæ:
Scytharumq;, quæis singuli oculi esse dicuntur,
Arimaspi. Ab eis Essedones usque ad Maotida.
Huius flexum Buges amnis secat. Agathyr-
ci et Sauromata ambiunt: quia pro sedibus
plaustra habent, docti Hamaxobitæ. Obliqua
tunc ad Bosporum plaga excurrere, Ponto ac
Maotide includitur. In paludem Vergentia Sa-
uercha tenent. In Bosporum Cimmericum op-
pida, Airmecion, Patiscapoum, Thorodasia, Her-
mosium, in Euxinum mare, Taurici super eos,
sinus

sinus portuosus, & ideo καλὸς λιμὴν appellatus, promontorijs duobus includitur. Alterum, κριὸν μέτωπον vocant, Carambico, quod in Asia diximus, patet aduersum: Parthenion alterum. Oppidum adiacet Cherronesus à Diana (si credatur) conditum, & Nymphæo specu, quod in arce eius Nymphis sacratum est, maximè illustre. Subitum ripam mare, & donec quinque millia passuum absit à Mixotide, refugientia & que subsequens littora, qua Satarcha & Taurici tement, peninsulam reddit. Quod inter paludem & sinum est, Taphra nominatur. Sinus Carcinites. In eo Urbs est Carcine: quam duo flumina, Gerros & Hypacyris, vno ostio effluentia attingunt: verum diuersis fontibus, & aliunde delapsi. Nam Gerros inter Basilidas & Nomadas euoluitur. Sylua deinde sunt, quas maximas ha terra ferunt. & Panticapes, qui Nomadas Georgosq; determinat. Terra tum longè distenta excedens, tenui radice littori adnectitur. Post spatiosa modicè, paulatim se ipsa fastigat, & quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse victoriam, & cum ab armis quies erat, ac suos cursu exercitauisse memoratur. Ideo dicta est Δρὸν & Ἀχιλλεύος. Tam Borysthenes gentem sui nominis abluuit,

K inter

inter Scythia amnes amoenissimus turbidus
 alijs, liquidissimus defluit, placidior quàm ca-
 seri potariq; pulcherrimus. Alit latissima pa-
 bula magnosq; pisces, quibus & optimus sa-
 por, & nulla ossa sunt. Longè venit, ignotusq;
 ortus e fontibus quadraginta dierum iter al-
 ueo stringit: tantoq; spatio navigabilis, secun-
 dum Borysthenida & Olbida Græcia oppida
 egreditur. Callipidas Hypanis includit. Ex
 grandi palude oritur. quam Matrem, eius ac-
 cola appellant: & diu qualis natus est defluit.
 Tandem non longè à mari, ex paruo fonte cui
 Exampreo cognomen est, adeò amaras aquas
 accipit. Et ipse quoq; iam suis dissimilis, & non
 dulcis hinc defluit. Axiaces proximus intra
 Callipidæ Axiacasq; descendit. Hos ab Istri-
 cis Tyra separat. surgit in Neuris: quæ exit, suis
 nominis oppidum attingit. At ille qui Scythia
 populos à sequentibus dirimit, apertis in Ger-
 mania fontibus. alio quàm defuit nomine exo-
 ritur. Nam per immania magnarum gentium
 diu Danubius est: Deinde aliter appellantibus
 accolis, Ister fit, acceptisq; aliquot annibus, in-
 genit iam, & eorum qui in nostrū mare deci-
 dunt, tantum Nilo minor, totidem quot ille
 effluis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabili-
 bus, effluit. Ingenia cultusq; gentium disse-
 runt. Effedones funera parentum lati, & Si-
 limis, ac f:ffio coitus familiarum celebrant.

Corp

Corpora ipsa laniata, & casis pecorum visceribus immixta epulando consumunt. Capita ubi fabre expolire, auro cineta pro poculis gerunt. Hac sunt apud eos ipsas pietatis <ltima officia. Agathyrsi ora artusque pingunt: Ut quisq; maioribus praestant, ita magis vel minus. Ceterum hysdem omnes notis, & sic & abluere queant. Sarmata auri & argenti, maximarum pestium ignari, vice rerum, commercia exercent. Atque ob saeva hyemis admodum asfida, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum braccati corpus, & nisi qua vident, etiã ora vestiti. Tauri Iphigenia, & Orestia aduentu maxime memorati: immanes sunt moribus, immaneq; famam habent, solere pro viciis aduenascadere. Basilidis & Hercule, & Echidna, generis principia sunt: mores regij, arma tantum sagitta. Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atq; ut illis pecori durant, ita diu statam sedem agunt. Colunt Georgi exercentq; agros. Axiassa furari quid sit, ignorantes, ideoq; nec furi custodiunt, nec aliena contingunt. Interius habitantium ritus asserunt, & incultior regio est. Bellacades que amant, moxq; est bellantibus, cruorem eius, quem primum interemerunt, ipsis e vulnere bibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Ceterum ex parte esse cadis, inter approbia. Saluam

nam. Ne fœdera quidem incruenta sunt. Sauciant se qui paciscuntur, exemptumq; sanguinem, ubi permiscuere, degustant. Id putat mœsura fidei pignus certissimum. Inter epulas, quot quisq; interfecerit referre, latissima. Et frequentissima mœtio: binisq; poculis, qui plurimos retulere, perpatatis interlocutur: is bonos praeipuus est. Pocula ut Effedones parentum, ita inimicissimorum capitibus expoliunt. Apud Antropophagos ipsa etiam epula viscibus humanis apparantur. Geloni, hostium cubibus equos seq; velant. Illos reliqui corporis se capitum. Melanchlatis atra Vestis, Et ex ea nomen. Neuris statum singulis tempus est, quo si velint, in lupos iterumq; in eos qui fuere, mutantur. Mars omnium deus. Ei pro simulacris enses Et sentoria dedicunt, hominesq; pro vicinis feriunt. Terra tate patet, Et ob excedentia ripas suas plerumque flumina, nusquam non ad pabula fertiles. Alicubi Usque adeo steriles ad cetera, Et qui habitant, lignorum egent: ignos ossibus alant.

*P E T R I I O N O L I V A R I I
A N N O T A T I O N E S.*

*Ac per eundem amnem in Maosida remeantibus ad dextram Europa est modo, sinistro latere in navigantium apposita.) Aliale-
Etio*

Etia habet. At per eundem amnem in Maotida remeantibus, ad dexteram Europa est, modo sinistro latere innaugantium apposita, locus est suboscurnus siue sequentis fueris priorem lectionem siue posteriorem. Dicam tamen quid sentio: si quis ex fonte Tanais, per Tanaim in Maotida redierit, re vera Europam relinquet ad dexteram amnis: sed si quis ex fonte &que ad paludem nauigauerit, non est dubium, quin remigantes ad sinistram eandem relinquent.

Scythia) Europae, hoc nomine Scytharum continentur Sarmata Superiores qui nunc sunt Poloni & Rhuteni siue. Rusij, siue Roxani: & Podolia regio: & Chersonesus Taurica, qua nunc Tartaria minor dicitur.

Sauromata) Sarmata, dixi eos esse Polonos maiores & minores.

Taurici) Tartari minores.

Καλὸς λιμὴν) id est, bonus portus.

Κριὸ μέτωπον) arietis frontem.

Basilides) Vualachi nunc. Nomades quoque &que ad Istrum fluuium: à Tauricis &que ad Istrum est Vualachia, quam olim habitauerunt Geta. ὁπόμος Αἰχιδναός..

Inter Scythia) dixi à fontibus Tanais &que ad Danubium vocari regionem Scythicam, vocabulo & universalis.

At ille) Danubius est qui Scythiam siue Vualachiam siue Tartaros minores.

*A sequentibus populis dirimit) à Bulgaria
& Bosnis.*

*Apertis in Germana fontibus) oritur Da-
nubius in Abnobia Germania monte.*

*Nam per immania magnarum gentium)
per Austriam, Vngariam, quarum altera dici-
tur Pannonia superior, hoc est. Austria: altera
Vngaria inferior per Myssam, inter Bulgaria
& Vualachiam &que ad Pontum.*

*Deinde aliter appellantibus) Dicitur
Ister ab Aria ciuitate Vualachia &que ad
Pontum.*

Thracia.

CAP. II.

His Thracia proxima est, eaq; à Pontici
lateralis fronte &que in Illyricos penitus
immissa, quâ latera agit, Istro pelagôque con-
tingitur. Regio nec cælo lata, nec solo: & nisi
qua mari propior est, infecunda, frigida, eorûq;
qua feruntur, malignè admodum patiens. Ra-
rò &quam pomiferam arborem, vitē frequen-
tius tolerat: sed nec eius quidem fructus ma-
turat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu fron-
dium cultores arcuere. Viros benignius alit.
non ad speciem tamen: nam & illis asper at-
que indecens corporum habitus est: ceterum
ad ferociam, et numerum, & multi immitesq;
sint, maxime ferax. Paucos amnes qui in pe-
lagus

lagnae euadunt, Verùm celeberrimos Hebrum,
 Nestor, & Strymona emittit. Montes inte-
 rior attollit. Hamon & Rhodopen, & Orbelon,
 sacris Liberi patris, & cætu Manadiū Orphæo
 primū initsante celebratos. E quibus Ha-
 mus in tantū altitudinis abit, ut Euxinum,
 & Adriā ex summo vertice ostendat. Vna gēs
 Thraces habitant, alijs alijsq; pradii & nomi-
 nibus, & moribus: quidam feri sunt, & ad
 mortē paratissimi, Geta utiq; id varia opinio
 perficit. Alij redituras putant animas obeun-
 tium: Alij etsi non redeāt, non extinguuntamen,
 sed ad beatiora transire. Alij emori quidē, sed
 id melius esse quā vivere. Itaque lugentur
 apud quosdam puerperia, nati que deslentur:
 Funera contrā festa sunt, & veluti sacra, can-
 tu, lusūque celebrantur. Ne feminis quidē se-
 gnis est animus, super mortuorū virorum corpo-
 ra interfici, simulque sepeliri, votum eximium
 habet: & quia plures simul singulis nupta sunt
 cuius id sit decus, apud iudicatuos magno cer-
 tamine affectant: moribus datur, est que ma-
 xime latum, cū in hoc contenditur, Vincere.
 Mærent alia vocibus, & cum acerbissimis
 plantibus efferunt. At quibus consolari cas
 animus est, arma, opesque ad rogos defe-
 runt, paratique (ut discitiant) cum fato iacen-
 tis, si detur in manus, vel pacisci, vel decer-
 nere. Vbi nec pugna nec pecunia locus sit, ma-

nentq; dominas proci. Nuptura Virgines non à
 parentibus Viris traduntur, sed publicè aut lo-
 cantur ducenda, aut vaneunt. Verùm fiat ex
 specie & moribus causa est. Proba formosaque
 in pretio sunt: ceteras qui habeant, mercede
 quaruntur. Vini & sūs quibusdam ignotus est:
 epulantibus tamen ubi super ignes quos cir-
 cumfident, quaedam semina ingesta sunt simi-
 lis ebrietati hilaritas ex nidoꝛe contingit. In lit-
 toribus Istro proxima est Istropolis: deinde à
 Milesijs deducta Galatis, & Tritonice, & por-
 tus Caria, & Tiristris promontorium, quod
 præteruectos alter Ponti angulus accipit, ad-
 uersus Phasiaco, & nisi amplior foret, similis
 fuit. Hic Bizone motu terra incercidit. Est por-
 tus Crunos: Urbes. Dionysopolis, Odeffos, Mes-
 sembria, Anchialos: & intimo in sinu, atque
 ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit,
 magna Apollonia. Recta dehinc ora, nisi quod
 media ferme in promontoriū, quod Thinniam
 vocant, exit, & incuruis contra se litoribus
 ostenditur, Urbemque sustinet Halmideffon,
 & Phileas, & Phinopolim. Hactenus Pon-
 tus, deinde est Bosphorus, & Propontis. In
 Bosphoro Byzantium: in Propontide Selym-
 bria, Perinthus, Ruthynis: amnesque, qui in-
 terfluunt, Erginus & Atyras. Tum Rhese
 regnata quondam pars Thracia, & Byssanthe
 Samiorum, & ingens aliquando Cypsellæ. Post
 locus,

quem Graeci $\mu\alpha\lambda\acute{\alpha}\rho\alpha\tau\alpha\iota$ $\tau\epsilon\lambda\chi\epsilon\varsigma$ appellant, & adscende magna peninsula sedens Iysimachia. Ra, quae sequitur, nusquam lata, atque artificissima, inter Hellespontum, Aegaum. procurrat. Angustias Isthmon, frontem Mastusiam, totam Chersonesum appellat. Ob multa memorabilis est. In ea flumen, naufragio classis Atticae insigne. Est & Cydo obiacens Sestos Leandri amore pernoctans. Est & regio in qua Persarum exercitus Asia in Graciam pedes, & non navigaria transgressus est. Sunt Protefilas consecrata delubro. Est & portus Caelos, beniensibus & Lacedaemonijs naualis acie. errentibus, Laconica classis signatus exeo. Est Cynosema, tumulus Hecuba, siue ex ra canis in quam conuersa traditur, siue fortuna in quam deciderat, humili nomine. Est Macidos, est Eleus, qua finit Hellespontum. Aegaum statim pelagus vastè longum littus impellit, summotasq; terras hinc promontorium quod Sunium vocatur, ambitu, molliq; circumagat. Eius tractum intrandus est, qui alterum Chersonesum abluens, iugo facie Vallis includitur, & flumio quem accipit, Melas dictus, duae

K S Urbes

Urbes amplectitur, Alopeconesum, & in altero Isthmi litoris situm Cardiam. Eximia est Aenos, ab Aenea profugo condita. Circa Hebrum Cicones. Trans eundem Doriscos, ubi Xerxes copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum ferunt. Deinde promontorium Scirrium, ex quo canentem Orpheus, secuta narratur Remora, & Zone. Tum Scenos flumine, & ripis eius adiacens Maronia, Regio ulterior Diomedem tulit, immanibus equis mandandos solitum obsecrare aduenas, & ipsam ab Hercule obiectam. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabula remanet, & Urbs quam soror eius suo nomine nominavit, Abdera: sed ea magis id memorandum habet, quod Democritum Physicum tulit, quam quod ita condita est. Ultra Nestos fluit, interque eum & Strymona, Urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis. Inter Strymona, & Athon, turris Calarneae, & portus Caprullon, Urbs Acanthos, & Oesyma. Inter Athon & Pallenem, Cleona & Olynthos. Strymon (sicut diximus) amnis est, longèque ortus, & tenuis, alienis subinde aquis fit amplior, & ubi non longè à mari lacum fecit, maiore quàm Venerat aluco erumpit. Athos mons est aded elatus, ut credatur altius quàm Unde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in vertice sustinet, non abluatur cinis, sed quo

quo relinquitur aggere manet. Caterum non promontorio, Et alij, Verum totus est, totoque longè dorso procedit in pelagus: quâ continenti adheret, à Xerxe in Graias tendente per se suo, transnavigatusque, Et factus freto navigabili pervius. Ima eius tenent parua Pelasgorum colonia. In summo fuit oppidum Acroasthon, in quo (Et ferunt) dimidio longior, quàm in alijs terris atas habitantium erat. Pallene soli tam patentis, Et quinque Urbium sedes sit atque ager, tota in altum abit, angusta satis Unde incipit. Ibi est Potidaea. At Sibilatiùs patet, Mende, Scioneque referenda: illa ab Eretrijs, hac ab Achivis capto Illo remeantibus posita.

Annotationes in Secundum Caput.

Hic Thracia proxima) Bulgaris Thracia: huius metropolis est Constantinopolis.

Adriam) hoc est, Mare Adriaticum.

Geta) hic Mela collocavit Getas, omnes tamen Glæra Danubium eos ponunt.

Manentque dominas proci) hunc locum qui nullum habebat sensum nos coniectura tantum restituimus. ego nescio, quomodo hæc Verba quadrent cum præteritis, nisi dicamus depravatam fuisse scripturam. nam lectio habebat, marendoque minus proficere, depravatio hoc modo facta est, manent pro marendo minus pro minus proci, pro proficere, dissolverant enim

enim marendo in partes, marene & do. & hoc modo locus erit integer & sententia erit aperta. ita enim exponetur locus, dictitant eas. marendo, minus proficere. Si cui forte non ariserit mea opinio, offerat meliorem, & habebimus illi gratiam.

Mesembria) nunc Messember.

Phileas) nunc fillea.

Bysantium) nota ciuitas.

μακρὸν τείχος longum murum.

Aegeum mare) nunc Archipelagodicimus.

Athos) nunc dicitur Monte sancto.

Macedonia.

CAP. III.

Tvm Macedonum populi, quot Urbes habitant? quarum Pellam maximè illustrem alumni efficiunt, Philippus Gracia domitor, Alexander etiam Asia. In litoris flexus Mecybernaus inter promontoria diuidit Canastreum, & portum qui Copos dicitur. Urbes Toronen & Physcellam, atque Unde ipsi nomen est, Mecybernam incingit. Canastreo promontorio Scione proxima est. Mecybernaus autem in medio qua terra dat gremium, modicè in litora ingreditur. Caterum longis in altum immisus lateribus, ingens inter maria sinus est. In eum, Axis per Macedonas, & iam per Thessalos speneus excurrit. Ante Axium Thessalonice est: inter utrunque Cassand

sandria, Cydne, Aloros, Derris : à Peneo Serpias, Cordynia, Melibœa, Castanea, pares ad famam, nisi quod Philoetes alumnus Melibœam illuminat. Terra interiores claris locorum nominibus insignes, penè nihil ignobile ferunt. Hinc non longè est Olympus, hic Pelion, hic Ossa, montes gigantum fabula bellòque memorati : hic musarum parens domusque, Pieria : hic nouissimè calcatum Graio Herculis solum, saltus Oeteus : hic sacro nemore nobilia Tempe : hic Libethra, carminumque fontes obiacent. Tum iam vastè & multum promi-nens Græcia, & dum Myrthoum pelagus attingat, à septentrione in Meridtem uecta, quâ sol oritur, Aegæis : quâ occidit, Ionij fluctibus obiacet : ac proxime spatiosa, & Hellas nomine, grandi fronte procedit : mox mari utroque, & Ionio magis, latera eius intrante donec quinque millia passuum pateat, media ferme propè inciditur. Deinde rursum terris huc se & illuc, Verum in Ionium mare magis expan-dentibus, progressusque in altum, non tam lata quam ceperat, ingens tamen iterum & quasi peninsula extenditur, vocaturque Peloponne-sos, ob sinus & promontoria, que eis ut fibris lis-tora eius incisa sunt, simul quod tenui trami-te in latus effunditur, platani folio simillima. In Macedonia prima est Thessalia : deinde Ma-gnesia, Phœotis : in Græcia Doris, Locris, Phocis,

Phocis, Boeotia, Attis, Megaris, sed omnium Attis clarissima. In Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia, Achaia, Elis, Arcadia: Ultra Actolia, Acarnania, Epiros &que in Adriam. De locis, atque Urbibus, quæ mare non abluunt, hæc maxime memoranda sunt: in Thessalia Larissa, aliquando Iolcos: in Magnesia Antroia: in Phthiotide Phthia: in Doride Pindus, & iuxta situm Erineon: in Locride Cynos & Calliaros: in Phocide Delphi & mōs Parnassus, & Apollinus sanum atque oraculum: in Boeotia Theba, & Cytharon fabulis carminibusque celeberrimus: in Actide Eleusin Cereri consecrata: & clariores, quam et indicari egeant, Athena. In Megaride unde regioni nomen est, Megara: at in Argolide Argos & Mycena, & templum Iunonis, vetustate & religione percelebre. In Laconide Terapne, Lacedæmon, Amycla, mons Taygetus. In Messenia Messene & Methone. In Achaia atque Elide quondam Pisa Genomai, Elis & nomen delubrum, quæ Olympi Iouis, certamine Gymnico, & singulari sanctitate, ipso quidem tamen simulachro, quod Pindiacopis est, maxime nobile. Arcadian Peloponnesiaca gentes undique incingunt. In ea sunt Urbes, Psopha, Tenæ & Orchomenon: montes, Phalæ, Cyllenius, Parthenius, Manalus; flumina, Erymanthus, & Laron. In Actolia Naisipattos, in Liar

Acarnania Stratos, oppida. In Epiro Dodonai Iouis templum: & fons ideo sacer, quòd cum sit frigidus & immersas faces sicut ceteri extinguat, & sine igne procul admoventur, accendit. At cum littora leguntur, à promontorio Sepiade per Demetriad & Boion, Phtholeon. & Echinon ad Pagaseum sinum cursus est. Ille urbem Pagasam amplexus, amnem Sperchidn accipit: & quia Minya Colchida petentes inde Argo nauem siluere memoratur. Ab eo ad Sounium tendentibus illa pranauiganda, Maliacus & Opuntius grandes sinus, & in his casorum etiam Laconum trophæa, Thermopyla, Opoës, Scharphia, Cnemides, Alope, Anthedon, Larymna: Aulus, Agamemnonia, Graiorumque classis in Troiam conitantiun statio: Marathon magnarum multarumq; virtutum testis. iam inde à Theseo Persarum maxima clade pernotus: Rhamnus parua, illustis tamen, quod in ea finum est Amphiarai; & Phidiaca Nemesis, Thoricos, & Brankon olim urbes, iam tantum nomina. Sounium promontorium est, finitq; id litus Helladòs quod spectat ad Orientem. Inde ad Meridiem terra conuertitur &sq; ad Megaram, Attica, & modò latere ita nunc frôte pelago adiacens. Ibi est Piræus Atheniensium portus: Scyronia saxa, sano quendam Scyronis hospitio etiam nunc infimia. Megarensium tractus Isthmon attingit, hoc ille
cogno

cognomen est, quia quinque millium spatio
 Aegaeum mare ab Ionio submovens, angusto tra-
 mite Helladi Peloponneson annectit. In eo est
 oppidum Cencheræ fanum Neptuni: ludæ, quos
 Isthmicos vocant, celebres: Corinthos, olim clara
 opibus, post clade notior, nunc Romana colonia,
 ex summa arce, quam Acrocorinthon appel-
 lant, maria utraque contuens. Peloponnesio-
 ram (sicut diximus) sinus & promontoria la-
 cerant: ab Oriente Bucephalos & Chersonesus,
 & Scylleon: ad Meridiem Malea, Tanaros, A-
 critas, Ichthys: ad Vesperum Chelonates, &
 Araxos. Habitant ab Isthmo ad Scylleon Epi-
 daurij, Aesculapij templo incliti, & Troezenij,
 fide societatis Atticæ illustres: portus Saroni-
 cus; & Schenitas & Paganus. Oppida au-
 tem Epidaurus, & Troezen, & Hermiona his
 littoribus appositæ sunt. Inter Scylleon, & Ma-
 leam Argolicus. Inter hanc & Tanaron Laco-
 nicus. Hinc ad Acritam Asinaus. Inde ad
 Ichthyn Cyparissius. In Argolico sunt noti am-
 nes: Erasinus, atque Inachus, & notum oppi-
 dum Lerne. In Laconico Gythius, & Eurotas.
 In ipso Tanaro Neptuni templum, & specus, il-
 li quem in Ponto Acherusium diximus, facie
 & fabula similis. In Asinao flumen Pamis-
 sum. In Cyparisso Alpheus, nomen dedere ur-
 bes in litore sitæ: hinc Cyparissius, illinc Asine.
 Messenij, Pylijq; terras colunt & ipsa pelago
 Pylas

Pylas adiacet, Cyllene, Callipolis, Patra oram
illum tenent, in quam Chelonates, & Ara-
xos excurrunt: sed Cyllene, quod Mercurium
ibi natum arbitrantur, insignis. Rhion deinde
(maris id nomen est) anguste & velut fieto la-
cus ore frequentis incidens, inter Aetolos, &
Peloponnesiacos &que ad Isthmum irrumpit. In
eo ad Septentrionem spectare littora incipiunt.
In his est Aegion, & Aegira, & Oluros, &
Sicyon: at in aduersis Paga, Creusis, Anticy-
ra, Oeanthia, Cyrrha, & notior aliquanto no-
mine Calidon, & Euenos. Extra Rhion in A-
carnania maxime clara sunt oppidum, Len-
cas, flumen Achelous: In Epiro nihil Am-
bracto sinu nobilius est: facit sinus qui angu-
stis faucibus & qua minus mille passibus pa-
teant, grande pelagus admittit. Faciunt Ur-
bes qua assidunt, Actium, Argi, Amphiloichij,
Ambrachia, Acacidarum regna, Pyrrhique,
Butroton & ita est. Deinde Ceraunij montes:
ab ijs flexus in Adriam. Hoc mare magno se-
cessu, littorum acceptum, & facile quidem in
latitudinem petens, qua penetrat tamen Sa-
fram, Illyricis &que Tergestum, cetera Galli-
cis, Italicisque gentibus cingitur. Partheni, &
Dassareta, primum eius tenent frequentia paula-
tim Enchelea, Phaaces: deinde sunt quos pro-
priae Illyricos vocant. Tum Pyrae, & Liburni,
& Istra. Krbum prima est Oricum, secunda

1681

L

Dyr

Dyrrhachium, *Epidamnus* antè erat, Romanum nomen mutauere quia velut in damnum itaris, omen id visum est. Ultra sunt *Apollonia*, *Salona*, *Iadera*, *Narona*, *Tragurium*, sinus *Polliticus* & *Pola* quondam à *Colchis* (et ferunt) habitata (in quantum res transeunt) nunc Romana colonia. Amnes autem *Aeas* & *Nar*, & *Danubius*, qui iam dictus est *Ister*: sed *Aeas* secundum *Apolloniam*, *Nar* inter *Pyraos* & *Liburnos* per *Istros* *Ister* emittitur. *Tergestum* intimo in sinu *Adriae* situm finit *Illyricum*.

Annotationes in Tertium Caput.

Canastreum) nunc *Canistro*.

Theffalonice) nunc *Salonica*, Patria *Theodori Gaza*.

Cassandria) nomen retinet.

Pella) nomen retinet.

Tempe) *Nemora* sunt.

Promontus Gracia) duobus in locis, in *Sinio* promontorio, nunc dicto *Strues* siue cabo de la *Columbia* & ipso *Peloponneso*, nunc *La morea*.

Hellas nomine grandi fronte) de *Gracia*, grande fronte, id est, *Sinio* promontorio.

Mox mari utroque) in *Peloponneso*. nam ad *Sinum Megaricum* est *Aegaeum* & à sinu *Corinthiaco* incipit *Ionium*.

Et quasi Peninsula) de *Peloponneso* loquitur *Theba*).

Theba) celebres apud *Thucydidem*.

Athena) nunc *Sicis*.

At in Argolide) *Sisus* est *Mela* confundere
hac. nam cum agit de *Argolide*, iam loquitur
de *Peloponneso*.

Laconide) in medio *Peloponneso*.

Methone) *Modona* nunc.

Messene) *Missetia*.

Naupactos) hodie *Lepanto*.

Vsque ad Megaram) nunc est *Alcatoe*.

Corinthos) nunc *Coranto*.

Malea) nunc *Maluesia*.

Tenaros nunc *Ereapolis*.

Epidauros) nunc *Limera*.

Troezen) nunc *Predeua*.

Scyllon) *Damala* nunc promontorium.

Patra) nunc *Patras*.

Maleum promontorium) cabo de *Maluasía*.

Leucas) *Leucates*.

Ambracio sinu) ab *Ambracia* ciuitate qua
nunc est *Larta*.

Magno secessu) maris *Adriatici*.

Illyricis) nunc sunt *Sclauoni*.

Liburni) nunc interiora tenent inter *Dal-*
matas & *Veros Illyricos*.

Istria cuius praecipua ciuitas est *Pola*.

Dyrrhachium) nunc *Durazo*.

Per Istros Ister emittitur) non loquitur de
Danubio. Constat enim *Danubium* longè di-

flare ab Istria. Prætereà Danubius non
tur Ister nisi in Vualachia ut diximus, a
rint, qui senserint esse fluvium in Istria.
Vocetur Ister Strabo est author, horum se
tiam Mela sequitur sed nullum esse tale
uium, constat ex nostra peregrinatione,
etiam audiueramus ante illam profecti
Et Vadianus vir iudicio meo vnde cumq;
Elisimus, dum eam regionem penetrare
quam vidit Istrum fluvium.

Italia.

CAP. IIII.

DE Italia magis quia ordo exigit, et
quia monstrari eget, pauca dicent
ta sunt omnia. Ab Alpibus incipit in a
excedere, atq; ut procedit, vnde se per
Apennini montis iugo attollens, inter A
picum Et Tuscum siue, ut aliter eadem
lantur, inter Superum mare Et Inferu
rit. diu solida. Verum ubi longè abit, in d
nua scinditur, respicitque altero Siculum
gue, altero Ionium: tanta angustia, Et a
multò quàm vnde capit angustior. Inte
eius alia, aliaq; gentes habitant. Sinistra
te Carni, Et Veneti colunt togatam Gal
Tum Italiæ populi, Picentes, Frentani, i
ni, Appuli. Calabri, Salentini. Ad dext
sunt sub Alpibus Ligures, sub Apennino
truria. Post Latium Volsci, Campani, Et

per Lucaniam Bruti, Urbium quaprocul à mari habitantur opulentissima sunt, ad sinistram Patavium Antenoris, Mutina, & Bononia, Romanorum colonia. Ad dexteram Capua à Tusculis, & Roma quondam à pastoribus condita, nunc si pro materia dicatur, alterum opus. At in oris proxima est à Tergeste Concordia. Interfluit Timavus, novem capitibus exurgens, uno ostio emissus. Deinde Natiso non longè à mari ditem attingit Aquileiam: Ultra est Altinum. Superiora latè occupat littora Padus. Namque ab imis radicibus Vesulæ montis exortus, parvis se primum fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer, mox alijs amnibus adeò augetur atque alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat. Vnum de ijs magnum, Padum appellant. Inde tam citus profluit, ut discussis fluctibus diu qualem emisit undam agat, suumque etiam in mari alucem seruet, donec eum ex aduerso littore Istriæ eodem impetu profluens Ister amnis excipiat. Hac re per ea loca nauigantibus, quæ utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium haustus est. A Pado ad Anconam transitur Ravenna, Ariminum Pisaurum, Fanestris colonia, flumen Metaurus, atque Esis, & illa in angusto illorum duorum promontoriorum ex diuerso cœuntium, inflexi cubiti imagine sedens, ac ideo à Graijs dicta Ancona, inter Gallicas

Italicæque gentes quasi terminus interest.
Hanc enim prægressos Piceni littora excipiunt
in quibus Numana, Potentia, Claterna, Cupra
Urbes: Castellæ autem Firmum, Adria, Truen-
tum: id à fluvio, qui præterit, ei nomen est. Ab
eo Senogallia maritima, ad Aterni fluminis o-
stia. Urbes Bucara & Histernum. Dauni au-
tem Tisernum amnem, Cliterniam, Lucerinum,
Theanum, oppida: montemque Garganum. Si-
nus est continuò Appulo littore incinctus, nomi-
ne Urias, modicus spatio pleræque asser accer-
su. Extrâ, Syuntum, vel ut Graij dixerent, Si-
pyus: & flumen, quod Canusium attingens, Au-
fidum appellant. Post Barium, Egnatia, & En-
nio ciue nobiles Rudia: & in Calabria Brun-
dusum, Valetium, Lupia, Hydrus mons, tum
& Salentini campi & Salentina littora, &
Urbs Graia, Callipolis. Hucusque Adria, hucus-
que Italia latus alterum pertinet. Frons eius
in duo quidem se cornua (sicut supra diximus)
scindit, ceterum mare, quod inter Utraque ad-
misit, tenuibus promontorijs semel iterumque
distinguens, non uno margine circuit, nec dif-
fusum patensque, sed per sinus recipit. Primus
Tarentinus dicitur, inter promontoria Salen-
& Lacinium, in eoque sunt Tarentus, Me-
tapontum, Heraclea, Croto, Turium. Secun-
dus Scyllaceus, inter promontoria Lacinium,
& Zephyrium, in quo est Petilia, Cæcium,
Scylla

klaceum, Mistra. Tertius inter Zephy-
 ra. Et Brutium, Consilinum, Cauloniam,
 trosque circundas. In Brutio sunt, Co-
 nna regia, Rhegium, Scylla Taurianum, Et
 etaurum. Hinc in Thuscum mare deflexus
 Et eiusdem terra latus alterum Terina,
 ppo nunc Vibon Temesa, Clamptia, Blan-
 Buxentum, Velia, Patinarius, olim Phrygi
 ernatoris, nunc loci nomen, Paflanus sinus,
 sum oppidum, Silarus amnis, Picentia, Pe-
 quas Sirenes habitare. Minerva promon-
 tum, optima Lucania laca, Sinus Putcola-
 , Surrentum, Herculaneum, Vesuvij mon-
 aspectus, Pompeij, Neapolis, Puteoli, Lacus
 crinus, Et Avernus, Baia, Missenum, id
 ac loci, aliquando Phrygi militis nomen, Cu-
 Linternum, Vulturinus amnis, Vulturinum
 dum, amena Campania littora, Sinuessae,
 is, Misturna, Formia, Fundi, Tarracina,
 ces domus aliquando Circeij, Antium, A-
 odisium, Ardea, Laurentum. Ostia citra
 verim in hoc latere sunt. Ultra Pyrgi, Anio,
 Arrium novum, Gratiisca, Cessia, Telamon, Po-
 mia, Cecina, Pisa, Hetrusca Et loca, Et no-
 za. Deinde Luna, Ligurum Et Liguria, Et
 ona, Sabatia, Et Albiganum. Tum Pau-
 Et Varum flumina, utraque ab Alpibus
 ipsa. Sed Varum quia Italia finit, aliquan-
 totius. Alpes ipse ab ijs littoribus longè.

latéq; diffuse, primò ad Septentrionem ma-
gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam
gerunt, verso impetu in Orientem abeunt,
piisque populis immanibus, &sq; in Thrac
penetrant.

Annotationes in Quartum Caput

Alpibus) Alpes nos in quatuor ita
distribuimus, primum versus Septentrionem
& dicitur mons Sancti Gottardi: secundum
versus Meridiem, & dicitur Mons sancti
nardi: tertium, etiam versus Meridiem, &
dicitur mons Sancti Dionysii, nunc San
quartum etiam versus Meridiem, & dicitur
Peninus.

Apennini) Ramentum est Alpium, diuisum
vniuersam Italiam.

Solida) id est, non faciens sinus.

In duo cornua) in duo promontoria, alterum
Salentinorum, alterum dictum Leucopetrum.

Unde caput) hoc est ex Alpibus.

Carni) Carni sunt populi in ramentum
pium: sunt omnes Sclauæ, sub iugo Ferdinandi
Regis Romanorum & Vngariae, & Boemorum
archiducis Austriae. Diuiditur hac regio in
plicem Carniolam, alteram Siccã, in qua
Istri: alteram irriguam, unde Sannus fons
ortum habet.

Veneti) in sinu sunt Adriatico qui & c.

la Canal de Veniza vocatur, Galls olim
togati: nunc ea regio &que ad Rubico-
vocatur la marcha Trevisana, nunc ciui-
unt Venetia, de qua latisimè dicam in
Commentarijs.

gatam Gallsam) à toga veste qua etiam
nunc utuntur, Veneti

um Italici populi à Rubicone &que ad pro-
orsam Salentinorum, quod nunc dicitur
de Sancta maria.

centes) iuxta Anconam.

centes) nunc marcha d' Ancona.

entans) nunc Franca Villa.

auni) Syonto, Manfredonia, mons Gar-
is.

ppuli) nomen retinet nunc Lapulla.

alabri) nomen retinet Calabria.

otini) nunc Salen Mela.

figures) nunc Genoueses.

otruria) la Toscana hodie.

atium) Latini.

ampani) regio, qua retinet nomen & est
um regni Neapolitani.

rusij) nomen habent &bi Cosentia Cala-
am.

atavium) nunc Padua in marchia Tar-
na.

utina) nunc Modena.

monia) Bologna la grassa.

L S

Cap

Capua) nomen retinet. Si pro materia
si habeatur ratio magnitudinis Roman.

Alterum opus) id est , nemo est qui
urbem conditam esse a pastoribus sum
nata adificijs magnificis.

Tergeste) nunc Trieste.

Concordia) nomen retinet.

Timavus) Si quis velit scire rem ipsi
ram , De Timavo legat Vadsanum qu
grauit regionem , & vidit Timavum :
est fluij & fontis.

Natiso) nunc Lsfontio.

Aquileia) nunc Algar castellum.

Altinum) nunc Torcello.

Padus) nunc el Po.

Donec eum) quotquot inuiserunt illa
gionem quas ego Venetijs interrogavi , r
dent , fabulam esse quod de Istro fluuiio a
tur ab authoribus. nam de Danubio nen
scit longè distare ab Adriatica, prater a
ceptos esse montes.

A Pado ad Anconam transitur Rau
id est , per Rauennam: nomen retinet, se
sequitur Ariminum : accusatiuus ille re
ad illam praepositionem ad, cum dicitur a
conam, ad Ariminum, ad Pisaurum : A
num nunc dictum Remino.

Pisaurum) nunc Pesaro.

Metaurus) nunc Plumba fluminis.

Ancona) nomen retinet.

Inter Gallicas Italicasq; gentes) Ancona
terminus est Gallia Cisalpina & Italia.

Numana) dicunt hanc deletam esse.

Potentia) ubi nunc est Virgo Maria Laure
tana, vulgò Loreto.

Claterna) nunc Flauiano.

Firmum) nunc Fermo.

Truentum) nunc Tronto.

Senogallia) nunc la Romandiola, & Cam-
pagna.

Aterni) nunc Pescaria flumen.

Histonium) nunc Guasto.

Tifernum amnem) nunc Bisano.

Theanum) nomen retinet Teano.

Garganum) nunc Santangelo.

Sypuntum) nunc Sypono.

Ausidum) la Fante vulgò.

Barium) Barri hodie.

Egnatia) Iuuenatta.

Rudia) non extant.

Brundisium) nunc Brindes.

Iupia) Lezo.

Hydrus mons, tum) locus corruptus, quem
nos inter alios restitimus, legendum est Hy-
druntum, nunc Otrento.

Taretus) nunc Taranto.

Metapontum) Pelicor hodie.

Croton) nunc Crutone.

Scylla

Scyllaceus) nunc Desquillacho.

Lacinium) nunc cabo de Colone.

Zephyrium) nunc cabo de sole.

Scyllaceum) nunc Esquillacho.

Brutium) nunc cabo de Sciglio.

Regium) nunc Rezo.

Metaurum) Teriana.

Buxentum) nunc Belvedere.

Pastum) nunc Polycastro.

Minerva) nunc cabo de Minerva.

Surrento) nunc Sorrento.

Puteoli) nunc Puzoli.

Vulturnus) nunc Vulturno,

Sinuessæ) nunc Sessa.

Liris) nunc El Garillano fluvius.

Minturna) nunc Castellu, sulgò Traiectum.

Formia) nunc Nola.

Fundi) nunc Fondi.

Tarracina) Gaieta nunc.

Circey) nunc Cercoli.

Ostia) nunc oppidum Es portus, retinet no-
men.

Pyrgi) nunc Civita Vicia.

Castrum novum) nunc Corneto.

Grausce) nunc Montalto.

Cossa) nunc Orbitello.

Populonia) nunc Piombino.

Cecina) Cesena hodie,

Pisa) nunc Pisa.

Hetrus

Hetrusca) nunc *Toscana*.

Luna) nunc *Sarrazana*,

Liguria) terra de *Genova*.

Genua) nomen retinet.

Sabatia) nunc *Saona*.

Albigaunum) nunc *Arbenga*.

Varum) el *Var*, nomen retinet.

Magno gradu) &que ad *Adulam montem*.

Verſo impetu in Orientem abeunt) iuxta
Noricos, Rhetios, Vindelicios, Noricos, Panno-
nios superiores & inferiores &que ad Mysiam
superiorem

Populis immanibus) quos diximus, & alios
videlicet Carmas.

Vſque in Thraciam) id eſt, ad principium
Thracia.

Gallia Narbonenſis.

CAPVT V.

CALLIA Lemano lacu, & Gebennicis mon-
tibus in duo latera diuſa, atque altero
Thuſcum pelagus attingens, altero Oceanum,
hinc à Varo, illinc à Rheno ad Pyrenaeum &sq;
promittitur. Pars noſtro mari appoſita, fuit a-
liquando Braccata, nunc Narbonenſis magis
cultà, & magis conſita, idcoque etiam latior.
Urbiſum quas habet opulentiffimae ſunt Viſio
Vocontiorum, Vienna Allobrogum, Auenio
Cauarum, Arecomitorum Nemaſus, Toloffa
Teſtoſogum, Secundanorum Arauſio, Sexta-
norum

norum Arelata, Septimanorumq; Blytera. Sed antestat omneis Atacinorum, Decumanorumque colonia, Unde olim ijs terris auxilium fuit, nunc & nomē. & decus est Martius Narbo. In littoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca; ceterum rara Urbes, quia rari portus, & omnis plaga Austro, atque Africo exposita est. Nicea tangit Alpes, tangit oppidum Deceatum, tangit Antipolis. Deinde forum Iulij, Octavianorum colonia. Tunc post Athenopolis, & Olbia, & Glamon, & Citharistes, & Halycidon Massiliensium portus, & in eo ipsa Massilia. Hac à Phocæis oriunda, & olim inter asperas posita, nunc ut pacatis, ita dissimilimis tamen vicina gentibus. Mirum quam facile & tunc sedem alienam ceperit, & adhuc morem suum teneat. Inter eam & Rhodanum maritima Auaticorum stagno assidet fossa Mariana, partem eius amnis navigabili alueo effundit, alioquin litus ignobile est Lapidæum (ut vocant) in quo Herculem contra Albionem, & Bergionem Neptuni liberos dimicantem, cum tela defecissent ab invocato Iove adutum imbre lapidum ferunt: credas pluisse, adeo multi passim, & latè iacent. Rhodanus non longè ab Istri, Rhenique fontibus surgit. Deinde Lemano lacu acceptus tenet impetum seque per medium integer agens, quantus venit egreditur, Inde contrà in Occidentem abla-

rus, aliquandiu Gallias dirimit. Post cursu
in Meridie abducto hac intrat, accessuque a-
liorum amnium iam grandis, & subinde gran-
dior, inter Volcas, & Cauaros emittitur. Ultra
sunt stagna Volcarum, I. edum flumen, caste-
lum Latara. Mesua collis incinctus maris pene
vndique, ac nisi quod angusto aggere continen-
ti annectitur, insula. Tum ex Gebennis demissi-
sus Arauraris iuxta Agathan, secundum Bly-
teras Obris fluit. Atax ex Pyrenao monte di-
gressus, quia sui fontis aquis venit, exiguus, & a-
dusq; est, & ingentis alioquin alvei tenens, ni-
si ubi Narbonem attingit, nusquam navigabi-
lis, sed cum hybernus intumuit umbribus, & que
eo solitus insurgere, ut se ipse non capiat. Lacus
accipit eum Rubresus nomine, spatiosus admo-
dum, sed quam mare admittit, tenuis aditu. Ul-
tra est Leucata littoris nomen, & Salsuce fons
non dulcibus sed salsioribus quam marina sint
aquis defluens. Iuxta campus minuta arun-
di- ne, graciliq; peruiridis, ceterum stagno subenn-
te suspensus. Id manifestat media pars eius, quae
abscissa proximis, velut insula natat, pelliq; se
atque attrahi patitur; quin & ex ijs quae ad
imium perfossa sunt, suffusum mare ostenditur.
Vnde Graijs, nostrisq; etiam authoribus, veri ne
ignorantia, an prudentibus etiam mendacij libi-
dine, visum est tradere posteris, in ea regione pi-
scem esse terra penitus trui, qui ubi ex alto hucusq;
pene

penetrauit, per ea foramina ictu captantium
interfectus extrahitur. Inde est ora Sardonum,
Et parua flumina Thelis, Et Thicis, Vbi accre-
uere persaua, colonia Ruscino, Vicus Elisberri
magna quondam Urbis, Et magnarum opum
tenue Vestigium. Tum inter Pyrenaei promonto-
ria portus Veneris est in sinu salso, Et Cerna-
ria locus, finis Galliae.

Annotationes in Quintum Caput.

Lemano Lacu) el lago de Geneva: siue, el la-
go de Losana.

Gebennicis montibus) Les mons Caluernia
nunc.

Thuscum pelagus) diximus esse el mar dela
Toscana.

Rbeno) le Rhin hodie.

Nunc Narbonēsis) olim Vocata prouincia Ro-
manorum.

Vienna) nomen retinet, in Delphinatu.

Auenio) nomen retinet.

Nemausus) nunc Nimes.

Tholosā) nomen retinet.

Secundanorum) id est, Vbi erat secunda legio.

Arausio) Auerge

Sextanorum) Vbi erāt milites sexta legionis.

Arelatē) nomen retinet Arles.

Septimanorum Blutera) nunc Besiers.

Martius Narbo) nunc Narbona.

icea) nunc Nisa.

Antipolis) nunc Ragni.

urum Iulij) nunc Freio.

bia) nunc Eres.

issa Mariana) Augues mortes.

hodanus) nunc le Rosne.

olcas) eos qui apud Montem Pesulanum
t.

anarao) Auenionenses.

aucata) nomen retinet.

alsusa) nomen retinent, nunc Salfes.

uscino) Perpinnan hodie, caput comitatus
lionis.

ortus Veneris) cap de Crenu hodie.

ernaria) nunc Cobloure.

Hispania.

CAPVT VI.

Crenasus primò hinc in Britannicum pro-
currit Oceanum, tum in terras fronte con-
fus. Hispaniam irrumpit, & minore eius
te ad dexteram exclusa trahit perpetua la-
s continuus, donec per omnem provinciam
o limite immissus, in ea littora qua occiden-
ant aduersa, perueniat. Ipsa Hispania, nisi
Gallias tangit pelago undiq; incincta est:
illas adharet, maximè angustà, paulatim
nostrum mare & oceanum extendit, ma-
magisq; latior ad occidentem abit, ac fit

MA

ibi

546 MELAE DESI. ORB. LEB. XI.
 ibi latissima. Viris, equis, ferro, plumbo, et
 argento, auroq; tam abundans, & adeo fertilis.
 Ut sicubi ob penuriam aquarum effusa, & sui
 dissimilis est, linum tamen aut spartum alat.
 Tribus autem est distincta nominibus, parsq;
 eius Tarraconensis, pars Betica, pars Lusita-
 nia vocatur. Tarraconensis altero capite Gal-
 liae, altero Beticam, Lusitaniāq; contingēs.
 mari latera obijcit nostro, quā Meridiem: quā
 Septentrionem spectat, Oceano: illas fluvius
 Anas separat: & Ideo Betica: maria & traq;
 prospicit, ad Occidentem Atlanticum, ad Me-
 ridiem nostrum. Lusitania Oceano tantū me-
 dō obiecta est: sed latere, ad Septentriones, si non
 te ad Occasum. Urbium de mediterraneis in
 Tarraconensi clarissima fuerunt Pallantia &
 Numantia, nunc est Caesar Augusta: in Lusita-
 nia, Emerita: in Betica, Astigi, Hispalis, Cor-
 duba: at si littora legas, à Cernaria proxima
 est rupes, quae in altum Pyrenaeum extrudit.
 Dein Thicis flumen, ad Rhodam & Clodiam
 ad Emporia. Tum mons Iovis, cuius partem oc-
 cidentem aduersam, eminentia cautesque: qua im-
 ter exigua spatia sit gradus subinde confur-
 gunt, Scalas Annibalis appellant. Inde ad Tar-
 raconem parua sunt oppida, Blanda, Illuro,
 Betulla, Barchino, Subur, Tholobi: parua flumi-
 na, Betullo iuxta Iovis montem, Rubricaram
 in Barchinonis littore inter Subur & Tholobim

ma: 100

maiores. Terraco Urbs est in his cris *maritimarum* opulentissima: Tulcis eam modicus amnis super, ingens Iberus deorsum attingit. Inde se in terras pelagus insinuat, & primū magno impetu admissum mox in duos sinus promontorio, quod Ferrariā vocant finditur: prior Sucronensis dicitur, maior hic & magno satis ore pelagus accipiens, & quo magis penetratur, angustior, Serabim, & Duriā, & Sucronensis non magna excipit flumina: Urbes complexus, & alias quidem sed notissimas Valentiam et Saguntum illam, fide & arumnis inclutam. Sequens Illicitanus Alonē habet, & Lucentiam, & Unde ei nomen est Illicē. Hic iam terra magis in altum eunt, latioremq; quam fuerat Hispaniā faciunt, Verū ab ijs qua dicta sunt, ad principia Betica, prater Carthaginem quam dux Panorum Asdrubal condidit, nihil referendū est. In illis oris ignobilia sunt oppida, & quorum mentio tantum ad ordinem pertinet. Virgi in sinu quem Virgitanum vocant. Extrā Abdera, Suel, Hexi, Menoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Berbesul. Aperit deinde angustissimum pelagus, & proxima inter se Europa, atq; Africa littora montes efficiunt, Et initio diximus, columna Hercules Abyla & Calpe: uterq; quidem, sed Calpe magis, & penē totus in mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte qua spectat Oc-

M 2 casum

casum, medium ferè latus aperit, atq; inde ingressus, totus admodum peruisus, propè quantum patet sinus, & specus vitra est in eoque Cartheia (ut quidam putant) aliquando Tartessos, & quam transuecti ex Africa Phœnices habitant: atque vnde nos sumus, cingente freto, Mellaria & Bello, & Besippo &que ad Iunonis promontorium moram freti occupat. Illud iam in Occidentem & Oceanum obliquo iugo excurrens, atque ei quod in Africa Ampelsiam esse dixeramus aduersum, quæ nostra maria sunt, finit Europen.

Annotationes in v i. Caput.

Pyranens hinc) hoc est ex capite Veneris in Britannicum Oceanum excurrit, id est, Mare Oceanum fontis Rabia.

Tum in terras fronte cœuersus Hispaniam irrumpit) nam duo maxima ramenta ex Pyrenao irrumpunt: alterum Vocatur Idubeda mons: alterum Orospea.

In ea littora, que Occidentis sunt aduersa) nam Idubeda &que ad Portugalem protenditur. Varia sortitur nomina ex gentibus iuxta habitantibus: in primis Vocatur La Sierra Datsicca: deinde Sumo Sierra: tñ El puerto de la Tablada: postea La palomera dausila: hinc El puerto del Colmenar, & El puerto del Pico: deinde El puerto de Tornauacas. hinc procurrat &que ad Mare Occidentale in Portugalia

Et promissens moris Vocatur El monte
Sirella.

Hic quæ Gallias tangit) indicat totum tra-
Pyrenæi à promontoria Veneris, quod est
de Creus &que ad fontem Rabiæ.

elago) à Meridie mari nostro : à Septen-
re mari Britannico.

bi illis adheret) illis videlicet Gallijs.

maximè angustæ) hac videbis in plano Et
lobo.

magis, magisq; latior ad Occidentem abit)
pue in medio à capite finis terra &que ad
haginem novam.

tribus distincta nominibus) Diuiditur Hi-
sia in Hispaniam Tarraconensem, Beti-
, Et Lusitaniam.

Tarraconensis altero capite Gallias) Gal-
ex parte Pyrenæorum.

Beticam) Versus Caridemum promonto-
nunc dictum Cabo de Carbonero.

Lusitaniamq; contingens) prope Guadalu-
&que ad Doriæ fluium.

llas) videlicet Lusitaniam Et Beticam.

ana) legendum isto modo Et non Anas.

d dicitur Guadiana vocabulo Sarraceni

nam Gualinga Arabica sonat aquam:

us iste diuidit Beticam à Lusitania.

et ideo Beticæ mariæ &traque) id est no-

m Et Oceanum: nostrum à freto &que

ad Caridemum promontorium, quod est caput
de Gaia: Oceanum à freto &que ad Anam.

Fronte) &idelicet Cabo de sant Vincente.

Pallantia) nunc Palentia.

Namantia) nunc Soria.

Cesar augusta) nomen retinet, in regno Ara
gonum.

Emerita) nunc Merida la grande.

Astigi) nunc Ecija.

Hispalis) nunc Sevilla.

Corduba) nomen retinet.

Rhoda) nomen retinet.

Emporia) nunc Ampuries.

Mons Iouis) nunc Monsius.

Scalas Annibalis) nunc Les cosles de Garraf.

Blanda) nunc Blanes.

Betullon) nunc Beson.

Barchino) nunc Barcelona,

Subur) Siges hodie.

Rubricatum) nunc Lobregat.

Tarraco) nunc Tarragona.

Iberus) nunc Ebro.

Ferrarsiam) nunc El cabo de Martin.

Duriam) Turiam legendum est, nunc est
Guada Laujar.

Sucronem) nunc est Xucar

Valentiam) nomen retinet

Saguntum) nunc Moruedre.

Illicitanus sinus) nunc dicitur de Alacant.

Lucen

acentiam) nunc Lugon.

icen) nunc Alacant.

arthaginem) nunc Carthagena.

irgi) nunc Almeria.

uel) Chipicna.

tenobia) nunc Velez Malaga.

Maluca) nomen retinet.

ddubia) nunc Vbeda.

arteria) nunc Cartaxia.

cellaria & Bello) Tariffa. Mellaria non

t.

monis promontorium) Sancta Maria aux

uerto de sancta Maria.

Mediterranei maris insulæ.

CAP. VII.

Ades insula, qua egressus fretum obuia

est admonet ante reliquas dicere, quam

ceani littora terrarumq; circuitum, et mi

romissimus, oratio excedat. Pauca sunt in

otidae (inde enim videtur commodissimum

vere) neque omnes tamen incoluntur, nam

fabula quidem largè ferunt. Mac reba-

ntibus curo magnorum piscium solo sic-

, & in pulverem & squæ confusa, pro farris

Pauca & in Ponto Leuce Berythensis

obiecta, parva admodum, & quod ibi

illes situs est, Achillea cognomine. Non

è accolitur Aria, qua Marti sacrata

M 4 (62

(*Ut fabulis traditur*) tulit aues, cum summa
 ciade aduenientium, pennas quasi tela iaculan-
 tes. Sex sunt inter, Iētri ostia, ex ijs Peuce no-
 tissima & maxima. Thynnas Marsandino-
 rum finibus proxima, urbem habet, quā quia
 Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra
 Thracum Bosphorum dua parua, paruq; di-
 stantes spatio, & aliquando credita, distaq;
 concurrere, & Cyanea vocantur, & Symple-
 gades. In Propontide tantum Proconesos habi-
 tatur. Extra Hellepontū, earum quae Asiati-
 tis regionibus adiacent, clarissima sunt Tene-
 dos, Sigais aduersa littoribus, et quo dicentur
 ordine, ad promontorium Tauri montis exposi-
 ta, quas quidam dici putauere *μακρόπω*, siue
 quod fortunati admodum cæli solique sunt, si-
 ne quod eas sua, suorumque regio *Μακάρ* occu-
 pauerat. In Troade Lesbos, & in ea quinque
 olim oppida Antissa, Pyrrha, Ereffos, Cirana,
 Mitylene. In Ionia Chios, & Samos. In Caria,
 Cos. In Lycia, Rhodes. In illis singula sunt ijs-
 dem nominibus Urbes. In Rhodo tres quon-
 dam erant, Lindos, Camiros, Ialysos; quae con-
 tra Tauri promontorium importune nautigan-
 tibus ebiacent, Cheladonsa nominantur. In sinu
 quem maximum Asia recipit propè media Cy-
 prius ad Ortum Occasum, quae se immitens,
 recto iugo inter Ciliciam Syriamq; porrigitur
 ingens, & quae aliquando nouem regna cepe-
 rit,

ris, & nunc aliquot Urbes ferat, quarum clarissima Salamis, & Paphos, & quo primum ex mari Venerem egressam accola affirmant, Palapaphos. Arados etiam in Phœnice est parua, & quantum patet totz oppidum, frequens tamen quia etiam subter aliena tecta sedem ponere licet: parua & Canopos, Nili ostio, quod Canopicum vocant, obuia est. Menelai gubernator Canobus ibi fortè moriens, nomen insula, illa ostio dedit. Pharos Alexandria nunc ponte coniungitur, olim Et Homericò carmine proditum est, ab eisdem oris cursu diei totius abducta: & si ista res fuit, videri potest coniectantibus in tantum mutata causas Nilum prabuisse dum limbum subinde, & præcipuè cum exundaret littori annectens, auget terras, spatiumq; auferentium in Vicina Gada promouet. In Africa contra maiorem Syrtim Cuteletos: contra minoris promontoria Meninx & Cercina: contra Carthaginis sinum, Tarichia & Aegathes, Romana clade memorabiles. Plures Europa littoribus sunt appositæ. In Aegeo mari prope Thraciam Thasos, Imbros, Samothrace Scandille. Polyagos, Scythos, Halonesos: & quam aliquando, omnibus qui mares erant casis, tantum femina tenuisse dicuntur, Atho monti Lemnos aduersa. Pagaseus sinus Scyaton prospicit, Cicyneton amplectitur. Eubœa ad Meridiem pro-

M S mor

montorium Gereson & Caphareum : ad Septentrionem Canem extrudat. & nusquam lata, duum millium spatium habet ubi arctissima est, ceterum longa, totiq; Baotia appositum, angusto freto distat à litore. Euripem vocant rapidam mare. & alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus inuicem versis, adeo immodicè fluens, ut Ventos etiam, ac plenius Velis nauigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida, Hastiaa, Eretria, Pyrrha, Nesos, Oechalia, Verum opulentissima Carystos & Chalcis. In Attide Helene est nota stupro Helena, & Salamis excidio classis Persica notior. Circa Peloponneson etiam nunc in Aegeo Rhitusa, & Aegina Epidaurico littori proxima, Troezenis Calauria inter ignobiles, alias leto Demosthenis nobilis. In Myrtheo Cythera contra Maleam emissa, & Thigaxusa contra Acritam. In Ionio Prote, Hyria, Cephalènia, Neritos, Sami, Zacynthos, Dulychium; & inter non ignobiles Vlyssis nomine Ithaca maxime illustris. In Epiro Echinades, & Strophades olim Plota: contra Ambraciam sinum Leucadia, & Vicina Adriatico mari Corcyra: ha Thracum, Graiorumq; terris obiacent. At interius Metos, Olearos, Aegina, Cathon, Ios, Thera, Gyaros, Hippuris, Dionysia, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaris, Nisfyros, Lebynthos, Calydna. Asina: ha quia dispersa sunt, Sporades: ab

ois

Sicyonius, Hypanos, Cythnos, Siphnos, Seriphos, Rhene, Paro, Scyros, Tenos, Myconos, Naxos, Delos, Andros, quia in orbem iacent, Cyclades dictae sunt. Super eas iam in mari ingens, & centum quondam Urbibus habitata Crete, ad Orientem promontorium Samonium ad Occidentem usque $\mu\epsilon\tau\omega\pi\omicron\upsilon$ mittit, nisi maior esset. Cypro similis, multifamigerata fabulis, aduentus Europa, Pandalus & Ariadne amoribus, Minotauri festo fatoque, Dadali operibus & fuga tumulatione atque morte, maximo tamen eo quoddam sepulchri Iouis penè clarum Vestigium sanctum est. Cui nomen eius insculptum è accola ostendunt. Urbium notissima Gortyna, Gortyna, Lyctos, Lycastus, Holaros, Phaistos, Cydon, Manethusa, Dimorpha. Inter colles, quod ibi nutritum Iovem accepimus, fama Idæi montis excellit. Iuxta est Asticla, Naumachos, Zephiros, Crise, Gaudos, & quas Musagoras nomen tres uno tamen vocabulo appellant, atque unde Carpathio mari cognomen est, Carpathos. In Adria Absoros, Celaduse, Abantis, Issa, Trucones, Hydria, Electris, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedeia, Aestria, Asine, atque ut Alexandria Brundisio adiacens Pharos. Sicilia (et ferunt) aliquando continens, & agro Brutio annexa

nexa: post freto maris Siculi abscissa est. Id angustum & anceps alterno cursu modo in Thuscum, modo in Ionium pelagus persluit, atrox, saxum, & Scylla Charybdisq; sauis nominibus inclytum. Scylla saxum est: Charybdis mare, & trunque noxium appulsis: ipsa ingens & tribus promontorijs in diuersa procurrens, Graciliter a imaginem, qua Delta dicitur, efficit. Pachinum vocatur quod Graciam spectat: Lilybaeum quod in Africam: Pelorum, quod in Italiam vergens Scylla aduersum est: causa nominis Pelorus gubernator ab Annibale ibidem conditus, quem idem Vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul in-
 tuente videbantur continua esse littora, & non peruium pelagus proditum se arbitratus, occiderat. Ab eo ad Pachynum ora qua extenditur Ionium mare attingens, hac fert illustria, Messaniam, Taurrominium, Catinam, Megarida, Syracusas, & in ijs mirabilem Arethusam: fons est, in quo visuntur iacta in Alpheum amnem, & diximus, Peloponnesiaco litori infusum: Unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maria terrasque depressus, huc agere alueam, atque hic se rursus extollere. Inter Pachynum & Lilybaeum Acragas est, Heraclea, & Therma. Inter Lilybaeum & Pelorida Panormus, & Hymera. Interius vero Leontini, Centuripinum, & Hybla, aliaq; complares.
 Famam

Famam habet ob Cereris templum Enna praecipua Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Aenea conditum. Et Aetna quae Cyclopes olim tulit, nunc assiduus ignibus flagrat. De amnisbus Hymera referendus, quia in media admodum ortus, in diversa decurrit, scindensque eam utrinque, alio ore in Libycum, alio in Thuscum mare devenit. Circa Siciliam in Siculo freto est Aeaea, quam Calypso habitasse dicitur Africam versus Gaulos, Melita, Cosura, propius Italiam Galata, & illae septem quas Aeoli appellant, Osteodes, Lipara, Didyme, Phœnicusa, Ericusa, Hiera, & Strongyle, & Aetna perpetuo flagent igne. At Pishecusa, Leucothea, Aenaria, Simonia, Caprea, Prochyta, Pontia, Pandataria, Phyttonia, Parmaria, Italico lateri citra Tyberina ostia obiacent, Ultrà aliquot sunt parva, Dianium, Iginitum, Carbania, Vurgo, Ilua, Capraria. Duæ grandes, fretoque divisa Etrusco, quarum Corsica littori propior inter latera tenuis & longa, præter quàm ubi Aleria, & Marsiana colonia sunt, à Barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, nisi quòd in Occidentem quàm in Orientem angustius spectat, par & quadrata undique, & nusquam non aliquanto spatiosior; quàm ubi latissima est Corsica. Caterùm fertilis, & soli quàm cæli melioris, atque ut fecunda ita pene pestilens.

In

In ea antiquissimi populorum sunt Ilicienses Er-
 bium antiquissima Calaris, & Sukhi. At in
 Gallia, quas referre conveniat, sola sunt Sta-
 chades, ab ora Ligurum ad Musiliam usque
 dispersa, Baleares in Hispania contra Tarraco-
 nensia litora sita, non longè inter se distant, &
 ex spatio suo cognominibus acceptis, maiores
 minoresque perhibentur. Castella sunt in mino-
 ribus Iamno, & Mago: in maioribus Palma,
 & Polentia colonia. Ebusos è regione promonto-
 rij, quod in Sucronensi sinu Ferrariam vocant,
 eodem nomine Urbem habet, frumentis tan-
 tum non fecunda, at alia largior, & omnium
 animalium qua nocent, adeò expers: Et nec ea
 quidem qua de agrestibus mitia sunt, aut ge-
 neret aut si inuecta sunt, sustineat. Contra est
 Colubraria, cuius meminisse succurrit, quòd
 cum scateat multo ac malefico genere serpen-
 tum, & sit ideo inhabitabilis, tamen ingressis
 eam, intra id spatium, quod Ebusitana humo
 circumsignaverunt, sine pernicie tutæ est, ipsæ
 illis serpentibus, qui solent obvios appetere, a-
 spectum eius pulveris, aliudve, quod verius,
 procul & cum pauore fugientibus.

Annotationes in Septimum Caput.

Gades insula) nunc dicta Caliz.
 Pauci sunt in Maxide) una est ditissima.
 nunc

de dicta Tana, olim erat Venetorum, & di-
tur Alopecia.

Thymnias) è regione Mariandynorum.

Cyanea) sunt & in Ponto & in Propon-

Tenedos) nunc Tenedo.

μακάρον) id est, fortunatorum, beatorum.

Lesbos) nunc Metelina.

Chios) nunc Chio.

Samos) nunc Samo.

Cos) nunc Lango.

Rhodos) nomen retinet.

Cyprus) nomen retinet.

Arados) nunc Ar.

Pharos) nunc Phara.

Homericò carmine) ita ille habet quarto
liffæ.

ὅς ἐπεί τ' ἴς τις ὅτ' ἡ πολυκλῦς ἐνὶ πόντῳ.

γυῖς προπαύειδε, φάρον δὲ ἐκινκλῶνται,

καὶ ἀνεὺθ', ὅσον τε πάντ' ἐμείρετ' ἡλασσε νῆες,

ἔπειτα, ἡ λυγρὴ ὄρε' ἐπὶ κνέεισσι ὀπίσσω.

Thasos) Taxo nunc.

Imbros) Stalimim nunc.

Lemnos) hodie Sidrio.

Seyathos) nunc Setiro.

Eubæa) nunc Nigreponi.

Salamis) submersa est.

Cortyra) nunc Corfu.

Melos) hodie Mil.

Andros

Andros) nunc *Andria*.

Crete) nunc *Candia*.

ἄριος μέτωπος) id est, arietis frontem.

Sicilia) nomen retinet.

Freto maris Siculi) nunc dicto el far de *Mesina*.

Mesana) nunc *Mesina*.

Catana) nunc est *Catania*.

Megarida) nunc *Agosta*.

Syracusas) nunc est *Saxagosa* de *Sicilia*.

Agragas) nunc *Gergenti*.

Panormus) nunc *Palermo*.

Pachynum) nunc cabo *Pacino*.

Taurominium) nunc *Tauernera*.

Melita) nunc *Malta*.

Aetna) non flagrat, nec ex vicinis aliquis est, qui hoc viderit, nunc dicitur *Bolcar*.

Corfica) nomen retinet.

Sardinia) nunc *Sardengna*.

Calaris) nunc *Caller*.

Baleares) duae sunt.

Maiores) nunc *Mallorca*.

Minores) nunc *Menorca*.

Polentia) nunc *Polensa*.

Palma) qua nunc dicitur *Mallorca* civitas.

Ebriso) nunc *Ayusfa*.

Colubraria) nunc *la Dragonera*.

P O M P

P O M P O N I I
M E L A E D E S I -
T V O R B I S L I -
B E R I I I .

Extima Hispaniæ littora.

C A P V T I .



I C T A est ora nostri maris,
dictæ insula quas amplectitur,
restat ille circuitus, quem (Et
initio diximus) cingit Occa-
nus, ingens & infinitum pe-
lagus, & magnis æstibus concitum (ita enim
motus eius appellant) modò inundat campos,
modò latè nudat, ac refugit, nunc alios aliós-
que in vicem, neque alternis accessibus nunc in
hos, nunc in illos impetu versum : sed ubi in o-
mnia littora, quamvis diuersa, terrarum, in-
sularumque ex medio pariter effusum est, rur-
sus ab illis colligitur in medium, & in semet-
ipsum redit, tanta vi semper immissum, Et va-
sta etiam flumina retroagat, & aut terrestria
deprehendat animalia, aut marina destituat:
neque adhuc satis cognitum est, anhelitune suo
id mundus efficiat, retractamque cum spiritu
regerat undam undique, si (Et doctioribus pla-
cet)

N

cet) *Unum animale est: an sint depressæ aliquæ
 eus, quæ reciproca maria residant, atque inde se
 rursus exuberantia attollant: an luna casus
 tantis meatibus prabeat, ad ortus certè eius oc
 casusq; variantur neque eodem assidue tempo
 re, sed ut illa surgit ac demergitur, ita recede
 re atque aduentare comperimus. Huc egressos,
 sequentesque ea qua exsuntibus dextra sunt,
 aquor Atlanticum, & ora Betica frontis exci
 pit, qua nisi quod si mel iterumq; paululum in
 semet abducitur, &que ad flumen Anam pene
 recta est: Turduli & Bassuli habitant. In proxi
 mo sinu portus est quem Gaditanum & iucus
 quem Oleastrum appellant, Tum castellum E
 bora in littore, & procul à littore Asta colonia:
 extra Iunonis ara, templumq; est. In ipso mari
 monumentum Geryonis, scopulo magis quàm
 insula impositum. Betis ex Tarraconensi regio
 ne demississ, per hanc ferè mediam diu sicut na
 scitur, vno amne decurrit: post ubi non longè à
 mari grandem lacum facit, quasi ex vno fonte
 geminus exoritur: quantumq; simplici alveo ve
 nerat, totius singulis effluit. Tum sinus alter,
 &q; ad finem provinciæ inflectitur, eumq; par
 ua oppida Olitingi, Onoba contingunt. At Lus
 itania trans Anam, quâ mare Atlanticum ste
 elat primum ingenti impetu in altum abit, de
 inde resistit, ac se magis etiam quàm Betica
 abducit: quâ prominet, bis in semet recepto ma*

I ANNOT. OLIVARII. 563
 promontoria dispergitur. Ana proxi-
 ma lata sede procurrens, paulatim se-
 ra fastigiat. Cuneus ager dicitur: se-
 crum vocant: Magnum quod Ulterius
 neo sunt Mirtylus, Balsa, Ossonoba, In-
 cobriga. Et portus Annibalis. In ma-
 ra. Sinus intersunt: Et est in proximo
 In altero Vlyssippo, Et Tagi ostium am-
 n gemmasq; generantis. Ab ijs pro-
 ad illam partem, qua recessit ingens
 eritur. In eoque sunt Turduli Veteres,
 rumque oppida: omnes autem Monda-
 um ferè Ultimi promontoriij latus ef-
 Et radices eiusdem abluens Durius.
 da aliquandiu rectam ripam habet, de-
 dico flexu accepto, mox paulum eminet:
 ucta iterum, iterumq; recta margine
 d promontorium, quod Celticum voca-
 editur: totam Celtici colunt, sed à Du-
 xum Gronij: fluuntq; per eos Auo, Celan-
 bis, Minius, Et ceteri oblivionis cogno-
 Limia. Flexus ipse Lambriacam Gr-
 plexus recipit fluvios, Iernam Et Viã,
 , qua prominet, Prasamarci habitant:
 eos Tamaris Et Sars, flumina non lon-
 decurrunt. Tamaris secundum Aro-
 am portum: Sars iuxta turrem Augu-
 o memorabilem: cetera super Tamaris-
 yq; incolunt in eo tractu Ultimi. Hacten-

nus enim ad Occidentem Versa littora perti-
 nent: deinde ad Septentriones toto latere terra
 conuertitur à Celtico promontorio ad Scyticum.
 Etque: hinc perpetua eius ora, nisi Vbi modici
 recessus, ac parua promontoria sunt, ad Canta-
 bros penè recta est. In ea primū Artabri sunt,
 Et Ianasum Celtica gentis: deinde Astures. In
 Artabris sinus ore angusto admixtum mare
 non angusto ambitu excipiens Adrobicum Ur-
 bem, Et quatuor annuum ostia incingit: duo e-
 tiam inter accolētes ignobilia sunt: per alia duo
 Mearus exit, Et Narius ad Libuncam. In A-
 sturum littore Naga est oppidum, Et tres ara-
 quas Sestianas vocant, in peninsula sedent, Et
 sunt Augusti nomine sacra, illustrantque ter-
 ras ante ignobiles. At ab eo flumine, quod Sa-
 liam vocant, incipiunt ore paulatim recedere,
 Et lata adhuc Hispania magis magisque spatia
 contrahere, Etque adeo semet Et terras angu-
 stantibus, Et earum spatium inter duo maria
 dimidio minus sit quàm Galliam tangunt, quàm
 Vbi ad Occidentem litus exporrigunt. Tra-
 ctum Cantabris Et Varduli tenent. Cantabro-
 rum aliquot populi, omnesque sunt, sed quo-
 rum nomina nostro ore concipi nequeant: per eos-
 dem Et Salenos, Saurium: per Antrigones, Et
 Origeuiones quosdam Nesua descendit: Dena
 Tritium Tobolicum attingit: deinde Iturissam
 Et Easonem Magrada. Varduli vna gens, hinc
 ad

CVM ANNOT. OLIVARII. 565
ad Pyrenaei iugum promontorium pertinens, claudis
Hispanias.

PETRI IO. OLIVARII
ANNOTATIONES.

Doctisribus) Platoniciis qui asunt mundum
esse animatum.

Turduli) nunc Pars Andalusēs, pars Gra-
natenses.

Bastuli) omnes Granatenses.

Betis) nunc Guadalquebr.

Ana) hodie est Guadiana.

Lusitania) pars Lusitania dicitur Portuga-
lia, pars la Extremadura.

Sacrum promontorium) nunc Cabo de san
Vincente.

Mertylis) nunc Vacca.

Balsa) nunc Tassila.

Osonoba) Silveira.

Lacobriga) Coymbra.

Ebor) nomen retinet.

Vlyssipo) Lisboa hodie.

Tagi) nunc Tago.

Durius) nunc Duero.

Minis) nunc Migno.

Lismia) Lina hodie.

Arrotebrarum) Gallegos nunc.

Tamarici) Gallegos quoque.

A Celtico promontorio) à promontorio quod
vocatur Finis terra.

Scythicum) *Dacicum ad Saxoniam.*
Mosici recessus) *ad portum magnum, & ad*
Trileucum promontorium.

Asiures) *nomen retinent.*

Tanasum) *Sanctus Iacobus in Compostella.*

Cantabri) *nunc Montanas, & Biscaya.*

Varduli) *Lipusca. & pars Vasconia.*

Extrema Galliarum ora. CAP. II.

Sequitur Gallia latus alterum, cuius ora
 primo nihil progressa in altum, mox tan-
 tundem penè in pelagus excedens, quantum
 retrò Hispania abscesserat, Cantabricis sit ad-
 versa terris, & grandi circuitu inflexa, ad Oc-
 cidentem litus aduertit. Tunc ad Septentrio-
 nes conuersa, iterum longo reditque tractu ad
 ripas Rheni amnis expanditur. Terra est fru-
 menti praeipue, & pabuli ferax & amana lu-
 cis immanibus, quicquid ex satis frigoris im-
 patiens est, ager nec ubique alit, & noxio ge-
 nere animalium minime frequens. Gentes su-
 perbae, superstitiosae, aliquando etiam immanes
 adeo, ut hominem optimum, & gratissimum
 dijs victimam crederent. Manent vestigia fe-
 ritatis iam abolita, atq; ut ab ultimis caedibus
 temperant, ita nihilo minus ubi deotas altari-
 bus admoere, delibant: habent tamen & sa-
 cundiam suam magistro, quae sapientia Drui-
 das. Hi terra, mundi q; magnitudinem, & for-
 mam,

rocosus cæli & siderum, ac quid dii ve-
 re profitentur: docent multa nobilissimos
 lim & diu Vicenis annis in specu, aut
 etis saltibus. Vnum ex ijs qua precipiunt
 us effluit, videlicet, & forent ad bella
 s, aternas esse animas, & itaque ab-
 ad manes. Itaque cum mortuos cremant
 liunt, apta viuentibus olim negotiorum
 iam & exactio crediti deferrebat ad
 erantque qui se in rogos suorum. Velut
 Eturi libenter immitterent. Regio quam
 e omnis comata Gallia. Populorum tria
 nomina sunt, terminanturque fluuijs
 bus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam,
 tania: ab eo ad Sequanam, Celta: inde ad
 m pertinent Belgæ. Aquitanorum cla-
 sunt: Ausci: Celtarum Hedui: Belgarum
 : Urbesque opulentissima, in Treueris
 a: in Heduis, Augustodunum: in Auscis,
 rris. Garumna ex Pyrenæo monte de-
 nisi cum hyberno imbre aut solutis ni-
 untumuit, diu vadofus, & vix naviga-
 tur. At ubi obuius Oceani exasluan-
 sibus adanctus est, ijsdemque retro re-
 bus, suas illiusque aquas agit, aliquan-
 nior, & quanto magis procedit, eò la-
 ad postremum magni freti similis, nec
 tantum navigia tolerat, Scrum etiam
 lagi fametis exurgens, iactat navigan-

tes, atrociter & tunc, si aliò ventus, aliò unda precipitat. In eo est insula Antros nomine, quam pendere & attolli aquis incrementibus ideo incola existimant, quia cum videatur editior, aquis obiacet, ubi se fluctus implevit, illam operit, nec ut prius tantum ambit, & quòd ea quibus ante ripa collésque ne cernerentur obstitant, tunc velut ex loco superiore perspicua sunt. A Garumna exitus latus illud incipit terra procurrentis, in pelagus, & ora Cantabricis adversa littoribus, alijs alijsque populis media eius habitantibus, ab Santonibus ad Osismos &que deflexa. Ab illis enim iterum ad Septentriones frons littorum respicit, pertinentque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu, quem Geforiacum vocant, quicquam habent notius. Rhennus ab Alpibus decedens, propè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium. Mox diu solidus, & certo alveo lapsus, haud procul à mari huc & illuc dispergitur, sed ad sinistram amnis etiam tum & donec effluat Rhennus, ad dexteram primò angustus & sui similis: post ripis longè ac latè recedentibus, iam non amnis, sed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur, eiusdemque nominis insulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.

Ann

Annotationes in secundum Caput.

*In pelagus excedens) in promontorio quod
nunc est , Sanctus Matthæus in Britannia
minore.*

Abscefferat) in fonte Rabia.

*Terris Cantabricis) diximus , qui sint Can
bri.*

*Et grandi) diximus à fonte Rabia esse hūc
civitatem &que ad Britanniam minorem.*

Rheni) nunc , le Rhein.

Comata Gallia) à Coma ipsa capillorum,

*Pyrenæo) Pyrenæi nomina multa habent.
tum ex ea parte qua Lipusque , & fontis Ra-
æ adiacet , Sanctus Adrianus dicitur : pro-
cediendo versus Meridiem , statim est Ron-
sualles : deinde montes de laqua : tum de-
mpurda : postremo promontorium maris nostri
Etum templum Veneris , hodie Cap de creus ,
est caput crucis .*

*Garumnæ) nunc , la Garona , nomen amit-
tente ante Burdegalam eo loco ubi conflunt ipsa
& Gerunda , et dicitur Geronda , prope promon-
torium Santonum , nunc Blayani , in illum deci-
t la Dordogna .*

*Sequanam) nunc , Sena . Pomponius secutus
& Casarem in divisione Gallia .*

*Ausci) regio & civitas nunc Aux , archi-
episcopus est in Vasconia .*

N 5 Hed

Hedui) quorum praecipua civitas
tum, olim dicta Augustodunum.

Treueri) nunc Treuers ad Rhenum

Augusta) Augusta Treuerorum a
Treuers Trier vernacula lingua.

Augustodunum) nunc Autum.

Elusaberris) Aux.

Santonibus) nunc Santongers, &
Saintes.

Osissimos) Britanni sunt, nunc
apud Sanctum Mattheum.

Frons littorum) tota illa ora qua
te Sancti Matthes. attingit Morinos.

Morinos) nunc Terroana.

Geseriacum) nunc de Cales portus

Huc & illuc) diuisitur in duo lac

Insulam) Batavorum: nunc Hollan

Germania.

CAP. I

Germania hinc ripis eius & squ
Spes, à Meridie ipsis Alpibus:
te Sarmaticarum confinio gentium
ptentricnem spectat Oceanico littor
est. Qui habitant, immanes sunt ani
corporibus. & ad insitam feritatem
que exercent, bellando animos, corpo
suetudines laborum: maximo frigori
gunt antequam puberes sint, &

pueritia est, Viri sagis velantur, aut
 orum, quamvis scia hyeme, nudi non
 tantum illis, studium etiam est: bella
 imis gerunt, causus eorum ex libidine
 neque imperitandi prolatandiq; que
 (nam ne illa quidem ensæ colunt) sed
 pos quæ iacent vasta sint. Ius in Viri-
 at, adeo ut ne latrocinij quidē pudeat,
 hospitibus boni, mitēsque supplicibus,
 aspersi incultisq; ut cruda etiam car-
 tur, aut recenti, aut cum rigentem in-
 dum ferarumq; corijs manibus pedi-
 busgendo renouarunt. Terra ipsa mul-
 ta fluminibus, multis montibus asse-
 magna ex parte sylvis ac paludibus in-
 udum Suevia, Mesia, et Melsiagum ma-
 lumarum Hercynia, et aliquot sunt quæ
 abent, sed illa dierum sexaginta iter
 ut maior alijs, ita et notior. Mon-
 tibus Taurus et Rhetico, nisi quorum
 dix est eloquio Romano. Annium
 rentes exeuntium Danubius, et Rho-
 m Rhenum Manis et Lupia: in ocea-
 nissius, Visurgis, et Albis clarissimi.
 lbm Codanus ingens sinus magnis par-
 ulis refertus est. Acre mare quod gre-
 rum accipitur, nusquam latè pates, nec
 mari simile, verum aquis passim in-
 ibus ac sæpe transgressis, vagum atq;
 diffu-

diffusum facie amissum spargitur, quâ littera attingit, r. p. i. contentum insularum non longè distantibus. Et ubique penè tantundem. Et angustum Et par freto, curuansque subinde se, longo supercilio inflexum est. In eo sunt Cymbrî, Et Tentoni: Ultrâ Ultimi Germania Herminones.

Annotationes in III. Caput.

Sarmaticarum confinio) *Polonorum Visula* amne.

Oceano) *Septentrionali.*

Sagis) dixi Sagum esse Vestem militarem qua armis superimponitur auctore Bayssio, nunc Sayon. Germani eam Vestem ex lana Et pilis conficiunt, Felre dicitur, Sarraceni vocant Albornoz.

Libris) *Libri cortices sunt arborum.*

Ius in Viribus) hoc seculo Pomponij, nam nostro in legibus praesertim municipalibus.

Latrocinij) fortassis Verum in ipsis agris, nam in oppidis summa est aequitas.

Fluminibus) *Viadro*, *Amisio*, nunc dicto *Eme*: *Visurgo*, nunc dicto *Vueser*: *Albi*, nunc *Elb*: *Sueno*, nunc *Spre*: *Viado* nunc *Odera*, Et *Lupia*.

Montibus) *Meliboco*, *Sudete*, *Abnoba* *Asmiburgio*.

Danubius) ex *Abnoba* monte profluit.

Rhodanus) ex ipsis *Alpibus*.

Sar

Sarmatia intus quàm ad mare latior, ab
 ijs qua sequuntur Visula amne discretà,
 qua retrò abit &que ad Istrum flumen immisit:
 gens habitu armusq; Parthica proxima, ve-
 rùm Et cœli asperioris ita ingenij, non se Urbi-
 bus tenet, & ne statis quidem sedibus, Et inui-
 tauere pabula, Et cedens & sequens hostis exi-
 git, ita res opes que secum trahens semper ca-
 stra habitat, bellatrix, libera, indomita, et &sq;
 eò immanis atq; atrox, Et femina etiam cum
 viris bella incant: atque Et habiles sint, natis
 statim dextra adurit mamma, Et inde expe-
 dita in ictus manu qua exeritur, virile fiat pe-
 ctus, arcus tendere, equitare, Venari puellaria
 pensa sunt: ferire hostem adultarum stipedium
 est, adeò Et non percussisse, pro flagitio habe-
 tur, sitq; eis pœna Virginitas.

Annotationes in IIII. Caput.

Sarmatia) nunc Polonia.

Istrum-Danubium intelligit.

Scythia.

CAP. V.

Inde Asia confinia, nisi &bi perpetua hyemes
 sedent & intolerabilis rigor; Scythici popu-
 li incolunt, ferè omnes etiam in vnum Saga
 appellati. In Asiatico littore primi Hiper-
 bores super aquilonem Rhiphaosq; montes sub
 ipso

ipso syderum cardine iacent, Vbi sol non quoti-
 die, Et nobis, sed primū verno æquinoctio
 exortus, autumnali demum occidit, Et ideo
 sex mensibus dies, Et totidem alijs nox Etque
 continua est. Terra angusta, aprica, per se ferti-
 lis, cultores iustissimi, Et diutius quàm Vi-
 li mortuorum Et beatiùs viuunt. Quippe festo
 semper otio lati non bella nouere, non iurgia,
 sacris operati maxime Apollinis, quorum pri-
 mitias Delon misisse initio per Virgines suas,
 deinde per populos subinde tradentes Vltiori-
 bus, moremque eum diu, Et donec vitio gen-
 tium temperatus est, seruasse referuntur. Ha-
 bitant lucos syluasq. Et Vbi eos viuendi satie-
 tas, magisque radium capit, hilares redimi-
 ti fertis semet ipsi in pelagus ex certa rube pra-
 cipites dant. Id eis finis eximium est. Ma-
 re Caspium Et angusto, ita longo etiam freto
 primum terras, quasi fluuius, irrumpit: at-
 que Vbi recto alueo influxit, in tres sinus dis-
 funditur, contra os ipsum in Hyrcanum, ad
 sinistram in Scythicum, ad dexteram in eum
 quem proprie Et totius nomine Caspium ap-
 pellant, omne atrox, saeuum, sine portibus,
 procellis Vndique expositum, ac beluis ma-
 gis quàm cætera refertum, Et ideo minus
 nauigabile. Ad introeuntium dextram Scy-
 tha Nomades freti littoribus insidēt. Intus sunt
 ad Caspium sinum Cassij, Et Amazones, sed
 quas

suromatidas appellant : ad Hyrcanum
 & Moschi, et Hyrcani: in Scythico A-
 & Pasici, etiam ad fretum Derbices.
 in eo sinu magni paruiq; amnes fluunt:
 famam habent, ex Ceraunijs montibus
 eo descendit, duobus exit in Caspium A-
 Tauri latere demissus, quoad campos Ar-
 cat, labitur placidus & silens, neq; in
 partem cat, quanquam intuearis, ma-
 : cum in aspersiora devenit, hinc atque
 pibus pressus, & quanto angustior, tan-
 is pernix, frangit se subinde ad opposita
 , atque ob id ingenti cum murmure,
 , deuolvitur adeo citus, Et quæ ex pra-
 surus est, in subiectam non declinet sia-
 dam, sed ultra quam canal: m habet e-
 lus ingeris spatio sublimis; & aquæ pen-
 us semetipsum sine alueo ferens : deinde
 rruus, arcuatoque amne descendit, fit
 illus: iterumque per campos tacitus, &
 us in id litus elabitur. Cyrus & Cam-
 e radicibus Coraxici montis vicinis edi-
 o diuersa abeunt: perq; Iberas, & Hyr-
 ius & multum distantibus alueis de-
 post nō longè à mars eodē lacu accepti, in
 um sinū vno ore perueniunt. Laxartes,
 os per desertæ Scythiæ ex Sogdianorū re-
 is in Scythicum exeunt: ille suo frōte grā
 incursum aliorum grandior, & aliquan-
 diu

diu ad Occasum ab Oriente currens, iuxta Da
 has primum infestitur: cursuq; ad Septentrio
 nem conuerso, inter Amardos & Pasicas os a-
 perit. Sylua, alia quoque dira animalia, Verum
 & Tigres ferunt, & tunc Hyrcania sauum fe-
 rarum genus. & &que eò pernix, Et illis longè
 quoque progressum equitem consequi, nec tan-
 tum semel, sed aliquoties etiam cursu Unde ex-
 perit subinde repetito, solitum & facile sit. Cau-
 sa ex eo est, quòd ubi ille interceptos earum ca-
 tulos citus cupit auertere, rabiem appropinquan-
 tium frustraturus, astu vnum de pluribus omit-
 tit, ha proiecctum accipiunt, & ad cubilia sua re-
 ferunt, rursumq; & saepius remeant, atq; idem
 efficiunt, donec ad frequentiora, quam adire au-
 deant, profugus raptor euadat. Ultra Caspium
 sinum quidnam esset, ambiguum aliquandiu
 fuit: idemne Oceanus, an tellus infesta frigori-
 bus sine ambitu, ac sine fine proieccta. Sed pra-
 ter Physicos, Homerumque qui vniuersum cr-
 bem mari circumfusus esse dixerunt, Cornelius
 Nepos, Et recentior auctoritate, sic certior tra-
 dit: testem autem rei Q. Metellum Celerem
 adiicit, eumque ita retulisse commemorat,
 Cum Gallijs proconsul praesset, Indos quosdam
 à rege Sueuorum dono sibi datos, Unde in eas
 terras deuenissent requirendo, cognosse: Si tem-
 pestatum ex Indicis equoribus abreptos, emen-
 sosq; qua intererant, tandem in Germania
 lit

littora exiſſe. Reſtat ergo pelagus ſed reliqua lateris eiſdem aſſiduo gelu durantur, & ideo deſerta ſunt.

Annotationes in v. Caput.

Inde) ex Sarmatia, qua Scythas attingit.

Sub ipſo Syderum cardine) tempore Mela regionem Hyperboream putabant Ultimam Verſus Oceanum eſſe. inde nobis tradidit Mela rationem illam dierum aſtronomiam, quare vera falſa eſt in regione Hyperborica: quam quàm ita ſit in ipſo cardine mundi, quem Mela & Veteres alij in ipſis Hyperboreis collocaverunt.

Mare Caſpium & anguſto) diximus hoc non poſſe fieri, & antiquitatem hallucinatam fuiſſe.

Scythæ Nomades) nunc Tartari ſunt, confines Sauromatis:

Caſpij & Amazones) Amazones prope magnos Bulgares, nam alij ſunt in Ponto, Moſchi) aliud genus Moſchouitarum.

Hiſpaniæ, & Septentrionis inſulæ.

CAPVT VI.

H*is oris, quas angulo Betica hucusque perſtrinximus, multa ignobiles inſulæ & ſine nominibus etiam adiacent: ſed earum quas præterire non libeat, Gades fretum attingit ea que à continenti anguſto ſpatio & veluti*

Geluti flumine abscissa, quæ
 penè rectam ripam agit: quæ
 flat, duobus promontorijs euecta in
 dium litus abducit. Et fert. in alio
 eiusdem nominis Urbes opulentissimas
 templum Aegyptij Herulis, condita
 ligione, Vetusitate, opibus illustre. Ty
 dere: cur sanctum sit, officina ibi fœta
 annorum queis maneo nupterue ab li
 pestate principia sunt, opes templi
 Lusitania Erythia, quam Geryone
 tam accepimus, aliaque sine aceris
 bus, adeo agri, fertiles, ut cum seme
 menta sint, subinde reuiduus seminis
 tem novantibus, septem minimam
 plures etiam messes ferant. In Cellion
 sunt, quas quæplumbo abundant. Ex
 nomine Cassiterides appellant. Cœna
 tannico mari Osismicis aduersus litus
 lici numinis oraculo insignis est, virgin
 tes perpetua Virginitate sancta: nup
 uem esse traduntur. Gallicenas vocant
 quæ ingenys singularibus præditas, n
 Ventos cœstare carminibus, seque in qu
 animalia vertere, sanare, quæ apud al
 nabilia sunt, scire veterum prædicare
 nisi dedita nautigantibus, Et in id ter
 se, consulerent profectis. Britannia qu
 qualesque progeneret, max ceteriora Et in

orata dicuntur. Quippe tam diu clausum ape-
 rit ecce principū maximus, nec indomitum
 modò ante se, Verum ignotum quocq; gentium
 victor, qui propriarum rerū fidem Et bello affe-
 cuit, ita triumpho declaraturus portat. Cate-
 rim Et adhuc habuimus, inter Septentrionem
 occidentemq; profecta, grandi angulo Rhēni-
 a prospicit: deinde obliqua retrò latera ab-
 abit, altero Galliā, altero Germaniam spe-
 ans, tum rursus perpetuo margine directi li-
 ris ab tergore abducta, iterum se in diuersos
 angulos cuneat triquetra, Et Sicilia maximè
 nilis, plana, ingens, fecunda, Verum ijs qua-
 tora quàm homines benignit̃s alāt. Fert ne-
 ora, saltus, ac pręgradia flumina alternis mo-
 dus modò in pelagus, modò retrò fluentia, Et
 adā gemmas margaritasq; generat̃a. Fert
 uulos regesq; populorū sed sunt inculti omnes
 Et longius à continēt̃i absunt, ita aliarum
 sm ignari magis, tantum pecore, ac finibus
 es, incertum ob decorem, an quid aliud Gl-
 corpora infecti. Causas autem Et bella con-
 hant, ac sic frequenter inuicem infestant,
 xime imperitandi cupidine studiosq; ea pro-
 endi, quæ possident. Dimicant non equitatu
 dō aut pedite, Verum Et bigis Et curribus,
 illicè armati. Conimos vocant, quorum falca-
 axibus utuntur. Super Britanniam Iucr-
 est, penè par satio, sed stringue equa-
 O 2 lis,

lis tractu litorum oblonga, cæli ad m-
 da semina iniqui, Verùm adeò luxur-
 bis non latis modo, sed etiam dulcibus,
 g u a parte dies pecora impleant, & n-
 prohibeantur, diutius pasta dissiliant.
 eius inconditi sunt, & omnium virtu-
 ri, magis quàm aliæ gentes, aliquat-
 men gnari; pietatis admodum exper-
 ginta sunt Orchades angustis inter se
 spatijs. Septem Hemodes contra Ger-
 proiecta in illo sinu, quem Codanum a-
 Ex ijs Codanonis quam adhuc Teuton-
 Et magnitudine alias, ita fecunditas
 stat. Quæ Sarmatis aduersa sunt ob-
 accessus recursusq; pelagi, & quod spa-
 distant modò operiuntur undis, mo-
 sunt, alias insula videntur, alias vna
 tinens terra. In his esse Oonas, qui ont-
 palustrium & auenis tantum alan-
 equinis pedibus Hippopodas, & Satm-
 bus magna aures, & ad ambiendum
 omne patula, nudis alioqui pro veste,
 terquàm quod fabulis traditur antho-
 quos sequi non pigeat, inuenio. Thul-
 rum littori opposita est, Graijs & no-
 brata carminibus. In ea quod sol long-
 rus exurgit, breues & tique noctes sunt.
 hyemem sicut alibi obscura, æstate luci-
 per id tempus iam se altius eueheno-

nam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima illustrat, per solstitium vero nullo, quod tum iam manifestior non fulgorem modo, sed sui quoque partem maximam ostendat. Talia in Cassio mari sane cultu fertilis, anni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi quagignuntur attingere nefas, & pro sacrilegio habent, dijs parata existimantes, ijsq; seruanda. Aliquot & illis oris, quas desertas diximus, aquæ deserta adjacent, quas se proprijs nominibus Scythicas vocant. Ab eis in Eorum recursus inflectitur in que oram terra spectantis Orientem pertinet. Hac à Scythico promontorio apposita, primum omnis obuius est iunua: deinde ob immanitatem habitantium inculta. Scythæ sunt Androphagi, & Agæ, distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili. Vasta deinde iterum loca bellua infestant, & que ad montem mari imminem, mine Thabin. Longè ab eo Taurus attollitur, Seres intersunt, genus plenum iustitia ex commercio, quod rebus in solitudine relictis, ab eis peragit.

Annotationes in VI. Caput.

Gades) nunc Caliz.

Urbem opulentam) Gadiram.

Erythia) nunc Berlingas.

Britannia) nunc Anglia, comprehendit &

O 3 Scoti

Scotiam.

Principum maximus) Claudius Caesar.

Iuerna) nunc IZlanth.

Orchades) sunt enim regis Scotia.

Codanonia) nunc Selandia : Ptolemaeus vocat Scandiam.

arismatis) Polonus.

Per hyemem obscura) nam in hyeme est nox maxima.

Aestate lucida) Lucida nox dicitur in aestate, quia ferè nulla est nox, quando sol est in primo puncto Cancris, vixq; durat momentum.

Scytha) quos Tartaros dicimus.

India.

CAP. VII.

NOtissima India non Eoo tantum appositapelago, sed & ei quod ad Meridiem spectans Indicum diximus, & hinc Tauri ingis, ab Occidente indefinita, tantum spatium littoris occupat, quantum per sexaginta dies noctesq; velificantibus cursus est, ita multum à nostris abducta regionibus, ut in aliqua parte eius neuter Septentrio appareat, aliterq; quam in alijs oris, Umbra reru ad Meridiem iaceant. Caterum fertilis, & vario genere hominum, aliorumq; animalium scatet. Alit for micas non minores maximis canibus, quas more Gryphorum aurum penitus egestu cum summa perniciæ attingentium custodire commemorant

vorant. Immanes & serpentes aliqui & Ele-
 phantes morsu atq; ambitu corporis afficiant.
 Iam pinguis alcubi, & tam feracis soli, & in
 mellis frondibus defluant, lanas sylva fe-
 rant, arundinum fissa internodia veluti nauis-
 bus binos & quadam ternos etiam vehant.
 cultorum habitus moresq; dissimiles. Immo alij
 festiuntur aut lanis, quas diximus, alij fera-
 rum animiq; pellibus, pars nudi agunt, pars
 tantum obscaena velati, alij humiles parusq;
 alij ita procere & corpore ingentes, & Elephan-
 tes etiam, & ibi maximis, sicut nos equis, fa-
 cile atque habiliter stantur. Quidam nullum
 animal occidere, nulla carne vesci optimū exi-
 stimant, Quosdam tantum pisces alunt. Qui-
 dam proximos patentesq; priusquam annis
 aut agilitudine in maciem eant, velut hostias
 adunt casorūq; visceribus epulari fas & ma-
 xime pium est. At ubi senectus aut morbus im-
 pisset, procul à ceteris abeant, mortemq; in solitudine
 nihil anxij expectant: prudentiores eis,
 quibus ars, studiumq; sapientia contingit, non
 expectant eā, sed ingerendo semet ignibus, la-
 tes & cum gloria accersunt. Urbium quas in-
 solunt (sunt autem plurimae) Nyssa est clarissi-
 ma & maxima. Montium Meros Iouisacer,
 hanc hinc praecipuam habent, quod en illa
 entium, in huius specu Liberum arbitrantur
 se nutritum: Unde Graecis auctoribus, & fe-

mori Iouis insutum dicerent, aut materia in-
 gessit, aut error. Oras tenent ab Indo ad Gan-
 gem Palibotri, à Gange ad Iolida Nysij, Vbi
 magis quàm Vbi habitetur, exastuat: atra gen-
 tes, & quodammodo Aethiopes. Ab Iolide ad
 Cudum recta sunt litora, timidi que populi,
 & marinis opibus affatim dices. Tamos pro-
 montorium est quod Taurus attollit, collis, al-
 terius partis angulus, initium que lateris ad
 Meridiem Versi. Ganges & Indus amnes, ille
 multis fontibus in Hamodo India monte con-
 ceptus, simul Vnum alueum fecit, fit omnium
 maximus, & alicubi latius, quando angustis-
 sime fluit, decem millia passuum patens, in se-
 ptem ora dispergitur. Indus ex monte Paropa-
 miso exortus, & alia quidem flumina ademit-
 tit, sed clarissima Cophen, Acesinè, Hydaspes,
 conceptam que pluribus alueis Vndam lato spa-
 tio trahit. Hinc penè Gangem magnitudine
 exaquat. Post Vbi aliquot saepe magnis flexibus
 cingit iugum, ingens iterum, rectius, solidius-
 que descendit, donec ad leuam dextram que
 se diducens, duobus ostijs longè distantibus
 exeat. Ad Taurum insula est Chryse, ad Gan-
 gem Argyre: altera aurei soli (ita veteres tra-
 didere) altera argentei, atque ita, Et maxime
 videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo fi-
 eta fabula est. Taprobane, aut grandis admo-
 dum insula, aut prima pars orbis alterius Hip-
 parcho

M ANNOT. OLIVARII 585
 dicitur, sed quia habitat, nec quis-
 circum eam esse traditur, prope Verum
 strâ inde illa ostia sunt, quæ vocant So-
 ledò inhabitabilia: Et ingressos vis circū-
 iris exanimet confestim: Et inter ipsa
 ra tenet regio ob aestus intolerabiles, ala-
 ltorsibus egens. Inde ad principia Rubri
 pertinent inuia, atque deserta humus,
 eri magis sit quàm pulueris similis. Ideo-
 r eam rara, Et non grandia flumina
 unt, quorum Tuberonem Et Arusacem,
 ma accepimus. Rubrum mare Græci, si-
 a eius coloris est, siue quia ibi Erythras
 uit, ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant procelle-
 sperum, profundum, Et magnorum ani-
 m magis quàm cetera capax, primo re-
 eis oras aequaliter impellit: Et Et non in-
 terius, aliquantum patens sinus erat.
 as ripas inflexerat, bis irrumpit, duosq;
 a sinu aperit. Persicus vocatur dictis
 ibus propior: Arabicus, & ulterior.
 annotations in Septimum Caput.

o) Orientalis.

inter Septentrio) nauigantes oppositum

sa) celebrata ob Dionysium siue Libe-
 bi nutritum.

O S Sinus

Persicus, qua mare accipit, & Eius lateribus grande ostium quod ce complectitur: deinde terris in orientem vastè, & aqua portione cedente quo littorum orbe pelagus incingens formam capitis humani. Arabici Eius, & latitudo minor est, maior recessus, & multò magis longa later nitus introrsusq; dum Aegyptum montem Arabia Casium attingit. fastigio minùs ac minùs latus, & penetrat angustior. Ab ijs quæ dis sinum Persicum, nisi ubi Chelonoph tur, desertæ sunt. In ipso Carman tium dextera positi, sine veste ac frum core ac sedibus, piscium carne se veli vescuntur, præter capita toti corpora. Interiora Gedrosi, dehinc Persa habi tus per Carmanios: suprâ Andam rios effluunt. In parte quæ pelagi o sa est, Babyloniorum fines Chaldaor & duo clari amnes, Tigris Persa & lterior Euphrates. Tigris ut natus scendens & que ad littora permeat: smani ore aperto, non exit tantum tur, sed & vastè quoque decidit: continuo agros, sed latè diffusus

diuq³ sedentibus aquis, & sine alueo patulis piger, post ubi marginem rupit, verè fluvius est. acceptisq³ ripis celer & fremens, per Armenios & Cappadocas Occidentem petit, ne Taurus obftet, in nostra maria venturus. Inde ad Meridie[m] auertitur; & primùm Syrosum Arabas ingressus, non perdurat in pelagus, verùm ingens modò & navigabilis, inde tenuis riuus despectus emoritur, & nusquam manifesto exitu effluit vt alij amnes, sed deficit. Alterum latus ambit plaga qua inter Vtrūque pelagus excurret, Arabia dicitur, cognomen Eudamon, angusta, verùm cinnami & thuris, aliorūque odorum maximè ferax. Maiorem Sabas tenent, partem ostio proximā & Carmanis: contrariam partem Maca qua inter ostia ostenditur, sylua cautesque exasperant: aliquot sunt in medio insulae sita, Ogyris, quòd in eo Erythra regis monumentum est, magis clara, quàm cetera.

Annotationes in Octauum Caput.

Gedrosi & Persa) hac sunt Sophus: & haec regiones vocantur Turquestam.

Sinus Arabicus. CAPVT IX.

Alterum sinum Undique Arabes incingunt: ab ea parte qua introeuntibus dextra est, vrbes sunt Carra, & Arabia, & Gan

Gandamas. In altera ab intimo angulo prima Beronice inter Heroopoliticum, & Scrobilum Deinde inter promontoria Moronenō, & Colcca. Philoteris, & Ptolemaus. Ultra Arsinōē & alia Beronice. Tū sylua qua. hebenum, odoresq; generat, & manu factus amnis: Idco. que referēdas quod ex Nili aluco Dioryge abductus extra sinū verum inflexus, & non rubri maris pars, bestiis infesta, ideoq; deserta est: partem Candai habitāt, hi quos ex facto, quia serpentibus vescūtur, Ophiophagos vocant. Fere interius Pygmaei, minutū genus, et quod pro satis frugibus cōtra grues dimicando defecit: sunt multa Volucrū, multa serpentum genera. De serpentibus memorandi maxime quos paruos admodum, & Veneni praesentis certo anni tempore ex limo concretarū paludium emergere, in magno examine Volantes Aegyptiū tendere, atq; in ipso intritu finium ab anibus, quas Ividas appellant, aduerso agmine excipi, pugnaq; confici, traditum est. De Volucris praecipue referenda Phœnix, semper Unica, non enim coitu concipitur, partiūe generatur: sed. Vbi quingentorum annorum auge perpetua duravit super exaggeratā Varijs odoribus struem sibi ipsa incubat, soluitur que: deinde putrescentium membrorum tabe concrescens, ipsa se concipit, atque ex se rursus renascitur: cum adoleuit, ossa pristini corporis inclusa myrra

rha Aegyptum exportat, atque in Urbem, quā Solis appellant, fragrantibus nardo bustis inferens, memorando funere consecrat. Ipsum promontorium quo id mare clauditur, à Ceraunjs saltibus innium est.

Annotationes in I X. Caput.

Caput nonum nihil habet, nisi Solis Urbem, quam Heliopolim alij vocarunt, iuxta sinum Arabicum, ad quam Venere filij Israël.

Aethiopia.

CAP. X.

Aethiopes Ultra sedent, Meroëni habent terram quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit: pars quia Vita spatium dimidio fere quam nos longius, agunt, Macrobij: pars quia ex Aegypto aduenere, dictis Automola, pulchri forma, aequi corporis, parumque Generatiores, Veluti optimarum alumnus Virtutum. In illis mos est, cui potissimum pareant, specie ac viribus legere. Apud hos plus auri, quam Persis est, ideo quod minus est, pretiosius censent. Aere exornantur, auro vincula fontium fabricant. Est locus apparatus epulis semper refertus, Et quia Et libet Vesci Volentibus licet, καὶς τράνε (αυ) appellant, Et quae passim apposita sunt, affirmant innasci subinde diuinis. Est lacus quo perfusa corpora quasiuncta pernitent, bibitur idem, adeo est liquidus, Et ad sustinenda quae incidunt, aut im-

mitt

mittuntur infirmis, Et folia etiam proximis
 decisa frondibus, nō innatātia ferat sed pectus
 & penitus accipiat. Sunt & saeuissima fera o-
 mnicolore varij Lycæones, & quales accepimus
 Sphingas. Sunt mira aues cornuta Tragopomo-
 nes, & equænis auribus Pegasi. Caterum oras
 ad Eurrum sequentibus nihil memorabile occur-
 rit, Vasta omnia vastis præcisa montibus, ri-
 pa potius sunt, quàm littora. Inde ingens &
 sine cultoribus tractus: dubium aliquandis
 fuit, esset ne ultra pelagus, caperet ne terra cir-
 cuitum, an exhausta fructu sine fine Africa
 se extenderet: Verum & si Hanno Carthagi-
 nensis exploratum missus à suis, cum per Occa-
 ni ostia exisset, magnam partem eius circum-
 uictus, non se mari, sed commeatu defecisse me-
 moratum retulerat: & Eudoxus quidam a-
 norum nostrorum temporibus cum Labyrinthum
 regem Alexandria profugisset, Arabico sinu e-
 gressus, per hoc pelagus (ut Nepos affirmat) Ga-
 des &que peruectus est, ideo eius ora nota sunt
 aliqua. Sunt autem trans ea quæ modò deserta
 diximus, multi populi, & quibus pro eloquio
 inuitus est, alij sine sono lingua, alij sine lin-
 guis, alij labijs etiam coherentibus, nisi quòd
 sub naribus etiam fistula est, per quam bibe-
 re auent. Sed cum incestis libido vescendi gra-
 na singula frugum passim nascentium absor-
 bere dicuntur. Sunt quibus ante aduentum

Endixi

*Eudoxi adeò ignotus ignis fuit, adeoque usus mirum in modum placuit, Et amplecti etiam flammias, Et ardentia sinu abdere, donec noceret, maxime libuerit. Super eos grandis lit-toris flexus grandem insulam includit, in qua tantum feminas esse narrant, toto corpore hirsutas, Et sine coitu marium sua sponte fecundas, adeò afferis efferisque moribus, Et quadam contineri ne reluctentur Vix Vinculis possint. hoc Hanno retulit, Et quia detra-cta occisis cora pertulerat, fides habita est. Ul-tra hunc sinum mons altus (Et Græci Vocant) Δεῶν ὄρυμα perpetuis ignibus flagrat: Ultra montem Viret collis longo tractu, longis litto-ribus obductus. Unde Visuntur patentes magis campi, quam Et prospici possint, Panam, Saty-rorumque: hinc opinio ex fide cepit. quòd cum in his nihil culti sit, nulla habitantium sedes, nulla Vestigia, solitudo in diem vasta, Et silen-tium vastius, nocte crebri ignes micant, Et Ve-luti castra latè iacentia ostendantur. Crepant cymbala Et tympana, audiunturque tibia so-nantes manus humanis. Tunc cursus Aethio-pes, nec iam dices, Et hi quos diximus, nec ita corporibus similes sed minores incultique sunt, Et nomine Hesperio. In hòrum sinibus fons est, quem Nili esse aliqua parte credibile est, Nu-chul ab incolis dicitur: Et Videri potest non alio nomine appellari, sed à Barbaro ore corru-
ptus:*

ptius: alit & flumen, & minora quidem, eiusdem tamen generis animalia gignens: alijs omnibus in Oceanum vergentibus, solus in mediam regionem ad Orientem abit, & quoniam exeat incertum est. Inde colligitur Nilum hoc fonte conceptum, actumq; aliquandiu per inuia, & ideo ignotum, iterum se ubi ad Eoa processerit, ostendere. Caterum spatium quo absconditur efficit, ut hic alio cedere, ille aliunde videatur exurgere. Catoblepas non grandis fera, verum graue & pergrande caput agre sustinens, atque ob id in terram plurimum ore conuersa, apud hos gignitur, ob vim singularem magis etiam referenda, quod cum impetu morsuque nihil unquam faciat, oculos eius vidisse mortiferum. Contra eosdem sunt insulae Gorgones, domus, ut aiunt, aliquando Gorgonum, Ipsa terra promontorio, cui Ἰόνειρα νῆξος nomen est, finiuntur.

Annotationes in Decimum Caput.

Primo ambitu) nam alios facit Nilus in Tachempso, Elephantide, & delta.

ἡδὺς τράπεζα) Solis mensam.

Dubium aliquando fuit) nunc tota illa regio est explorata.

θεῶν ὄχημα) deorum vehiculum.

In horum finibus fons est) in fine Aethiopum Occidentalium.

Fons) nunc palus nigra & fluminis inde procedens

dens Niger fluvius à Lusitanis dictus, hunc
 eundem fontem nos in charta nostra Africa-
 a Nili fontem fecimus, sequuti non modò Me-
 m, sed eos qui nostro secula regionem illam
 derunt, Lusitani primi ex nostris per flu-
 vium Asenagam, & fluvium Gambre Vecti.
 uc Venerant, & cum sciscitarentur ex ois
 u ad mercatum Hodeni Venirent de progres-
 fluuij, responderunt Arabes, hunc eundem
 ilum esse.

Actum aliquandiu per inuia) à Garaman-
 us &que ad montes Luna.

Vbi ad Eoa) id est, ad montes Luna, Versus
 rientem.

ἐπὶ τὸν κέρα) id est, Hesperii cornu.

Atlantici maris insulæ, & terminus.

CAPVT XI.

Nde incipit frons illa, qua in Occidentem,
 Vergens mari Atlantico abluatur. Prima
 us Aethiopes tenent. Media nulli, nam aut
 usta sunt, aut harenis obducta, aut infesta
 pentibus. Exustis insula apposita sunt, quas
 esperidas tenuisse memoratur. In harenis
 oms est, satis de se consurgens, Versum incis-
 adique rupibus praeceps, inuicis, & quo ma-
 surgit exilior, qui quòd alius quàm conspi-
 potest, &que in nubila erigitur cælum &
 P syder

Sydera non tangere modò Vertice, sed sustinere quoque dictus est. Contrà fortunata insula, abundant sua sponte genitis. Et subinde alijs super alijs innascentibus nihil sollicitos alunt, beatius quàm alia Urbes exulta. Vna singulari duorum fontium ingenio maxime insignis, alterum qui gustare, risu solvantur in mortem, ita affectis remedium est, ex altero bibere. Ab eo tractu quem fera infestant, proximi sunt Himantopodes, inflexi lentis cruribus, quos serpere magis quàm ingredi referunt. Deinde Pharusij, aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, nunc inculti, Et nisi quòd pecore aluntur, admodum inopes. Hinc iam latiores agri, amœniquè salus. Terota, Et Berini ebore abundant. Nigritarum, Getulorumque passim vagantium ne littora quidem infacunda sunt purpura, et murice efficacissimis ad tingendum, Et ubique qua tinxere clarissima. Reliqua est ora Mauritania exterior, Et in finem sui fastigiantis se Africa novissimus angulus, iisdem opibus, sed minus dives. Caterùm solo etiam ditior, Et adeò fertilis etiam, Et frugum genera nò cum feratur modò benignissimè procreet, sed quadam profundat etiam nata. Hic Anteus regnasse dicitur. Et signum quod fabula clarum prorsus ostenditur, collis modicus resupini hominis imagine iacentis, illius, Et incerta ferunt, tumultus. Unde ubi aliqua pars eruta est.

est, solent imbres spargi, & donec effossa repleantur, eueniunt. Hominum pars sylvas frequentant, minus quàm quos modo diximus Gagi: pars in Urbibus habitant, quarum set inter paruas opulentissima habentur, procul à mari Gildano, Dulleristrata. Propius autem Sala, & Lyxo flumini Iunxo proxima. Vltra est Colonia, & flumini Gna: & Unde initium fecimus Ampelusia, in nostrum iam fretum vergens promontorium, operis huius atque Atlantici littoris terminus.

Annotationes in vndecimum Caput.

Inde) id est. à capite quod Verde Lusitani Vocant.

Frons) Aphrica &que ad Ampelusiam, id est, caput Canteri.

Aethiopes) pars regni Nigritarum.

In harenis mons est) Atlantem intelligit, de Eius vulgo Maiuste.

Fortunata) nunc dicta Canaria.

Pharisy) nunc Asenagi.

Nigritarum) Lata est regio Nigritarum: à fluuio Asenaga &que ad Aequinoctialem, totum illum tractum possident, ab Occidente terminantur ostio Asenaga fluuij, à Meridie parte Oceani, qua est inter ostium Asenaga &que ad caput Sancti Ioannis. ab Oriente tractu fluuij Nigri à Garamantibus &que ad

Aequinoctialem, à Septentrione eiusdem fluminis tractu à Nigra palude usque ad Vallem Garanticam, et ex nostra charta Africana facile cuius manifestum erit. Hac regio nunc diuisa est in regnum Mellis, et regnum Guineae: pars fertilis, ea videlicet, qua est à flumine Asenaga usque ad caput Manti: sed ab hoc capite usque ad caput Sancti Ioannis arida et sterilis.

Mauritania) exterioris, qua olim dicta est Tingitana, nunc diuisa in prouinciam Tanger, regnum Fez. et prouinciam Marruecos: quanquam sunt, qui addant prouinciam Asaphi, ubi est Asamor.

Procul à mari) constat nunc Babam, hoc est, Fez esse mediterraneam et opulentissimam. Hac et alia quorum meminit Pomponius, in charta nostra Africana aperta sunt: ad quam mittimus Geographia studiosum.

EIVSDEM OLIVARIJ DEFINITIONES aliquot Geographicae.

Urbs et Oppidum adificia continent. Civitas vero ciues. Ex Nonio Marcello.

Fluvius, quod fluat: Amnis, quod ambiendo fluat. Ex Varrone.

Fretum, angustum est mare inter duas terras Isthmos, arcta terra inter duo maria.

Promontorium

Promontorium, à *prominendo* pars montis, quæ mari prominet.

Chersonesus lingua communi, & *Cheronesus* lingua *Laconica*, terræ est ferè insula, Latini vocant *peninsulam*.

Insula, est terra aquis circumdata.

Continens, terra est alteri ita continua, Et inde absque marina navigatione omnes tres partes terra peragere possimus.

Sinus, metaphoricè dicitur à sinu corporis, quæ pars est inter pectus, & complexum brachiorum, hinc quia littora curua complectuntur maria, vocantur *sinus*.

Lacus est qui perpetuam habet aquam.

Stagnum, quod temporariam, hoc est, hyeme collectam ex pluvia.

Palus, est aqua nimis profunda, & latissimè diffusa.

Regio, provincia dicitur, quæ quoniam à re gibus regebatur, dicta est regio.

Mons, pars terra alta & eminens.

Ramentum, montis mons est, ex alio ortus monte.

Portus, à *portando*, locus iuxta mare conclusus, quo importantur merces, & exportantur, Vbi naues tuto hyemare possunt. & hoc differt ab statione, in qua ad tempus solum breue.

Apertum mare, Vulgò *Playa* dicitur, quòd nullum habeat secessum tutum à tempestate.

Pons, in portu molle dicitur.

*Vicus, pars est Urbis, sine qua aliquando fuit
pars Urbis.*

Villa, domus est rusticana.

*Pagus, plures domus rusticae coniecta
non clausa manibus.*

*Castellum, domus rusticana clausa ma-
nibus.*

FINIS.

OLI

OLIVARIUS GEOGRAPHIAE

STVDIOSO.



Quisquis es, qui has nostras annotatiunculas legeris, sic habeto, me tantum curasse, et Mela nusquam non mendosus, prodiret castigatior: deinde et Veteribus nominibus noua redderem. Alterum praestitimus, iudicio eruditissimorum Virorum, et in primis Gulielmi Budae: alterum, quod difficile visum fuit, tum ob mutata oppida et deleta, tum etiam ob frequentes inundationes, reddidimus quantum potuimus diligentia. Nam Vadianus, Vir omnium iudicio eruditissimus, praeter ea quae ex Varijs authoribus citat: unde facile colligere posset (hominem multa fuisse lectionis) nihil adducit, quo vel locos deprauatos emendet, vel desideratos restituat, contentus illa doctissima ostentatione: quamquam his, quae ad historiam spectant, non minus vaue-rit ille, quam digressionibus prolixissimis et molestissimis. Sed ne aliquis putet me id dixisse, et officerem nomini Vadianico, sciat me in plerisque lectorem ad Vadianam mittere, et apud eundem latissime colligat, vel historiam, vel fabulam. Caterum quod attinet ad locos difficiles, quos Vadianus, vel negli-

gligit, Vel subticet, illud magnis sudoribus effecimus, Et essent Vel omnibus clariores: quod an praestiterimus, aliorum Geographorum sit iudicium, quorum censuram libenter subituri sumus, modò id fecerint in publicum commodum, cui perpetuò studemus. Vale.

P O M P O N I I LAETI DE ANTIQVI- TATIBVS VRBIS

ROMAE LI-
BELLVS.

Amphitheatrum.



*I**n media Vrbe Amphitheatrum inchoatum à Vespasiano, perfectum à Domitiano cum incrustatione intrinsecus, Et extrinsecus cum signis. Et in singulis superioribus arcibus erant statuae marmorea. Ibi fiebant ludi, sub tanto adificio subsunt cloacae, adeo Et pars adificij sustineatur à cloacis. Ab latere adificij, Versus Septentrionem Et Orientem, erat Via publica, strata lapidibus quadratis magnis. Amphitheatrum nunc appellatur Colosseum, ab Colosso qui ibi erat. Est autem Colossus magna statua: quando fiebant ludi, adificium cooperiebatur linteis.*

Busta

Busta Gallica.

Post Capitolium inter Septentrionem & Orientem, est locus appellatus Busta Gallica, ubi multi in magna copia à Camillo interfecti fuerunt, & ibi habent sepulchra, locus nunc dicitur Porto Gallo.

Templum Aesculapij & templum Concordiæ.

In horto sancta Mariae noua, est Vestigium templi Aesculapij, & templum Concordia.

Arcus Triumphalis Constantini.

In radicibus montis Palatini versus Colosseum, est arcus Constantini principis cum victoriis allatis post profligatum Maxentium filium Maximiani.

Septizonium Seueri.

In templo sancta Lucia, sub colle sancti Gregorij, est Septizonium Seueri, ornatum columnis, dictum à septem zonis.

Suburra.

Suburra inde ubi est Colosseum incipit, & producitur usque ad superiores Exquilias.

Fragmentum

Fragmentum minima rotunditatis prope Colosseum, cinctum erat marmoribus, supra erat Iouis simulachrum.

P S

Circ

Circus Maximus, templum Iouis Statoris. Domus M. T. Ciceronis.

In ea parte Palatini mōtis qua afficit Circus maximus, templum fuit Iouis Statoris, propè quod templum fuit domus M. Ciceronis.

Templum Pacis.

Post Palatium statim versus Septētrionem sunt ruina templi Pacis, quod templum Vespasianus post bella ciuila adificauit.

XIII. columnæ Domitiani in signum sui triumphi.

Inter Capitolium et Palatium, ubi remanserunt tantūmodo tres colūnae altae, erant XIII. satis ornatae. supra haec columnas erat statua equestris Domitiani Augusti, et sub pedibus erat Rhenus fluius Germaniae. Triumphauit enim de Germania.

Apertura Curtii.

In eodem loco fuit olim illa apertura terrae in quam se dimisit Curtius armatus una cum equo: terra tunc statim coeuit, et pestis euannit. Iste locus est in parte fori Romani, circum quod fuerunt multa templa & ornamenta: inter quae templum Vulcani, ante quod templum pendeat scyphus, qui tenuit Remum & Romulum.

Per

Porticus Antonini & Faustinae.

Prope forum, ubi nunc hospitale est aromatorum, fuit porticus Antonini Imperatoris Faustinae.

Templum Saturni & Opis ararium Po. Ro.

Sub Capitolio est parva ecclesia diruta, quae nuncet hospitali sancta Maria de porticu. ubi est templum Saturni & Opis eius uxoris, in templo fuit ararium pop. Rom.

Arcus triumphalis Seueri. Templum Iunonis Monetae.

In radicibus Capitolij, versus Aquilonem & phyrum ad ortum astitum, est arcus triumphalis Seueri Imperatoris. Prope fuit templum Iunonis Monetae, & templum Concordia. & in fuere multi gradus ad Capitolium.

Tullianum.

In radicibus Capitolij, supra forum Romanum, versus Septentrionem, est carcer: nunc dicitur sancti Petri, olim fuit illa pars carceris, quam construxit Tullus Hostilius, & appellatur Tullianum,

Carcer. Theatrum Marcelli.

Ex altera parte Capitolij, versus Meridiem, ubi est ec

*est ecclesia sancti Nicolai in carcere, fuit post a-
dificatus carcer ab Claudio Decemuiro, appella-
uit carcerem Urbis Romana, propè est Thea-
trum Marcelli, nunc domus Sabellorum.*

Velia domus Catilinæ.

*Illam partem montis Palatini quæ videt forum
Romanum, appellatur Velia, quia ibi antiqui
Pastores ante tonsuram ouium, Vellebant la-
nam ex ouibus, eadem pars habuit domum Ca-
tilina & Catuli.*

Aedificium Nerva Imperatoris.

*Inter Capitolium & Esquilias, Versus Ar-
etion, adhuc sunt magna Vestigia, cum inscrip-
tione Nerva Imperatoris.*

Forum Traianum, & amplæ porticus.

*Inter Capitolium & Quirinalem montem seu
collē, ab aedificio Nerva usque ad columnam Cocli-
dem, & radices Capitolij, fuit forum Traiani, cir-
cū quod erant ornamenta innumerabilia, huc fue-
rant ornamenta aduecta ex toto orbe terrarum.*

*Versus Occasum porticus cum amplis & ex
celsis columnis, et cum magnis epistilijs adeo mi-
rabile opus fuit, ut qui intuerentur non pot-
rant adduci ad credendum, ut illa essent facta
manibus hominum, sed gigantum: pars tota quæ
vergit ad Occidentem quia mons Quirinalis
impe*

impediebat, illa pars mōtis tota excisa fuit, & solo aequata, ne forum spatium fraudaretur.

Sepulchrum Augustorum.

Locus ille qui videtur esse mons, supra flumen eundo ad populum, sepulchrum fuit quorundam Augustorum.

Columna Traiani.

Columna quae est in foro Traiani, erecta est à Po. Rom. in honorem Traiani, post victoriā de Dacia, facta est columna, & ipse Traianus columnam non vidit, concessit enim ad Indicam expeditionem. Hac columna ab radice, siue à pede usque ad verticem imaginibus egregie ornata fuit, & hodie partim apparet.

Pantheon.

Vbi nunc est ecclesia sancta Maria Rotunda, ibi fuit Pantheon, dedicatum Ioui Vitori, cuius cognomen fuit ex laminis argenteis, illas laminas fustulit Constantinus nepos Heraclij Veniens ad urbem.

Antipantheon.

Antipantheon appellatur Prothyra locus ante portam templi. M. Agrippa fecit illud.

Templum Consi. templum Herculis.

*Antique ingrediebatur templa per gradus
asc*

ascendendo. in vnum tantū descendebāt, quod fuit adificatum in honorem dei Consi. qui erat deus cōsiliorum, quod templum erat prope templum Herculis in Circo maximo.

Templum boni Euentus.

Prope supradiētum Pantheon, erat templum boni Euentus.

Ruinæ M. Agrippæ.

Aedificia propè Pantheon, sunt ruina M. Agrippæ: et extenduntur vsque ad domum qua fuit Cardinalis Spoletani.

Thermæ Neronis.

Aedificia qua sunt in sancto Eustachio fuerunt Thermæ Neronis, postea instaurata ab Alexandro Imperatore, dicta sunt Alexandra.

Campus Martius. Horologium.

Vbi est ecclesia sancti Laurentij in Lucina cum hortis, ibi fuit Cāpus Martius, in quo habebāt comitia. Et vbi est domus noua facta, qua est capellanorum cuiusdam capella sancti Laurentij, ibi fuit basis horologij nominatissimi.

Horologium effossum.

In campo Martio vbi est epithaphium capellanorum, ibi fuit effossum horologium, quod habebat

bebat septem gradus circum, & lineas distinctas metallo inaurata.

Solum campi erat ex lapide amplo quadrato, & habebat lineas easdem, et in angulis quatuor Venti, cum inscriptione, ut Boreas spirat: ex opere misino.

Collis Hortulorum.

Collis ille qui surgit à dextris, eundo ad ecclesiam beatae Mariae de populo, vocatur Collis hortulorum, in quo sepulta fuerunt ossa Neronis. Pars qua subiacet plana vergens ad austrum, & libim, habebat hortos, & est tota humida.

Porta Collina.

Antiqui cogitauerunt à porta Collina protendere mœnia Urbis, &que ad pontem Miluium propter securitatem istius planitiei, sed aruspices vetuerunt, quia non licebat intra Urbem commissa facere, & legere milites pro exercitu.

Pintius.

Collis Hortulorum, nunc appellatur Pintius, à quodam cine.

Candidati.

Ex colle Hortulorum descēdebant candidati albis Vestibus, qui erant petitiuri magistratū.

Pil

Pila Tiburtina. domus Martialis.

Inter collem Quirinalem, & Hortulorum, est locus depressus ubi nunc est vinea, qui appellatur Pila Tiburtina, prope quam Pilam fuit domus Martialis: Unde ait: Sed Tiburtina sum proximus accola Pila, ista pila nunc vocatur Tibur Vetus.

Duæ statuæ equorum.

Exeundo à domo Pomponij, per dorsum montis Quirinalis versus Septentrionem, sunt equi cum statuis marmoreis, fuerunt missi à Mithridate rege Armenia ad Neronem Imp.

Tres statuæ marmoreæ.

Sunt tres statuæ marmoreæ Constantinorum.

Duæ statuæ marmoreæ.

Sunt duæ statuæ marmoreæ tenentes Cornu copie sinistra manu, hæ sunt statuæ fluminum Decorum, significant rerum copiam.

Cybele.

Cybele sedens super duobus leonibus turrita, quia preest turribus & castris.

Floralia, Mons Clatræ, & Apollinis.

Eundo à sinistris est Vallis inclusa parietibus ubi fiebant Floralia: & mons à sinistris habens domum Cardinalis Neapolitani, & est pars Quiri

*Quirinalis montis, & vocatur mons Clatra
& Apollinis.*

Capitolium vetus.

*Mons à dextris vocatur Capitolium Vetus.
& est pars Quirinalis, ubi fuit templū Iouis,
quod templum antiquius est quàm templum
Capitolinum.*

Templum Herculis. templum Quirini.

*In medio ferè dorso à sinistris fuit templum
Herculis, à dextris templum Quirini.*

Spoliatio templi.

*Quidam Otto Mediolanensis senator Urbis
expoliavit templum: & ex ornamentis facti
sunt gradus in Ara cœli, & gradus quibus
ascenditur in adificium Capitoli.*

Vicus Mamurii.

*Adhuc per dorsum Quirinalis. ubi est tem-
plum sanctæ Susannæ, à sinistris, ibi fuit Vicus
Mamurii, & ibi erat eius statua,*

Forum Salustij.

*Post templum ubi fuit ecclesiæ sancti Gabi-
ni, ibi fuit Salustij forum.*

Mamurius Ancilia.

*Fuit autem iste Mamurius faber ararius,
qui fecit ancilia Numa Pompilij. Est autem
breve scutum, longius quàm latum sit, dictum
quasi ambecisum,*

Q

Porta

Porta Collina.

In ipso colle Quirinali est portæ Collina, quæ olim fuit Ultima pars Urbis, & mœnia non multo spatio extendebantur Versus Occasum & erat finis.

Antrum vestalium impudicarum.

A sinistra intrinsecus exeuntibus, est locus editus & eleuatus, ubi erat antrum ex artificio factum, testudinatum, cum exiguo foramine. Unde demittebantur Vestales, id est, moniales, quæ commiserant scelus impudicitiae: & ne perirent fume, in antro erant excavatae duæ parua fenestra. In altera erat lucerna accensa, in altera lac & aqua. Postea à populus mittebat terram, quousque terra ad summitatem perueniret foraminis, ita moriebantur.

Ritus sacerdotum circa hoc.

Illic sacerdotes cum Vestibus sacerdotalibus, priusquam hoc fieret intrinsecus ante portam auferebant sacra monialibus, & postea egrediebantur portam sed non poterant vertere caput. Deinde non licebat exire sacerdotem per illam portam per unum annum, & totus populus ea die in lucu erat.

Via Salaria.

Via extrinsecus Salaria, quæ Sabini ferebant saleem ex Urbe.

Horti

Horti Sallustiani.

Intrinfecus à porta Salaria à sinistris, est Vallis longa. Vbi fuerunt horti Sallustiani versus Ventum Libyn, circumdati pulcherrimis adificijs, qui fuerunt non modò pomorum, sed etià propter sumptum, & ornamentum adificiorum satis amani. Aqua subterranea manu facta irrigabant hortos.

Præpò portam Viminalem, qua proxima est porta Collina, coniunguntur duo colles Viminalis, & Quirinalis,

Via Numentana.

Extra portam Viminalem incipit Via que vocatur Numentana, Vbi Viminalis collis à lione Vimineo dictus, & Exquilie confunduntur, qui sunt duo montes Urbis.

Esquilie.

Esquilie ab excubandis, id est, excubando, quasi excubie, quia Servius Tullius Rex in Urbe Rom. in eo colle habuit vigilas, propter pradores & alios.

Thermæ Diocletianæ, Thermæ Maximiani.

Vbi sunt Thermæ Diocletiani, & Maximiani qua non fuerunt inchoate ab ipsis, sed à ceteribus, inter ipsas Thermas à Septentrione est templum Quirini.

Q 2

Alta se

Alta semita.

Dorsum Quirina'is montis, appellatur alta semita.

Balnea L. Pauli.

In descensu Quirinalis montis Versus Meridiem, Vbi nunc est domus de comitibus, & turris militia fuerunt balnea L. Pauli.

Thermæ Constantini.

In quo ipso colle Quirinali, erant Thermæ Constantini Imp. quæ extenduntur &que ad domum de Columna.

Vallis Quirinalis.

Domus Pomponij Attici.

Inter Viminalem & Quirinalem, Vallis est, Quirinalis dicta, ibi templum est sancti Vitalis, Vbi Romulus ante lucem apparuit Proculo, cum ascenderet in cælum, ibi fuit domus Pomponij Attici.

Puteus Dominae Probæ.

In eo Quirinali templum est sancta Agatha, & in ipsa Valle, non longè à templo sancti Vitalis, est puteus qui dicitur Puteus Dominae Probæ, nam Probæ Virgo fecit.

Lauacrum Agrippinae.

In Ascensu Viminalis collis, Versus Septentrionem, est templum sancti Laurentij panis perna. Vbi lauacrum est Agrippinae matris

Nero

Neronis, quod lauacrum adornauit postea magna impensa Adrianus Caesar. Vbi nunc sunt montales.

Turris Meccœnatis.

In Via qua est post Thermas inter Orientem & Aquilonem, Vbi est ascensus, in illa parte eminentiore fuit turris Meccœnatis. Vnde Nero Imp. dicitur conspexisse incendium Urbis.

Campus vbi comburebantur cadauera mortuorum, horti Meccœnatis.

Sub illa turri, Versus Septentrionem, est campus Esquilinus, Vbi olim comburebantur cadauera mortuorum: cuius rei nidor multum Urbi nocebat. Augustus qui studuit emendare ærem, consensu Po. Rom. & senatus concessit campum Meccœnatis, Vbi faceret pulcherrimos hortos, tunc appellant campum illum Viuarium, quod ibi postea detinebant animalia.

Porta Esquilina & Tyburtina.

In hoc campo sunt duæ portæ Urbis, altera Esquilina, qua est clausa, inde & Tyburtina.

Porta Inter aggeres.

Inter hanc portam, & portam Viminalem, erat portæ qua vocabatur portæ Inter aggeres, qua nunc est clausa, Vbi via erat satis munita.

Q 3 Arcus

Arcus Gordiani Imp.

Intrinfecus è regione huius porta erat arcus Gordiani Imp.

Puticuli.

Extra portam Esquilinam erat locus, qui dicebatur Puticuli, Vbi erant frequentes putei, in quibus condebantur ossa combustorum cadaverum.

Castrum Custodiæ.

Castrum Custodia extra portam erat Interaggeres. Porta sancti Laurëtij est in aquaductu, & est arcus, & non porta.

Ad Vrsum pileatum.

Iuxta portam sancti Laurentij ad dextrum euntibus, est templum sanctæ Bimane, & sex militum martyrum, qui locus vocabatur antiquitus ad Vrsum pileatum, quod ibi fuit imago Vrsi habentis pileum in capite.

Duo trophæa.

Post ecclesiam sancti Iosephi, est pars aedificij diruti, Vbi sunt duo trophæa, id est, spolia hostium, alterum habet thoracem cum ornamentis & clypeis, & ante imaginem Victoriæ. Alterum habet instrumenta omnia ad pugnandum, & clypeos, & habet vestes.

Prope triniū Vnā ad sanctū Ioannem, aliam ad sanctam crucem, aliam ad sanctā Mariā.
Vbi

*Vbi est ecclesia sancti Viti, est arcus dirutus
in monumento Galieni Imp.*

*Templum sanctæ Mariæ Maioris est in
Esquilij.*

Ruinæ thermarum Titi.

*Post ecclesiā sancti Martini versus Orientē,
est ruina thermarum Titi & Vespasiani.*

Capotiæ.

*Cisternæ thermarum Titi, vocantur nunc
capotiæ, id est, capaces aquarum.*

Thermæ Philippi Imp.

*Post thermas Titi inter Aquilonem & Eu-
sunt thermæ Philippi Imp. post est Vallis in-
Esquilias & Cæliū montem, quæ ducit ad
rta sanctæ crucis, quæ est pars aquæ ductus.*

Esquilæ.

*Esquilæ incipiunt à templo sancti Petri ad
ncula, & protēduntur vsq; ad ecclesiā san-
crucis. Inde ad thermas Diocletiani, illic
q; circumeundo, includit ecclesiā sanctæ
ariæ Maioris, prope quam erat Basilica
enius Romani Sicinini, & sanctæ Prædixis,
q; ad sanctum Petrum ad Vincula.*

Cælius mons. Ioannes

Lateranens.

Cælius mons incipit ab ecclesiā sancti Ioan-

2 + nis

*nis Lateranensis: dicitur autem à fam-
teranorum ciuium Romanorum.*

Porta Cœlimontana.

*Porta sub S. Ioanne appellatur por-
timontana.*

Via Campana.

Via Campana extra portam est.

Latitudo Cœlii montis.

*Finit mens Cœlius ubi est ecclesia
gorij, & est magni ambitus, & includi-
sias quatuor Coronatorum, sancti ten-
tundi, S. Ioannis & Pauli, S. Petri, &
lini in radicibus montis Cœli, qui mons
dam Cœlio Vibenna, qui præstitit au-
Romanis, dictus est: supra est quad-
inter Cœlium & Exquilias. Post te-
sancta Maria in dominica, siue in na-
ubi est. naucula marmorea prope est
S. Thoma, sancti Stephani rotundi: su-
tres ecclesia in Cæmunte, ducta via à
Ioanne Lateranensi versus aqua ductu*

Porta Metrodori Cœlicolus.

*Inter portam Cœlimontanam &
in Via Latina, est portæ qua appellatur
dori, clausa nunc: & ille mons parui a-
qui est post Cœlium montem ad Oriente*

*er Cælius minor, id est. Cælicolus, eius
sit Martialis.*

Regio portæ Capenæ.

*io porta Capena est post Cælium mon-
Auentinum & q₃ ad radices, & ascen-
ad sanctum Ioannem.*

Porta Capena. via Appia.

*ia sancti Sebastiani vocatur porta Ca-
& extrinsecus via, vocatur Appia. qua
a aliarum viarum, ducit & q₃ Brun-*

Via noua Thermæ Antonini.

*Via priusquam peruenias ad ecclesiam
um Nerei & Achilles & Xisti, voca-
noua. qua ducebat ad thermas Anto-
es, qua fuerunt Antonini Caracalla,
rma sunt à dextris, post ecclesiam san-
es & Achilles.*

Fluuiolus.

*iolus qui oritur longius ab Urbe x i i.
passuum in agro Mariano rigat radi-
tis Auentini, & ingreditur Tyberim.*

Auentinus.

*ntinus ab auibus dictus est, & incipit
ne, magnū habet ambitum, & extendi
ad mœnia, vbi est porta sancti Pauli.*

Q s Ambi

Ambitus Auentini.

Mons Auentinus, est longior & latior, habet ecclesias multas, ad Occidentem, supra Tyberim habet ecclesiam sancta Sabina, Alexia, Maria in medio, sancta Prisca, ad Orientem prope finem longitudinis, sancta Burbina.

Pyramis Cestii epulonis.

Prope portam sancti Pauli, extra quam Via est, & appellatur Hostiensis, est Pyramis quadrata, sepulchrum cuiusdam Caij Cestij epulonis.

Cursus equorum.

Campus cis portam sancti Pauli, post Auentinum, est campus ubi hodie fit cursus equorum.

Mons testarum.

In medio surgit collis, ubi fuerunt figuli, & ipse collis factus ex fragmentis vasorum fictilium. Alia figlinae erant extra portam Viminalem à dextris, ubi surgit collis cuiusdam materia.

Horrea Pop. Rom.

Post Auentinum montem, versus Meridiem supra Tyberim, planicies magna; ubi erant CXL. horrea, quae seruabant triticum Romani Pop. & erant longa, & magna.

Pons Sublicius, postea pons Aemilius dictus.

Sub Auentino monte est pons, qui olim appe

appellabatur *Sublicius*, erat enim ligneus quia *sublica* intelliguntur magna arbores, postea ab *Aemilio* pratore factus est lapideus, & appellatus *Aemilius*.

Templum *Matutæ Leucothoes*.

Parva ecclesia rotunda supra *Tyberim*, dicitur *S. Stephani*, olim fuit *Matuta Leucothoës*, id est, alba dea, hoc est, dea matutini temporis.

Templum *Herculis*.

Post muros adificiorum schola *Græca*, statim non longè fuit templum *Herculis* in foro *Boario* rotundum, cum multis antiquitatum vestigijs, & dirutum tempore *Xisti*. IIII.

Circus Maximus, *Ara Maxima*.

Non longè ab hoc templo versus *Auentinum* montem, fuit altum templum, appellatum *Ara maxima*: supra hoc templo ad Orientem, *circus* est maximus, circumdatus columnis cum epistilijs aureis, id est, columnis & statuis.

Duo obelisci magni.

Pavimentū circi fuit ex *chrysocolla*. Est autē *chrysocolla* dura materies quæ nascitur postquā aurū effossum est, ex auro retinens colorem, in cætero est lapis. In hoc circo fiebant ludi: Vbi erant duo magni obelisci, quorum alter maximus omnium, qui sunt in toto orbe, Est autē hic *circus*
inter

inter Palatinum montem & Auentinum
Mons Palatinus.

Mons Palatinus habet in circuitu
sus: & fuit prima sedes Pop. Rom. &
locus habitatus, & sedes Imp. ibi
(propterea quod Hercules in eo monte
fuit exceptus ab Euandro rege) ferebatur
Palatium.

Palatium appellatur à Palanto
dia, Unde Rex Euander Venit.

In eo monte fuit sedes Imp. Pop. Rom.
quam causam, Ubicunque est sedes
principis, Palatium appellatur, sed malum
Imp. Rom. quod propria sedes est in hoc
Duo Iani.

In foro Boario duo Iani, id est, loca
cipiuntur mercatores, & habet in se
unum Unus Ianus qui extat. haret et
Eti Georgij.

Velabrum.

Non longè hinc inter Auentinum
labrum, ita dictum, quod cum locus e
dinsus, homines qui volebant transire
uentinum, ferebantur cymbula, & j
stipem. Pecunia autem qua soluitur ne
latur, appellatur, Unde Velabrum.

Sinus Tyberis.

Sub Capitolio Tyberis inferebatur
pertingebat radices Palatij, Vbi nunc

sia sancti Theodori.

Romulus & Remus expositi.

In eo spatii propè fuit templum, & ibi expositus Romulus & Remus in alveolo, id est, scypho ligneo, ibi fuit ficus Ruminalis, nominata à rumine Lupa, est autem ruma mamma.

Lupercal.

Supra in Palatio è regione istorum locorum fuit Lupercal, hoc est, mansio Lupa qua nutrit Romulum & Remum. Erat autem Lupercal antrum prope tres columnas.

Templum Castoris & Pollucis.

In fine fori Romani fuit templum Castoris & Pollucis, prope quendam parvulum fontem.

Mons Tarpeius.

Tarpeius mons dividitur in colles duos, in Capitolium & Arcem. In medio erat Vallis in qua fuit Asylum, ad quod confugientes tuti erant.

Asylum.

Est autem Asylum templum inniolabile, & ibi fuit templum Vaisus.

Templum Iouis magni.

In Capitolio fuit templum Iouis magni Capitolini quod erat quadratum quoque Versus pedes C. altitudine, C L.

FINIS.

IO. BARTHO-

LOMAEI MARLIANI

PATRICII MEDIOLA-

nerfis de Antiqua Romato-
pographia, Epitome.

LIBER PRIMVS.

De situ urbis.

CAPVT I.



PRIUSQVAM ad adificiorum
urbis declarationem aggredia-
mur, pauca quadã de situ ipsius
attingenda sunt. Ab ipso igitur
deorum immortalium domicilio
(a quorum inuocatione ordiri poëta in re ar-
dua & difficili consueuere) auspicabimur.

Capitolinus mons qua parte latissimus est,
800. non excedit pedes: longitudo autem Occa-
sum aestuum versus 1500. Habet autem verū-
que cornu in hemicycli formam, & in orbem 7.
fermè stadia continet.

Ab hoc secundum longitudinem, cœnuallee-
iusdem. Vel paulò amplioris latitudinis deter-
minatur Palatinus mons quadrangulum con-
stituens 1200. passuum, laterum inæqualium:
quippe quorum vno 600. pedum, Capitolinum
minet: secundo 700. pedum in ortum aestuum
vergit: tertio duplici propè longitudine, hyema-
lex

lem Ortum Caeliumque montem respicit: quanto ceteris omnibus maiore, circum maximum continet, eque regione Auentinum spectat, Ad secundum eius latus planicies à capite fere Romani ad extremam collis Quirinalis partem, in Suburram Vergentem. 500. pedum est, Longitudo autem prope mille passibus, ab utraque fronte inter Capitolium, forum Nervæ, Caelium montem, itemque ab eodem Caelio & Palatino, Suburra & Esquilij, ad S. Marcellini &que ad eam constat. Altera planicies ad alterum Capitolij cornu, apud Marcelli theatrum, ab ipso monte ad Tyberim in 500. pedes extenditur, moxque è regione conuallis, ex obliquo fluij cursu, Auentinique à Palatino recessu, latius diffusa, inter eosdem deinde montes coarctatur, &que ad Caeliolum & portam Capenam ipsam, tantum Via Auentino à Caeliolo disrepto: mille quoque passuum longitudo est, à dextra Tyberim & Auentinum, à sinistra Capitolium, Palatinum, & Caelium habens.

Sequitur Caelius à Palatino distans planicie, pyramidis formam ita constituyente, ut basis 500 pedum prope amphitheatrum sit: ab eodem Verò etiam Via Appia determinatur, apud circum maximum, quæ ad portam Capenâ tendens, à sinistra Vallem relinquit latitudinis, 600. pedum, inter Caelium & Caeliolum, longitudine

gitudine ad stadia quatuor extēsa, n
 stadium mœnia, qua in Asinariam
 tam cum Cœlio iunguntur. Hic igitur
 4. stadia secundum Urbis muros in
 uum fertur. Hinc muri occurrunt
 stadia duo, ad portam Næviam & quæ
 deuntibus in Occasum æstivum La
 ab Esquilij dispartitur : mox à fro
 Marcellinum sese offerens, ad amph
 & que progreditur : nulla denique ca
 2500. passuum ambitu constat. Ca
 ea qua diximus Valle, Viæque Appi
 tu æstivo ac hyemali, mœnibus Urbis
 1000. propè passuum ambitu.

Auentinus, duos montes comple
 cuius pars ad Tyberim latior, pariq
 cūdum longitudinem à Tyberi ad n
 prope portam Hostiensem scinditur
 ad circi maximi & Cœlij montis a
 cente: alteramque eius partem, à
 sam à Cœlio Via Appia & que ad C
 tam relinqueret. Ambitu fuit sta
 Dionys. quoque attestante, ab Occ
 campum habuit amplissimum, qu
 inaequalium Meridiem versus sta
 mè 6. in Occasum s paulo minori
 tio : quatuor autem stadijs Tyberin

Esquilis à Meridie Via Labica
 su æstivo, Valle inter Cœlium, Pal

Esquilias posita, separantur à Septentrio-
 burra, à Viminali colle Patricius Vicus
 e ad thetmas Diocletiani dirimunt, ambi
 idem circiter 4000. passuum, nulla certæ
 , Et non ab re Varro & duos esse montes
 & in plures partes diuidat.

iminalis ab Occasu Quirinalem respicit,
 iacente circa stadium Suburra plana: à Se
 rione Vallem habet Quirinalem, inter eos
 colles, 4. iugerum latitudo, stadiorum Verò
 cum dimidio longitudine. Mox cum
 inali & Esquilij & que ad mænia con-
 fornicum frequentia, aequatis montibus
 tur, ambitu 2500. passuum oblonga forma,
 udine varia.

uirinalis à sinistra, recta à turri militi-
 ad stadia quatuor. planam Urbem ad Occa
 ers: mentem despicit, dextra Et ex tam di-
 quet, Viminali exposita. Tertio latere Se-
 ionem Versus. stadijs sex ad Hortulorum
 . Interiacet Vallis latitudine 4. iugerum.
 tam Salariam propè extensa. ambitum
 passuum ferè 3000.

proximus est Hortulorum collis. quanquam
 antiquum Urbis pomeriū situs: Valli au-
 Martia inter se & Tyberim iacenti, ad 3.
 incumbit: longitudine à portæ Flumentæ
 Collinam secundum Urbis muros, cæteris
 bus 1000. pass. productione: ambitu stadio-

R

rum

rum plus minus octodecim.

Supereſt Ianiculus mons, Tranſtyl-
gionis, ſupra dimidium intra mœnia
netur, à Vaticano quidem campo ad
in meridiem extenſus, flumini adiace
eius parte muris clauſa, ad quinque ſ

Porro ſupra Vaticanum campum
nominis collis, duo cornua porrigit, a-
lum alterum, alterum Aequilonem
cu maxime intenſo, cuius conuexum
ſus completitur.

Iam planiciem percurramus; qua
ſo inchoatis ad portam Flaminiam m-
natur ab Ortu æſtuo ſeu Septentrion
ſtadiorum curriculo Quirinali Hort
colle ſep̄ta: ab Occaſu ſtatio propter rip
ri paulo, Tyberis alluitur. Caterum rec
colle Hortulorum, qua Domitiani Na
imminet, ad ripam Tyberis, è regione
driani, duobus ſtadijs deducta, qua
rum inaequalium, 3000. paſſ. amplius
quadrangulus conſtituetur: reliqua
trà Valle Martia, quanta eſt inter
rum collem mania Urbis, & Tyberum
eius ſubinde magis magisque ad Fl
portam latitudine.

Supereſt Tranſtyberina regio, qua
Ianiculo ambit paſſ. circiter 3000. Ex
tem Tyberis curſu facilius obſervabi

Urbem ingrediens, ad dextram porta Flaminia per Martiam Vallem desertur, moxque sensim à Septentrione in Occasum conuersus, hemicycli formam constituit, cuius connexu Vaticanus, concauum. Martius campus existit, infra autem Hadriani molem ad pristinum cursum reuersus, ad primas Auentini radices usque in Meridiem obliquo cursu, haud longè à Portuensi porta Urbem egreditur.

Haecens de Urbis, regionisque eius situ & forma, usque adè mutatis hodie, & vetusta illius vix reperire vestigium liceat.

De urbis Romæ conditoribus, regibus
atque cultoribus. CAP. II.

Vrbem Romam in Occidente ad Tyberim conditam, centum & viginti stadiis à mari distantem, Siculos primùm inhabitauisse constat. Aborigines deinde, Arcadiam deferentes duce Oenetrio Lycaonis filio, in hanc plagam deuenere, locique fertilitate allecti, Siculis expulsis, locum occupauere. Postea à Pelasgi, Graciam Thessulis Aboriginibus aduersus finitimos auxilium ferentes, in his sedibus ipsi quoque (Volentibus Aboriginibus) permanserunt, ad bellum usque Troianum: seruata tamen Aboriginum & qui priores regnum armis occupassent, appellatione, Longo post tempore Saturnus Creta à Ioue filio expulsus, in Italiam fugit. Ibi

R 2 Ianuum

*Ianum Aboriginum regem Vinearum ac falcis
 Usus docens partem regni ob hoc beneficium à
 Iano dono accepit: defuncto Iano solus regno po-
 titus est. Arcades deinde Palantio Urbe reli-
 cta, Euandro ductore, alias sedes patria perta-
 si, quærentes in locum ubi nunc Roma est, de-
 lati, à Fauno rege Aboriginum portionem agri
 accipientes, castellum in colle haud procul à Ty-
 beri adificant, Palantiúmque, ob patriæ Urbis à
 se relictae memoriam, nominant. Post hoc Pelo-
 ponnenses, Phaneti, Epj, Castatæ prius Elide
 eorum patria ab Hercule, ab eodem abducti in
 Italiam in monte Saturnino sedem posuerunt:
 Vixerunt hî aliquandiu suis legibus, mori-
 búsque, donec victi ab Aboriginibus, ab ijs-
 dem in ciuitatem communem accipiuntur. La-
 tinus deinde Fauni filius regnauit, donec
 Aeneas Anchisæ filius, post Ilij devastatio-
 nem cum socijs Troianis in Italiam Varra for-
 tuna vexatus, fatus Volentibus ad Latinum ve-
 nit. Eiusque filia Lauinia vxore accepta, in so-
 cietatem regni à Latino adoptatur. Iunctis igitur
 Aboriginibus Troianisque, communi nomi-
 ne Latinos vocauit. Aeneas à Turno, quod La-
 uiniam sibi prius promissam vxorem duxisset,
 bello provocatus, Aeneas victor singulari cer-
 tamine Turnum occidit. Quo tempore etiam
 Latinus Aenea genero regni hærede relicto,
 obiit. Aeneas à Mezentio, Hetruscorum rege
 aliquot*

aliquot annis post interfectus, Ascanius eius filius regno succedit. Hic Lavinio Albaque oppidis extructis, è viuis decedens, Syluius fratri regnum dedit. Post hunc sequuti sunt reges, Aeneas Syluius, Latinus Syluius, Alba, Atys, Capys, Capetus, Tyberinus, Agrippa, Romulus, Aventinus, Procas, Amulius. Hic regnum quod Numitori fratri propter aetatem debebatur, fraude occupauit. Et ne Sindex regni ex fratris genere ori retur, ac ipse regno eijceretur, Rheam filiam Numitoris Vesta sacerdotem consecrauit. Hac perpetua Virginitati deuota, à Marte grauida facta, geminos procreauit pueros, Romulum scilicet ac Remum. Amulius igitur hac re cognita pueros exponi iubet. Hi à Faustulo pastore in ripa fluminis Tyberis reperi, inter pastores ab ipsius vxore nutriuntur. Remus ubi aetatem virilem est adeptus, captus à praeconibus perductusq; ad Amulium patrum regem accusatur, Et qui Numitoris greges abigere solitus sit. Itaque Numitori traditur Et ipse de eo pro arbitrio, pœnas sumat. Verum Remus multis sermonibus vicissim habitis, Et signis cognitis, nepos Numitoris ex filia agnitus est. Superuenit Et Romulus cum Faustulo, auxilium fratri Remo latursi. Coniuratione igitur facta, ex inopinato Amulium obruunt atque obtruncat, regnumq; patruo Numitori restitunt. Anno Numitoris regno se-

cundo, Romulus & Remus Urbem Romam in eo loco ubi expositi fuerant (anno à capto Illo quadringentesimo trigesimo secundo, ad XII. Cal. Masas) condiderunt. Exorto postea bello inter Romulum ac Remum de imperio, Remus occiditur, Romulus civitati ac civibus Romanis nomen dedit.

De forma ac magnitudine urbis
Romuli. CAP. III.

Romulus Urbem quadratam designavit, Et auctor est Plutarchus: Unde quadrata à quibusdam appellata est. Alij formam & ambitum incertum & ob vetustatem hodie incognitum affirmant. Palatinus mons primum à Romulo quod in eo educatus foret, muritus fuit. Ad huius radices pomerium institutum. Postea à Capitolium, & Romanum forū additū.

Urbs designari capta est à foro Boario: inde certis spatijs interiecti lapides, per ima mentis Palatini, ad aram Consi: mox ad Curias Veteres: tum ad sacellum Larium, forūque Romanum metā ducta, manijs locus, & Urbis spatium designatum fuit.

T. Tatius à saxo Carmentali, ad Viam quae non longè abest à Tyberi: inde in Meridiē, usq; ad circū Maximi partem extremam: hinc in Ortum asinum, ad forum Nernae murū duxit: & tandē coniunxit cum altero cornu Capitolij.

Capito

ium ipsum & Palatinum inclusit Ad
 streum ad Urbis magnitudinem etiam
 Quirinali, & Caelium.

De Portis Urbis Romuli.

CAP. IIII.

Romulus Urbem Romam post se reliquit tri-
 bus portis patentem, Carmentalis, Roma-
 Padana: Alij quartam addunt Ianualē.
 Carmentalis à Carmenta Euandri matre,
 inum Carmentale ante portam fuit, no-
 cepit. Hac sub Capitolio à dextra inter
 Tarpeium, & Tyberim, è regione adis
 harina, Versus circum Flaminium sita
 tuic postea Scelerata nomen fuit, quod
 portam hanc in ade Iani S. C. de mitsen-
 centis Fabijs ad Cremeram factum sit.
 per hanc portam egressi, omnes ad Creme-
 ra interfeciti.

Padana à Romulo sic dicta: adificata est in
 adis D. Maria noua, non procul ab angu-
 stini, in infimo cliuo Victoria. Hanc
 Mugoniam, à boum mugitu appellatam
 vocant: alij Trigoniam à tribus angu-
 stinant.

Padana sic vocata, quod rebus in Urbem in-
 is pateat. Eidem Libera & Romulida
 fuit. Locum illi dedere ubi Saturnia ve-
 & diruta Urbis Saturnia portam stetit.
 Ianualis à Iani fano, quod haud longè distat

R 4

norm

nomen traxit. Constituta ad radices collis Viminalis.

De vario ambitu, & mœnibus vrbs.

CAP. V.

Cum Romani finitimis Italia populis subinde bellum inferrēt, ab illis illatum à se depellerent. Vnde plerunque bello superiores, & eos in ditionem suam redigentes, ciuitate tandem donabant, accidit ut Vrbs à Romulo condita, tantam multitudinem non caperet. Tullus igitur Sabinis Albanisq; deuictis, Caelium montem, & Esquilias Vrbi addidit, & ciuitatem ampliauit. Politorio deinde capto, & multitudine Romam traducta. Ancus secundò ciuitatem auxit, montem Auētinum noua multitudini concessit. Veteres itaque Romani Palatium, Sabini Capitolium, Albani Caelium, noua multitudo Auentinum inhabitant. Postquam & Latini in ciuitatē sunt accepti, Ianiculum quoque (traicēto Tyberiponte Sublicio) Vrbi adiunxere, Quiritorium fossa Vrbs planitribus locis circumducta. Sic regio TransTyberina Vrbi coniuncta, ciuitatem fecit ampliorem augustioremque. Postremò Ser. Tullius collem Viminalem & Quirinalē supradictis quinque collibus addens ciuitatem ampliauit. Tarquinius Superbus. ciuitatem prius ruderibus, vilibusque structuris munitam, muro ex lapidib

dibus primus inclusit. Atque ydem muri qui hodie quoque sunt, a posteris in antiquorum fundamentis sunt restaurati. Verum antiqua Urbs dum floreret maxime longè ampliores terminos habuit. Nam Plinij tempore, totus ambitus muro comprahensus, passus continebat circiter mil. x x. Nostro tempore vix x i i i. mil. pass. complectitur. Totius verò ciuitatis, id est, omnium adificiorum, quæ etiam circa murum extrinsecus erant latè diffusa quæ tamen sub ciuitatis nomine comprahensa, ambitus Plinij tempore erat mil. pass. l.

De urbis pomerio.

CAP. VI.

*S*patium quod intra extræque mœnia neque arari, neque habitari fas est, pomerium dicitur. Aliquando etiam pro totius Urbis ambitu ponitur. Pomerium sæpe à Romanis imperatoribus propagatum, atque mutatum est. Neque cuiquam id concedebatur, nisi qui Imperio Romano aliquis adiecisset, aut ciuitatem ingenti aliquo beneficio affecisset, Et Claudius Imperator, Et alij complures. Quemadmodum verò Imperij certos limites Romani non habuere, sic nec ciuitatis, nec pomerij certi fines erant constituti.

De Portis Romæ antiquis quæ hodie non extant & quæ extant. CAP. VII.

*Q*uemadmodum Urbis Et pomerij termini sæpe sunt mutati, ita porta quæ

R 5

que

que alia dum muri extenduntur
relicta, nomenq; amiserunt: alia omni-
te collapsa, nomine manente, locus
alia noua facta, nomen quique nouu-
pta, aliqua nomen retinuerunt: alie
starunt, antiquo etiam nomine rete-
habuerunt nomina, alia plura. Fuit
hac ferè portarum nomina.

Flumentana, siue Flaminia.

Quirinalis, siue Agonensis, Vel

Numentana, siue Viminalis.

Ianualis, siue Sabinsa, qua in Sa-
bat. Esquilina, siue Taurina.

Nauia, siue Labicana.

Calimontana, siue Asinaria.

Capena, siue Appia.

Tergemina siue Hostiensis.

Portuensis, siue Naualis.

Ratumena, siue Vientana.

Triumphalis, siue Vaticana.

Carmentalis, Mugonia. Pandan-
tulana, Ratuscula, Saginialis, Sanc-
tina, Interaggeres. Tyburtina, Gabi-
na, Aurelia. Catularia, Laurentia,
Lauernalis, Ferentina, Minutia, Sa-
tia, Piacularis, Praenestina. Libitina,
Tarpeia, & Ferentina.

Flumentana portæ dicta est à flu-
ri, nam in ripa eius fluminis haud p-

Xisti principio est constituta in fine Via La-
 , ad principium Via Flaminia. Postea à in eum
 rum ubi nunc est translata. Flaminia, deinde
 Via Flaminij appellata. Nunc Populi porta di-
 cur. Sita est autem in colle Hortulorum.

Collatina, à Collatia oppido, quod haud lon-
 à Roma distat, habet nomen. Nunc Pincia-
 , à Pincio senatore quodam nomen servat.
 ac quaeque in colle Hortulorum consistit. Di-
 at autem à Flumentanapass. mille.

Quirinalis à Quirini sacello nomen traxit:
 at quod olim euntibus in collem Quirinalem
 ic iter fuerit. Hac & Agonēsis, quasi ἄγων
 est, sine angulo dici videtur: Deinde Collina:
 ostremò Salaria, quod sal per eam in Urbem
 rretur, est vocitata. Hoc nomen etiānum reti-
 et. Abest hac à Collatina stadys sex.

Viminalis à Quirinali recedit quinque sta-
 ys: sic nuncupatam ferunt, à Viminum sylva,
 ua olim isthic fuisse creditur: Vel, à fano Iovis
 imines: Hac et Ficulensis à figlinis quae extra
 sam fiebant est dicta. Nunc S. Agnetis &
 tumentanam vocant.

Inter aggeres, sita in campo Viminali inter
 rtam Viminalem & Esquilinam, à Tar-
 cinij aggeribus, inter quos adificata, nomen
 rtita est.

Tiburtina, inter Esquilinam & Numenta-
 am, ita ut duodecim stadys distaret ab Esqui-
 lina

lina constituta, in campo Esquilino, et
 et aqua Maria.

Esquilina, ab Esquilij denominated
 olim Taurina ab antiquis à capite
 inuento dicta. fuit namque longo post
 put tauri in frontispicio interiori de
 die porta S. Laurentij vocatur.

Nauia à propinquis memoribus
 est. Olim etiam Labicana, nunc M
 latur. Fuit & arcus eodem nomine
 loco à Veteribus Romanis instructus.

Cælimontana à Nauia octo stadiis
 à Cælio monte, in cuius margine est
 cognominata nominis ratio prob
 Asinaria ab asinis dicta est: qui per
 polim mitti consueuerunt: Hoc temp
 S. Ioannis vocant.

Gabiusa, ad Cælium montem ex
 sus Ortum hyemale à Gabiorum ciuium
 quam spectat, nomen esse inditum est.

Metrodij à mensura nomen acc
 Cælimontana stadiis circiter quinq

Latina à Gabiusa abest quinqu
 ta non procul ab eade S. Ioannis Ba
 rò dicta quòd Latinum Versus eu
 beat iter.

Capena à Capenatibus populis
 quos spectabat eo nomine appellat
 Camana à luco et Camenarum a

portam adificata nomen retinet. Et Appia, à Via Appia vocatur. Hæc Viâ munivit Appius censor, à quo etiam nomen accepit. Triumphalem quoque nominant: quòd triumphantes per eam pompam ducant. Fontinatis etiam à quibusdam dicitur: à fontium libertate. Hodie portæ S. Sebastiani vocatur.

Tergemina à vetusta portæ eodem nomine, sibi idem adaptavit. Per hanc contra hostem egressi Tergemini, qui E portæ nomen primum dederunt. Huius portæ quadam adhuc Vestigia iuxta Salinas cernuntur.

Hostiensis, quòd ad Hostiam civitatem mittat, ita nominare placuit antiquitati. Nunc portam S. Pauli vocant: Distat à Capena stadijs ferme octo.

Portuensis Translyberina portæ est, à flumine Tyb. dimidio distans stadio. Ideo sic dicta, quia ad Hostiensem portum ducit. Hodie portam Ripa vocant.

Aurelia Ianiculum versus est. Distat à præcedenti stadijs ferme septem. Hac ætate S. Pancratij portam appellant.

Aelia ab Aelio Adriano adificata, ab eodem nomen sumpsit.

Septimiana à Septimio Imperatore denominata. Hac quia Ianiculo subiacet, Subtus Ianu hodie vocatur. Quidam Fontinalem hanc esse asserunt, quia è monte, qui Aureus dicitur
fon

fontes scatent : hinc monti portæ hæc coniungitur, Distat ab Aurelia stadijs quatuor, à Tyberi flumine iugeribus septem.

Hactenus de portis Romana Urbis, & earum etymologia.

Turres murorum trecentum & sexaginta numerabantur olim : harum quædam collapsæ, alie restitutæ, multe iam olim ruinam minantur.

Tempus nunc & rerum ordo exigere videtur, ut relictis turribus ac portis intra mœnia nos conferamus, & adificiorum quæ intra muros in montana planaque Urbe ab antiquis edificata sunt originem & locum commoneamus. Ac primum quidem à dignissimo deorum omnium terrestri domicilio, nempe Capitolio auspicabimur.

DE

DE VARIIS NO- MINIBVS CAPITOLII.

LII, LIBER II.

CAP. I.



APITOLIVM à Veteribus Romanis Saturninus mons vocabatur, à civitate qua sub ipsò monte Saturnia nomine in eo loco ubi nunc Roma stat, fuit edificata. Aut quòd Saturnus olim in isto monte habitauerit: Sive, Et alij Volunt, quòd in Saturni tutela mōs ipse fuerit. Hic deinde à Tarpeia Virgine (de qua Livius) Tarpeius mons est dictus. Postremò Tarquinius Priscus in eo monte Ioui templum adificaturus, cū fundamenta aperiret, caput hominis est in imo repertum, hinc Capitolinum vocarunt. Vnde augures super ea re consulti, quid capitis inuentio significaret. Responderunt: Arcem hanc, locum fore Imperij. Et caput mundi totius. Diuidunt autē montem hunc in Arcem Et Capitolium: Arcemque Aquilonem Versus, tanquam firmiorem locum adificant: Capitolium Verò ad Tyberim locum natura munitum extruunt.

Capitolij fundamenta quis primus iecerit, quis absoluerit, quoties incensum, & à quibus restauratum.

CAP. II.

Tarqui

T Arquinus Priscus bello Sabellum adificaturum se vouit: bello postquam iecit fundamentum, hunc Tarquinius Superbus ex spoliis merita adificium ex quadratis lapidibus aedificauit. Hoc Roma ob tyrannidem expulsum Puluillus Cos. Capitolium locauit. Stetit itaque incolume quadringentis quindecim annis, donec bellis Marce & Narbone Cos. igne consumptum esset. Restituit Sylla, Q. Catulus Verò consumptum ruitq; ad Vitellianum bellum: hoc incendio incensum, clausis foribus indefectum receptumq; conflagrauit. Restituit Vespasianus, eoque adhuc uiuente tertio igne absumptum ipso Capitolio. Vespasianus quoque Domitianus deinde magnificenter ante aedem Veneris, quam fuisse, supra duobus talentis insumptis, restituit. Ceteras res, statuas, ac imagines fulmine meminerunt auctores.

De templis Iouis Feretrii. Iouis
Iunonis & Mineræ.

Capitolium Deorum domicilium, Crone nimirum eam ob causam, quod omnium ferme Deorum templa atque simulachra contineret. Templum omnium primum Roma à Romulo

nenensium votum, Iouis Feretrii fuit. Peraelo igitur bello, Victoria Romam reportata, templum in vertice Capitolini montis extruit. Feretrium autem Iouem, hinc à Romulo vocatū volunt, quòd ei in hoste ferièdo, ubi templū vouit, Iupiter tulerit auxiliū: Aut quòd per eius sceptrum & silicem iurātes Romani pacē, referre sint soliti. Tecta huius tēpli ob vetustatem & Romanorū negligentiam collapsa, restituit Augustus, ampliavit postea Ancus Martius. Iouis Opt. Max. tēplum celeberrimū maximūque ceteris fuit: Hoc alio nomine Capitolinum vocabant, Vouit Tarquinius Priscus, Post eum Tarquinius Superbus libris quadraginta millibus argenti in fundamentum impenditis, antequā absolueret, regno ob tyrannidē eiectus, imperfectum Romanis absoluendum reliquit. Dedicauit Horatius Publicola. Extructū fuit autem in Capitolini montis crepidine Tyberim versus: quemadmodum etiā suprā indicatum est. De forma, magnitudine, & pulchritudine huius templi vide Dionysium, & alios passim authores quòd res Romanas, ipsamq; Romam scriptis celebrare. In Vestigio erat fictilis Summanus deus: huius de cælo tactū caput cecidit in Tyberim. Habebat pratereā cellā quam ingredi prophano non concedebatur. In ipsa cella corona aurea erant dua: alteram Galli Iouis Opt. Max. consecrarunt: alteram Carthaginien

ses, ob parta victoria in Samnites congratulationem, Romam Ioui miserunt. Erant insuper sacella in eodem templo tria, scilicet Iouis Opt. Max. in medio, à dextra Minerva, à sinistra Iunonis. Et quia Minerva numerorum inuentio à Veteribus tribuebatur, lex erat scripta ut qui maximus Prator esset, clavum iuxta eiusdem simulachrum pangeret, Unde annorum numerus cognosceretur. Conflagrauit autem simul totum hoc tam pretiosum adificium bello Vstellino. Nunc locus ubi stetit prophanus est: Cernuntur tamen Vestigia etiamnum, & fundamenta, sed incuita, atque omnia dissipata.

De Saturni templo, Iouis Tonantis, & Iouis Custodis, Fortunæ, Veiovis, Misericordiæ, Iunonis Monetæ, & Iani templo, Orestis sepulchro, Aerario publico, Domo Manlij, fanoque Carmentæ.

CAPVT IIII.

I*ostquam Iouis Deorum Regis templum quo loco situm, & à quo constitutum, descripsimus, par est deinceps aliorum quoque, qui sua domicilia in Capitolio habuerunt meminisse, ac primò quidem de Iouis patre Saturno.*

Saturnus antiquitus aram quæ itur ex foro in Capitolium secundum viam habuit, ab Hercule in eum locum, ut nonnulli volunt constitutam. Sunt qui ab Herculis comitibus, Sa-

turno

turno templum adificatū voluit: alij Tatium conditorē dicunt. Verū huius authorū varia sententia hac poterit esse ratio, quod duo tēpla Saturno sacra fuisse quidam, sed diuersis locis atq; temporibus excitata confirmant. alterum ad Saxū Carmentis ante cliuum Capitolinum. (Quo etiam ossa Orestis ab Aritia allata condita fuerunt) alterū in eo loco ubi nunc S. Saluatoris sacellū est, extructū fuit: ubi adhuc hodie turris apparet, quā vocant in Aerario, & illic omnium primum fuit ararium publicū Romanis. In templo Saturni à Catulo Lucretio dicato, Ianus quadrifrons erat: hic quatuor anni tempora significabat, & inde etiam Ianuario primo mensi nomen est impositum.

Iouis Tonantis templum ad cliuum capitolinum ad Ortum brumalem adificauit primus Augustus. Hic dum noctu in expeditione Cantabrica lectica latus, fulgur lecticam perstrinxit, & seruus dux interijt. Hinc Ioui Tonanti hoc templum vouit, & absoluit.

Fortuna quoque templum haud procul inde adificatum fuit.

Vaionis templū inter arcem & Capitolinū fuit, hac parte ubi hodie Conservatorum ades extant. Vaionem autem Veteres ideo vocabant. Et cui iunandi potestas adempta esset: Ei capram sacrificabant: Hic cum sagittas teneret, pleriq; Apellinem esse opinati sunt.

Asylum, id est, Misericordia templum in Capitolio fuit, ad lucum opacum, medium inter Capitolium & arcem, in Valle constitutum. Vocatur autem templum intermonitum duorum quercetorū. Hoc Romulus constituit, ut quicumq; reus illuc confugisset liber esset. Tiberius postea hunc malefaciendi ansam raptus irritum fecit. Asylum autem omnium primum Hercules nepotes constituisse dicuntur.

Templum atq; Officina Iunonis Moneta in area ubi olim Marlij domus stetit. Hanc adem alij L. Furium: alij Cicereium prætorem Ovidius à Camillo Votam refert. Moneta autem à monendo dicta, quod ex eo loco ubi postea ædis constituta, Vox Iunonis de clade à Senonibus futura monentis sit audita. Hoc loco nunc Senatoris Romani domus est.

Iani Custodis arcis Capitolina, templū eo loco. Ubi hac ætate facinorosorum custodia sunt & carcer, versus Occasum hyemalē, è regione foris Romani fuit. Ianum autem in Capitolio bifrontem Romulus & Tatiū, quasi duorum populorum imaginem effluxerunt. Alij propter solertiam providentiamq; bifrontē pictum volunt. hic enim primus coronā, rates, navigandi artem, & aneum numū aliq; multa reperit. Ab eundo Ianus dictus: quod hic cælum ceteraq; omnia vertat. Idem & Vertumnus eadem de causa vocatus est, Veteres unum, posteritas

ritas plures credidit fuisse Ianos.

Iouis Custodis templum Domitianus regno accepto exadificauit; seq³ in ipsius dei sinu constituit. Fuit in eo loco Vbi hodie Salina sunt, prope Iani templum.

De templis deorū incertam sedem nunc habentibus in Capitolio. CAP. V.

INter deos quibus in Capitolio certus locus Vbi fuerit designatus igneratur, primus est Terminus, Et cui in toto orbis terrarū nullus sit locus proprius cōstitutus. Erat autē Terminus lapis rudis atq³ informis. Huic Tatius tēplū primus Vouit: alij Numā Volūt dedicauisse: Et cūq³ sit, antiquum admodū fuisse, Et in sequētibus facile colligitur, dubiū nō est. Cur Vērō in Capitolio Veteribus deus, fuerit existimatus, hac causa fuit, Cū Tarquinius Superbus Ioui templū adificare decreuisset, consuluit Augures de loco, ne quid inauspicato ordiretur. Indicāt Tarpeiū. At hic locus iā antea à dijs occupatus, quorum illic sacella erant sacra. Hi igitur Et Ioui cederent sacrificijs euocandi, Et in aliū locū transferēdi Dij omnes libēter Ioui deorū regi loco cesserunt, solus Terminus locum dare recusauit: itaque remansit. Templum Vbi absoluit, prima tecti pars qua. lapidem spectabat, nuda apertaq³ relicta, Et qui deus includi nec debeat, nec possit. Augures igitur ea de re

consulti, cur *Terminus* omnibus abeuntibus solus cum Ioue mansisset: Respondent, eternū cum religione imperium significari. Huic non nisi sub dio sacrificabatur, & publicè, Et qui finium deus custosq; esset. D. *Augustinus*, *Martem* quoq; & Iuventutem cum *Termino* Iouis cedere noluisse testatur, quod Imperium Romanum nullos haberet terminos neq; illa labefactiaretur senectute.

Menti, & *Veneri* *Ergcina* *Attilius*, & *Q. Fabius Max.* dumuiri ades in *Capitolio*, *Vnico* canali diuisas dedicauerunt.

Iunoni *Regina* bello *Ligurtino* *Cn. Flaminius* templum in *Capitolio* genuit,

Ops verò *Tatius* *Rex* templum consecrauit, quod hac terra discatur, qua quidem terra mater rerum omnium est, cum omnia procreet, in seq; resumat. Eadē *Ops* etiam *Maia*, *Fauna*, & *Bona* dea vocatur. Hoc templum de cælo lactum scripsit *Linus*.

Marti *Vlsori* templum extruxit in *Capitolio* *Augustus* in colle *Saturnino*.

Fidei in eodem *Attilius Colatinus* tēplum dedicauit.

Saluti, *Concordiæ*, *Libertati*, *Victoriæ* tēpla in *Capitolio* extruxerunt. Licet *Cōcordiæ* etiam in *Urbe* multæ templa fuerint.

Fortunæ *Primigeniæ*, & *Obsequenti*, *Tullus* templum diuinit.

Veneri

Veneri Calua in Capitolio templum posuerunt in memoriam matronarum Romanarum & laudem sempiternam, Et qua capillos & tetro dederint Et tormenta ex illis bello Gallico contra hostem conficerentur.

Ioui Sponsori adem posuit Tarquinius Superbus, dedicauit Sp. Posthumius.

Icus Pistori item in Capitolio templum antiqui consecrarunt Romani.

De statuis quæ in Capitolio olim fuere,
vel etiamnum sunt. CAP. VI.

STATUARUM priscis temporibus varia erant genera, & ex varia materia conflata. alienaque, marmorea, alia argentea, aurea alia. Harum plurima in Capitolio, varias ob causas & in genus humanum beneficia dijs immortalibus sunt erecta, longoque tempore culta atque obseruata. Viri item claris & bene de Rep. meritis mos fuit antiquis statuas in templis, qua alijs ad virtutem stimulum adderent constituere.

Ioui in Capitolio statuam Sp. Carvilius, deuentis Samnitibus, sumptu magnitudine effigieque à statua Iouis Latiarj in templo posuit. Hanc à fulmine tuelam meminit Florus. Idem & Ioui Tonanti statuam erexit.

Victoria in templo Iouis Opt. Max. & Fidei statuas singulas posuerunt prisci Romani.

Nemese in Capitolio statua constituta, quod

S 4 hac

hec de a superbos, & perfidos vlciscatur. Eadē à Rhamnunte Sico Attico, in quo colebatur, Rhamnusia: Et Adraſte ab Adraſto qui primus ei templum extruxit, eſt dicta.

Herculi ob inſignes res geſtas plurimas in Capitolio ſtatuas erexerūt. Vnam P. Sulpitius, & P. Sempronius. Aliam Q. Fab. Maximus attulit à Tarentinis deuictis.

Euentus boni & Fortuna bona ſtatua Praxitelis opera in Capitolio fuere.

Appollinem diadematum, eiufdē mōq; Colofſum, cubitorū triginta, centum et quadraginta talentis in eo inſumptis, Lucullus ex Apollonia Ponti in Capitolium tranſtulit.

Iani ſimulachrum in Capitolio trecentorum in dextra ſexaginta quinq; numeros qui anni dies ſignificent, in ſiniſtra tenens.

Caſtoris & Pollucis ſtatua aurea dua à D. Claudio in templo Iouis ſunt dicata.

Nili & Tygris fluminum ſeminuda ſunt ſimulachra ante Conſeruatorum ades collocata: Alterum ſphinga, alterum tygridem animalia humeris habent: Vtrūq; cornucopia in ſiniſtra, quod rerum affluentiam ſignificat, tenet.

Herculis ſimulachrū nudū, aeneū, auro perfuſum, imberbe, dextra clauam, ſiniſtra Heſperidum aurea mala habēs, prope ſcholam Graecam, & forum Boarium in ruina ara maxima eſt reſcriptum. Sunt etiam ſimulachra quaedam

dam parietibus inclusa, ex ade S. Martina triumpho Partico Dacicoq³ sublata.

Statuæ viris illustribus in Capitolio constitutæ. C. A. P. VII.

Scipioni statuam chlamyde & crepundijs indutam, ob Antiochum victum, in perpetuam rerum gestarum memoriam, in Capitolio erexerunt.

Sylla pedestris statua in Capitolio cōstitutæ.

Aemilio Lepido adhuc puero, quia hostem in acie viciisset, ciuemq³ liberasset, statua est à populo Romano extructa.

Metellum Verò ideo quòd Palladium ex ade Vesta incensa eripuit, hoc honore & superiores affecerunt.

Cornelia Gracchorum matri: quòd in anno- na caritate frumentum a sibus prastitisset, statua posita beneficium rependerunt. Sic & Trebio Aedili.

Fab. Maximus sibi conflatu statuam & iuxta Herculis camerexit.

Bruto Romani, quia à Tarquinij tyrannide Romam liberasset, inter regum statuas mediam ipsi posuerunt.

Domitianus non tulit ullam sibi erigi statuam nisi ex auro argenteo ùe certis ponderis conflata esset.

*Commodus Imperator statua quam in Capi-
solio*

collo habuit, caput quod ex Neronis colosso auulsit, sue imposuit: huius colossus in Conseruatorum adibus fractus cernitur.

Lupa aeneum simulachrum in adibus Conseruatorum extat: ex cuius Uteribus conditores Urbis Romulus & Remus pendere cernuntur.

Romuli & Remi forma inuenile simulachra in capitolio remanserunt, alterius stantis, & seruis habitu induti: alterius sedentis, passoribus aud absimile, curuato corpore, è planta pedis suppurati spinam euellit.

Status innumerabiles fuere in Capitolio, praesertim deorum, aliunde Romam allata, hinc exterarum nationum templis spoliatis, sua ornarunt, atque distarunt Romani.

De Cliuo Capitolino. Tarpeia Rupe, Saxo Carmentali, & Porta Stercoraria.

CAPVT. VIII.

Cliuum Capitolinum Vocabant antiqui, locum, & Viam quæ in Capitolium ascende-
batur. Verum is locus ubi fuerit olim, Variæ sunt opiniones. Alij ad eam arcis partem quæ Auentinum respicit, ubi nunc S. Gregorij templum in Velibro est, fuisse affirmant: Alij inter Saturni & Cœcordia tēpla, prope Seueri arcem, ad Senatoris stabula. Arcus autem Seueri ad radices Capitolij in fori Rom. capite excitatus: sub quo transeuntes triūphaturi, Capito-
linum

lium ascendebant. Fuit ergo Clivus Capitolinus ad forum Romanum, scilicet à Censoribus stratus, porticum ab ade Saturni in Capitolium ad senaculum, & super id curiam constituerunt. Cor. Tacitus Capitolium priscis temporibus varios habuisse aditus scribit, & hinc tam varia de Capitolino clivo nata sunt opiniones. In clivo autem Capitolino olim Floralia festa celebrata: cuius rei quadam in eodem adhuc extant signa. Domum etiam Milonis scutis refertam & armis, in eo fuisse, author est Cicero.

Tarpeia rupes locus is dicitur ex quo fontes precipitanti olim etiam hodie in eo loco puniuntur, supra forum Romanum.

Saxum Carmentis Tyberim respicit, è regione pontis Senacrum.

Stercoraria porta in clivo Capitolino constituta, ad eam sordes, è Veste templo expurgata abijciebantur, mox in Tyberim transferenda.

De tabulis, columnis æneis, anseres argenteo.

CAP. IX.

Tabularum genera duo in Capitolio fuerunt: alteram quæ fortium virorum res gestas cõtinebat depictas, aut pugnas, civitatumq; oppugnationes. Fuere enim alij ita laudis cupidi, ut non esset illis satis, statuas in Capitolio erectas cernere, nisi etiam gesta sua tabulis descripta depictaq; & in publico positis, gloriam suam etiam

etiam posteris celebrandam relinquerent. Alterum tabularum genus leges antiquissimas, et Romuli, Numa & aliorum regum, item posteriorum legislatorum statuta, acta publica, fœdera, ritus sacros, & antiqua monimenta in tabulis aeneis incisa continebat: quarum adhuc hodie quaedam extant, quædam vetustate, bello, incendio negligentia periere. His antiquitus custodes certi constituti, ne quid fraudis in re tam ardua fieret, erant ordinati.

Columnæ quoque aeneæ in Capitolio à Domitiano sunt posita, quas Augustus Aegypti domitor, ex multis rostris aeneis in quatuor columnas ingentes conflavit, Romamque adiecit. Sylla etiam ex Iovis templo Athenis columnas aeneas Romam perduxit, & in Capitolio Iovis consecravit.

Anseris argenteum simulachrum in arce à Romanis, ob perpetuam memoriam, quod anser clamore custodibus arcis hostium adventum significasset, Capitoliumque servasset, constitutum fuit. Hanc ob causam Romæ etiam longo post tempore è publico anseribus cibus dabatur. Sunt item alia complures antiquitates in Capitolio tabulis aeneis & marmoreis incisa, ut epitaphia, aliæque quæ hic brevitatæ causa omittuntur.

De quibusdam ædificiis in Capitolio, aliisque rebus in genere.

CAP. X.

Postq

Postquam de statuis, tabulis, & columnis qua notanda videbantur, indicauimus, de adificijs vetustis quadam obiter hoc in loco notanda.

Calabram Curiam Romulus in Capitolio edificatam, culmis texit. Ad hanc Senatus populusque Romanus, à rege Sacrificulo; & ludorum, & sacrificiorum diem ex ipso discerent, calabatur, id est, vocabatur.

Non procul à dicta curia distabat casa Romuli,

In eodem fermè loco stetit Porticus Metelli & Constantini. Bibliotheca item Maiorum, columnis marmoreis artificiosissimè extructa. Atrium prater à publicum.

Erat & locus in Capitolio sacer, Unde Verbenas ad coronas faccialibus & Patrispatratus, quibus fœdera pacemque facturi, aut bellum indicturi coronabantur.

Silex quoque lapis isthic reperiebatur: hunc iuraturi per Iouem in manu tenebant, hac Verba sonantes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salua Vrbe, & arce, bonis, & ego hunc lapidem, eijciat.

Habebat Capitolium cellas quasdã cisternis similes, in quas qua vetustate erant inutiles cõijciebantur. Seiuages quoque illic à Cn. Cornelio positi cõspiciebantur. Clypei item duodecim aurati, hi facti ex pecunia, qua Aediles frumentarios,

tarios. qui annonam compresserant, condemnarunt. Clypeus Martis Asdrubalis imagine insignis: & Columna Rostrata, de qua Livius, isthic cernebatur. In templo Iovis Capitolini pallium breve, purpureum, lanestrum fuit, ad quod alia purpurea vestes admota, cineris, divini fulgoris colorem trahabant. Hoc munus Persarum Rex ab extremis Indis allatum, Augustiano dedisse perhibetur. Lamina ipsius Capitolij aenea sunt fabricata. Tegulas quoque aereas. Q. Catulus inauravit. Locus ubi auguria à Numa fiebant, in Capitolio fuit: à Tatius in Arce, ubi olim Manlij domus stetit, postea Meneta Iunoni ades extructa: Libri Sibyllini in templo Iovis Capitolini, sub terra in arca lapidea à custodibus decem conservantur. Tot praeterea aedificia, tanta Capitolij pulchritudo, divitiae tam ingentes, tot ornamenta & deorum delubra artificiosè extructa fuere, & merito deorum & Iovis domicilium terrestre ab antiquis sit dictum. Itz namque extructum & ornatum fuisse. salvis adhuc Rom. rebus ferant, & quantum divina terrenis, tantum hoc aedificium omnia totius mundi superavit, quae vacant mirabilia. & à dijs potius, cùm humana superet ingenia, aedificatum videatur. Haec omnia nuda relictæque cernuntur.

De Concordiae & Iovis Statoris templo:
denique quid sit Curia. CAP. XI.

Inter

Inter Capitolium & Palatinum montem, Vallis est, (de qua superius,) huius templa, adificia, & loca post Capitolium describere erdo requirit. In ea igitur Valle primus locus merito Concordia templo debetur: Ut qua à cor de congruente dicta: sola quicquid in orbe est au geat atque conseruet.

Concordia igitur templum Camillus, si plebem patribus reconciliasset vouit. Populo itaque in gratiam senatus reducto, ad eam Concordia supra Comitium in forum & sque produxit. Huius porticus adhuc ad radices Capistolij extant. Ab hoc templo centum gradibus ad Moneta ad eam ascendebatur. Concordia templum vetustate collapsum, à Senatu postea restitutum fuit. In eo saepe Senatus congregatus, & conciones ad populum sunt habitae. In hoc etiam cella fuit, in qua dum conciones dimitterentur, saepe latrones, armati, & sicarii tanquam in carcere inclusi reseruabantur. Habuit & multas artificiosas statuas & imagines, & statuas Iunonis, Apollinis, Latona Apollinem & Dianam infantes sustentis. Item, Aesculapij & Hygie à Nicerato fabrefactus, Ionis statuam, Cereris, Mineruae, & matronarum lachrymantium & adorantium statuas à Stene fictas. Martis & Mercurij Psicratis opera. Marsia ligati à Zeuxide factam. Liber pater & Cassandra à Theodoro picta. Victo-
ria

ria ipsa in pronao fulmine icta videtur.

Ioni Statori Romulus in bello Sabino, et fugam Romanorum sisteret, templum contulit: Unde & Stator Reip. Romana dictus est. Parva ergo Victoria, templum in radice Palatini montis, è regione adis Concordia, ubi hodie sponde murorum altissima adificavit. In hoc quoque, sicut & in Concordia templo. Senatus convocabatur saepe, Item in alijs templis. Curia in quibus Senatus habebatur templa erant, & illic fiebant S.C. at in adibus sacris neque Senatus conveniebat, neque conciones ad populum fiebant. Templum Statoris Neronis incendio exustum fuit, neque deinceps restitutum.

De templo ac luco Vestæ, & templo Fidei,
atque Romuli. CAP. XII.

Vestæ dea templum inter Capitolium & Palatinum montem non procul à foro Romano, ubi hodie Maria Gratiarum templum conspicitur à Romulo conditum fuit. Prope hæc adem Numa Regia extructa. Pontifices Romani consultaturi de rebus magnis ad religionem pertinentibus, in Vestæ atrio conveniebant. Quemadmodum Senatus populusque Rom. de rebus maximis in Fidei templo consultabant. Fuit autem Fidei templum antiquissimum in Palatio à Romulo, vel ut alij volunt, à Numa extructum.

Vestæ

Vesta lucus item erat sacer, qui à Palatij radice, in Novam Viam usque pertingebat. Ex eo loco ante Urbem captam, vox audita, futurum ut caperetur nisi muri portaeque reficerentur.

Romuli templum, ad radices Palatini, in medio eius lateris quod Capitolium reficit situm fuit, eo in loco ubi nunc D. Theodori templum est. In templo Romuli lupa simulachrum vetustissimum est, quae conditoribus Urbis vera laetanda prabet.

De Lupercali ficuque Ruminali.

CAPUT XIII.

Lupercal spelunca in radicibus Palatini montis fuit, arbutis tecta, fontesque sub petra profundi. In intimo antri loco ara Pani sacra fuit. Verum de nominis ipsius etymologia varia sunt, sicut de situ quoque opiniones: ut nanque locus erat latebrosus, & incultus olim, sic iam undique habitatur, ut ne Vestigium quidem appareat ubi fuerit Lupercal: maior tamen authorum pars in ea Urbis parte fuisse affirmat, ubi hodie S. Theodori templum conspicitur: in hunc locum nanque ad forum Romanum aliquando Tyberis sinu facto alluebat, & proximum erat ubi pueri exponerentur. Igitur in Lupercali Romulum & Remum expositos constanter authores quidam affirmant, & in locum qui postea Ruminalis dictus dela-

T ti. sub

is, sub ficu à lupa nutriti sunt. Hac in antro Lupercalis suam mansionem habebat, & ex eo ad ripam sub ficum Ruminalem ad pueros lactantes accurrebat, ipsiq; spelunca nomen dedit: Ut sit Lupercal lupa mansio & latebra. Sunt qui Euandrum spelunca nomen dedisse volunt. Hic enim (ut superius demonstratum) ex Arcadia natus, qui Panem deum pastorum antiquissimo ritu ornatissime colunt. Cui etiā mors in Arcadiis sacer Iycæus dictus, quod duxisset, id est, lupo ab omnibus prohibeat, gregemque conservet. Euander itaque in Italiam veniens, in his partibus consistens, lucum hunc et speluncam Patri consecravit: cum patrio ritu coluit. Ara itaque in ea spelunca extructa caper in ea sacrificabatur, Et deo custodique gregum: & cum lupo à gregibus arceat, locus in quo colebatur Lupercal est dictus.

Lupercalia autem festa à Romulo & Remo instituta. hi enim à Numitore loco extruenda civitati impetrato in eo loco ubi expositi fuerant, socialitum ad convivium lecti aduocant. Sacrificantes cibo refecti, ubi largius bibissent, iocantes pellibus immolatarum caprarum sese induunt & saltando gestunt. Inde postea eius rei celebrantes memoriam, Lupercalia festa egerunt. Lupercalia autem à loco ubi primum coepit sunt agi, nomen retinuerunt. De his vide plura apud Val. Maximum. Ser-

maxim.

nium, & Plutarchum in Antonij Vita.

Ficus autem Ruminalis à Tyberi flumine qui Rumon dictus est, nomen habet. Alij à Romulo nomen habere volunt. Quidam à lacte infantibus dato: pars enim gutturis, quo hic attrahitur, ruma dicitur. Fuit autem locus is è regione adis D D. Cosma & Damiani, ad latus Palatini montis: circo Maximo oppositum. Romulus & Remus in Lupercali expositi, & in hunc locum delati, in Comitio sub Ruminali fico sunt educati, Huius arboris vestigia ad Augusti &que tempora perdurasse, testis est Ovidius.

De via Noua, vico Iugario, & Thusco
VICO. CAP. XIII.

Via Noua è regione templi Iouis Statoris, per Vallem inter Capitolium & Palatium ducta foro Rom. coniungitur. Hac tametsi dicatur Noua, antiquissimam esse constat, & diuersa est ab ea quam Caracalla sub thermais suis resistit.

Iugarius Vicus, qui alio nomine etià Thurarius dicitur, à porta Carmetali per Capitolij radices ad forū Romanū ducit. In eo Vico Iunonis Iuga, quae matrimonia iungere putabatur, ara fuit, & hac Vico Iugario nomen dedit.

Thuscus Vicus à foro incipit, & per Palatini radices in Velabrum iter prabet. Nominis etymon hoc est, Thusci aduersus Aritios pu-

gnantes, superantur ab illis. Multis itaque in bello occisis, pauci Romam confugiunt. Hi igitur Urbis amœnitate, & loci commoditate secum persuasi, illuc manere decreuerunt. Itaque à Senatu illis loco inter Capitolium & Palatium ad quatuor stadia concesso, eum inhabitauerunt. Hinc Thuscus Vicus ab illis dictus, nomen hoc multis post seculis retinuit. In hoc Vicolenones, aliq³ eius generis homines postea habitauerunt, Unde ignobilis factus nomen quoque amisit.

De arcubus Romuli, Senatulo & Ouidij domo. CAP. XV.

Arcus Veteres (quos Romulum quidam extruxisse putant) lateritij longo tempore mansere, neq³ passi sunt Romani & quisquam marmoreos faceret, Ut conditoris Urbis memoria mentibus hominum tenacius remaneret. Verùm longo tempore post Vetustate collapsi, in loco Urbis, Vbi nunc templum S. Mariae de gratia est, nunquam restaurati.

Senatulum vocabant Rom. eum locum qui inter Capitolium & forum fuit, in quo Senatores consultandi gratia consistebant.

Ouidij domum sub Capitolio sitam fuisse Ovidius ipse testatur, Vbi hodie templum D. Mariae de Consolatione.

Haecenus de Capitolij & Vallis adiacentis aedificijs. Sequitur mons Palatinus.

DE VARIA PA- LATII ETYMOLOGIA,

LIBER III.

CAPVT I.



QUANQVAM Palatinus mons
longo tempore ante Urbem condi-
tam inhabitatus fuerit, Et à Va-
lencia Itali filia: & post eam ab
Euandro: quò & arcem in eo constituit: Suc-
cesserunt huic post Urbem conditam Reges &
Imperatores, adeò Et Roma vix alius locus,
scriptis magis celebratus sit hoc monte, tamen
nominis, cur ita vocatus sit, ratio certa quam
tuto sequaris inueniri vix potest. Volunt aliij
hinc dictum quòd Arcades cum Euandro pa-
lantes, nullo ordine in eum locum, & Palati-
ni ex agro Rheatino, qui etiam Palatium ap-
pellatur, Venerint, & montem hunc occupa-
rint. Alij à Palante Euandri proauo. Liuius
à Palanteo Arcadia Urbe primum Palan-
tium, postea Palatium, Vocari censuit. Sunt pra-
tereà qui à Palatia Latini Exore nominis ori-
ginem ducant. Vel à Palatbo Hyperborei filia,
qua ex Hercule Latinum suscepit, & montem
hunc incoluit. Vel à Palantia Euandri filia,
qua in hoc monte sepulta fuit. Aut à Palante

qui & ipse illic sepultus. Quidam à pecorum balatu, quæ olim antequam incoleretur, illic pascebantur sic dictum autumant: aut quod balare, id est, errare illic soleant greges. Atque hinc *Navius Balantium* nominavit. *Tremellius Romuleum* montem vocat, à statua *Romuli* quæ in ipsius montis pede inuenta fuit. Hæc de nominis etymologia dixisse sat est.

De Victoriæ, Cereris, Iunonis Sospitæ, Matris deûm, & Libertatis templo, & eiusdem porticu ac de *Cassii* domo.

CAPUT II.

Post Palatini nominis declarationem eiusdem montis templa atque adificia, quemadmodum in Capitolini montis descriptione factum est, persequemur.

Cum Romani multa feliciter armis gessissent, Victoriæque ab hostibus sæpe retulissent, ne diis, quibus præclare gesta accepta ferebant ingrati arguerentur, ac deinceps minas profferis successibus tererentur, *Victoria* dea templum in Palatio in ea parte quæ *Maria Nova* hortos spectat, in infimo clivo ad Portam Romanam consecravere. *L. Posthumius Aedilis Curulis* ex multatitia pecunia extruendum curavit, absolutum *Victoria* dea dedicavit.

Prope hoc fuit & adicula *Victoria Virgini* sacra, quam *Porcius Cato* vocavit.

Pra

Præterea Iunonis Sossita templum, in eodem loco fuit.

Arcades qui ad Palatinum cum Euandro venerant, Victoria templū, sed à superiore diuersum, & multo antiquius in Palatio extruxerunt, et annua sacra in honorē deæ celebrarūt.

Idē et Cereri in Palatio templū adificarūt,

In libris Sibyllinis carmē erat: Pellē Italia alienigenā hostem posse, si Mater Deūm Romanam allata esset. Lapis Verò erat quem incolæ sic appellabant. Missi ergo in Asiam Pessinontem Phrygiæ oppidum legati, Magnam deūm matrem mari in Italiam aduexerunt: P. Cornelius deinde à mari in Palatum portauit, & in Victoria templo. tantissè dum & illi adificaretur collocauit. M. Liuius & C. Claudius Censores Matri Magnæ deūm adem faciendam statuit, columnis & pauimentis, & varijs lapidibus pretiosam locauerunt. De dicauit aut Iunius Brutus. Ludi quoque quæ Megalesia vocant, ob dedicationem instituti: de quibus Cicero.

Libertatis autem templum & porticum struxit P. Clodius, in parte domus Cassij prope Ionis Statoris templum.

De Fano & Ara Febris, Aede Larum, deæ Viriplacæ sacello, templo Fidci, & Iouis Victoris aede.

CAP. III.

T 4 Non

Non ijs solum dijs, qui generi mortalium benefacerent templa consecrauerunt Romani, sed etiam ijs qui nocebant, Et minus nocerent, ac mitius punirent, sacella statuerunt. Sic Febri in Palatio templum & aram consecratam fuisse certum est. Sic & Nemefi, de qua lib. 2. &c.

Larum adem praterea in Palatio extruxerunt.

Dea item Viriplaca sacellum in palatio sacrum fuit. In quod si maritus cum Exore etiam discordes Venissent, concordēs compositis animis mutuo simul domum redibant.

Fidei templum, postquam Aeneas cum Ascanio & Roma filia in Italiam Venit exadificauit in Palatio. Quod tamen filia nomini dictum, & in frontispicio templi inscriptum. Multis ergo post annis, cum Romulus et Remus de nomine Urbi imponendo cōtenderēt, S. P. Q. R. nomen Aenea filia in templi frontispicio legentes, ab ea ciuitatem Romā nominare placuit.

Ioui Victori Q. Fabius bello Sabino adem Vocit, & postea in Palatio monte construxit, dedicauitque.

De Heliogabali, Apollinis, & penatium templo. De æde Orci loco Palladij, & templo Augusti.

CAP. IIII.

Ante

Antonius Heliogabalus, deum Heliogabalum in Palatio consecrauit, & templum in eo loco ubi prius Orci fuerat extruxit. Verum Et huic nouo & fictitio deo, nomen authoritatemq; faceret, magna Generatione typum Magna deum matris, Vesta ignem, Palladium, ancilia, & omnia qua insigniter Romani colebat, in suum templum transferre contendit. Christianorum quoque & Iudeorum religionem as similans, Et nemo esset cui non in huius templi & dei Generatione prae-textum facere queat, quo minus salua conscientia hunc coleret.

Apollinis prae-terea templum vetustissimum in Palatio extructum fuit. Hoc fulmine de-ictum cum desiderari à deo aruspices discerent Augustus, addito porticu ad illius ruinas, & templum quod prius steterat, nouum excitauit. In quo templo Augustus iam senio confectus, saepe Senatum habuit, & decurias iudicum recognouit. In eo item lychni arboris instar erant, quo probati poeta sua scripta reponebāt. Huius templi Vestigia quadam, sed obscura extare videntur prope Phadra Vineam, ubi Tiberia domus stetit. Huic ludì Apollinares instituti, de quibus lege Ciceronem.

Penatium deorum templum in Palatij ea parte qua Boream spectat in Vela haud procul à foro stetit. In hoc deorum Trojanorum imagines erant. Sunt in eodem adolescentes duo

T S sed

sedentes & pilam in manu habent. Litus item ferrei atque aerei: prater ea Vas Troianum fidele. Apollo quoque & Neptuneus in eo conspiciuntur.

Vesta dea templum cum conflagrasset, Palladium ereptum, in Veliam translatum, templo D. Andrea, quod in eo loco consistit, Pallara nomen dedit.

D. Augusto quidam templum à filia sua Livia extructum in Palatio fuisse memorant.

De domibus Palatinis, & Saliorum Curia.

CAP. V.

QUOD Romulus & Remus olim pastores in his locis fuerint, taberna & casa, quae longo post tempore lignis & arundinibus tecta sunt inuenta testificantur, quas pastores si qua vetustate corruiissent, ex eadem materia, ad pristinam formam reficiebant, & perpetua Romuli & Remi Urbis conditorum, qui olim, fuissent, & quas domus habitauissent, ad posterum maneret memoria. In angulo Palatii qui in Circum ducit, Casa quam Romulus occurrat, multis seculis stetit.

Tullius Hostilius, antequam Curiam adificasset, Veliam, in eo loco, ubi postea Penatum templum fuit, inhabitauit.

Non longè ab eo loco, in ea Palatii parte quae forum versus respicit, Catilina domus adificata fuisse dicitur.

M.

M. Scauri Verò domus paruo transitu à Catilina adibitus separatur.

Cicronis domus à L. Crasso emptæ, supra adem Iouis Statoris, prope Palatium in montis Palatini loco celeberrimo fuit.

Crassi oratoris & Viturbij domus in Palatio olim caersas, author est Plinius.

Vani ducis domus quoque in Palatio fuit.

Tiberij item, de qua etiam capite precedenti.

Augustus natus in Palatij regione ad capita Bubula, ubi post eius obitum Sacraium illi constituerunt, primum iuxta forum Romanum supra scalas Annularias, in domo qua Calusoratoris fuerat, habitavit. Postea à Palatiū ex suis impensis adificatum, Reipubli. donavit, ipseq; in Palatino paruas Hortensianas ades inhabitavit.

Saliorum curia in Palatio adificata conflavit, & in eius cineribus Romuli lituus illesus inuentus.

Publicola Foro imminentem domum Subvliam nominatam inhabitavit.

Tarquinij Prisci domus ad Iouis Statoris fuisse, facile ex Lilio probatur.

De Summa Velia, Statuis palatinis, aliisque rebus in genere.

CAP. VI.

V*elia Summa fuit in Palatij parte altiori quæ in ortum æstivū spectat, ubi nunc*
Maria

Maria Nova templum est. Velia autem dicta est, quòd olim ante ouium tonsuram inuentam pastores illic lanam vellere consueuerint.

Augustus in Palatio Latinam Græcàmque bibliothecam ex Apollinis Thuscanici colossu are nobilissimo instituit atque exornauit. Ad didist & Porticum quam Palatinam vocarūt. In hac à Senatu Numeriano Imperatori et Oratori insigni statua constituta fuit. In eadem Porticu M. Varrone adhuc Vineti statua à Ro. est instituta.

Auguratorium, id est, augurijs captandis locus in Palatio fuit.

Apollo item Palatinus Scopæ opus in Palatio erat. Latona eodem loco collocata fuit.

Britannico Titus Imperator statuam auream in Palatio posuit.

Arbor præterea ex hastâ Romuli natam Palatio erat. Is enim post anguria in Auentino monte capta. hastam in Palatinum iecit, quæ fixa in terra, fronduit, & in arborem creuit.

Laurus item in Palatio eodem die quo Augustus natus, cum eo enascens subito apparuit. Ex hac lauro triumphaturi coronari solebant.

Balnea Palatina, quorum Cic. pro Roscio meminist, in eodem Palatio fuere, & quadam adhuc vestigia supra circum Maximum non multum à vinea Phædra extant.

In eodem monte etiam locus qui Sicilia diceb

cebatur fuit. Item Iouis cernatio.

Platea Antoniana pulcherrima, saxis Lacedaemonijs, & porphyreticis strata in Palatio fuere.

Vicus Padi & Fortuna, quoque in Palatio extabant. Ludi ibidem celebrabantur quos Palatual vocabant.

De palatio nunc Maiori, Atrio, & veteri ipsius palatii porta. CAP. VII.

Quantum spatij olim Palatium occuparit, quàm splendide fuerit adificatum, quàm opulentum, & quàm frequenter inhabitatum, ruina ingentes, pictura statua, columnaq; pretiosissima illic inuenta facile demonstrant. Nullus enim unquam scriptum reliquit, quis tanta adificia primùm instruxerit: deinde auxerit, & in tam insigni loco domicilia constituerit. Paulatim & tanquàm ignorantibus antiquitatum autoribus, in tantum fastigium creuit, nec quicquam uno tempore simul tactū, quod memoria dignum videretur fuit. Solent enim rerum scriptores ea solum posteris tradere, quae admiratione digna videntur, & rara. Palatinus hodie Palatium Masus vocatur, & praeter S. Andreae adem, vix etiam aut alteram domum, quae inhabitetur habet. Reliqua vineis, & pascuis apta loca, omnibus, caballis
capris

caprisque gramina & victum præbent, Et reliquis Balantium à pecorum clamore, quàm Palatium dici videatur. Et idem de Palatio Vaticano, quod etiam ipsum desertum est, dici iure possit.

Atrium Palatii augurato olim conditum. Senatus consulebatur in eo, quia Senatum, nisi in augurato loco habere non licebat. In quo etiam oves sacrificabantur.

Portæ Palatii Setus prope Rostra, è regione D. Laurentij in Miranda fuit. Hanc quidam Romulæ portam olim dictam volunt.

De templo Iani Augusti, & Faustine.

CAP. VIII.

Palatii templis adificijsq; , quæ tertia pars Urbis erat, descriptis : Sequitur quarta : forum scilicet Romanum. In eo Iani templum (à Iano enim, qui rerum omnium ianua habetur, incipere rite videmur) amplissimum, quatuor portarum : Nam Ianus ipse, qui in eo colebatur, quadrifrons, ex Faliscis Tuscia civitate captis in Forum Transitorium Romanum translatus erat. Templum autem in ea parte fori, quæ forum Rom. spectabat, prope Pauli Basilicam, extructum fuit. Procopius sua ætate in medio foro, ex adverso Capitoli, paulo supra eum locum, quem Romani tres Par-

cas. Vocabant, adificatum fuisse memorat. Fuerunt & alia lani tēpla, Et in Capitolio ad Marcelli theatrū lani bifrontis, quod totum aneum erat, portis duobus aneis: qua pacis tempore clausa, bello vero ingruente aperiebantur.

Augusti templum in foro Rom. positum fuit. Hoc Tiberio imperante adhuc imperfectum, Caligula absolvit, pontēque super ipsum transfussit, Capitolium Palatio coniunxit.

Faustina templi quaedam adhuc vestigia extare videntur. Hoc illi maritus eius Hadrianus sub Tauri radicibus, Et diuinis afficeretur honoribus fecit. Id postea filius Antoninus Heliogabalus, sibi Vel Ioui Syrio, Vel Soli templum esse voluit. Hodie templum S. Laurentij in Miranda est.

De Castoris & Pollucis templo & Rostris. CAP. IX.

Castoris & Pollucis templum in foro Rom. ante Rostra, apud Faustina templum olim fuisse nemini dubium est. Hanc adē dedicavit A. Posthumius Dictator. L. Metellus deinde ex Dalmaticis manubijs restauravit. In hac, Et in alijs multis Senatus est habitus, & cōciones ad populum facta. Cecilius Metellus hanc statuis, columnis, & nobili pictura exornavit, et Flora simulachrum insigni pulchritudine in ea posuit. Tabulam quoque, qua cō-

uita

nitatis equitibus Campanis donata monimenta continebat. Huius templi gradus deinde auulsit Clodius, Et testis est Cicero.

Roftra templum, ad Palatij radices fuerunt, è regione Castoris & Pollucis templi, ubi nunc paruum S. Maria de Inferno sacellum est. Ex rostris autem sententia, & S. C. ad populum referebantur.

De Cæsaris, Veneris genitricis, & Martis Ultoris templo & Atrio Veneris.

CAPVT X.

Divus Cæsar prope forum suum ad Eiam Sacram, post Faustina, ad eum templum habuit. In eo ab Augusto Victoria & Cæster dij sunt positi.

In eodem Cæsaris foro, fuit etiam Veneris Genitricis post Faustina templum. Hoc Cæsar bello Pharsalico votum adificavit.

Post Victoriam contra Pompeium, Cæsar Veneris templum Atrio inclusit, quod Adrianus deinde restauravit.

Marti Ultori Augustus in bello Philippen-
si templum vouit, quod postea in suo foro extraxit. In quo scyphi ferrei Marti dicati, & Alexandri Magni tabernaculum sustentis statua dua Hoc templum quod hodie D. Martina vocant, fuisse putatur.

Di

De Vulcani, Concordiæ, Pacis, Romuli,
ac Veneris Cloacinæ templo.

CAPVT XI.

Volcani templum supra Comitium & forū Rom. ad radices Palatini posuit Romulus. Tatus autem Vulcani, sicut & Solis, Luna, Saturni, Rhea, Vesta, Diana, & Quirini dedicauit. In templo Vulcani Romuli anens currus quo secundo triumphauit, Volcano fuit dicatus. In quo & Coclis statua erecta manebat. Conciones saepe in hoc templo ad populum sunt habita.

In area Vulcani templi, Concordia adem Fuluius libertino patre natus, 303. annis post Capitolij extructionē, si populo ordinem Senatorium, & equestrem reconciliasset, conuit. Extructum deinde ex condēnatorum feneratorū multatitia pecunia, in Palatini radicibus. Opimius Cos. postea restaurauit. In eadem area biduo sanguine pluisse, testis est Plinius.

Luia Drusilla in Porticu sua ob suam & mariti mutuam beneuolentiā, Concordia templum erexit. Quod postea Tiberius dedicauit.

In quo loco Drusilla prius Concordia posuit, Vespasianus deinde Pacis templū à Claudiano antea inchoatum mira celeritate post bella ciuilia absoluit. Fuit admodum amplum hoc, & quadratum, maximis pulcherrimisq; columnis

V exor

exornatum, templorum omnium locupletissimum. In hoc Casu & ornamenta templi Hierosolymitani à Tito triumpho allata imposuit Vespasianus. Habebat & Ganymedis statuâ, & alia innumerabilia ornamenta, quibus decoratum fuit: Hoc templum igne accensum, subito totum exhaustum est, neq; unquam cognitum Unde iste ignis acciderit, nisi quod quidam putant, in terramotu, qui eadem hora fuerat ex lapidum attritu, ignem fuisse excussum.

Ara Pacis ab Augusto primum excitata, quo in loco, posteris incognitum. Hanc postea auxit & exornavit Agrippa. Inter Pacis & Faustina extat adhuc templum antiquissimum, & eiusdem porticus columna duæ, quod nunc D. D. Cosina & Damiano dicatum est. Hoc Riminali & Remi fuisse putant, nepe quod Carvilius Cos, victis Samnitibus dedicavit, & ex spolijs, quæ innumerabilia erant, exornavit.

Veneris Cloacina templum prope Viam Sacram constitutum fuisse, testis est Ovidius. Cloacina autem simulacrum in Cloaca maxima repertum, consecravit Tullius. Et quia cuius effigies esset ignorabatur, ex loco ubi inventum fuerat, nomen illi est inditum.

D. Tel

De Telluris, Salutis, Victoriæ, Solis & Lunæ templis, de domo Cassii, deq; Armamentario. CAP. XII.

Telluris adis locum alij incertum, alij non longe ab Esquilis, prope cliuum quod ad D. Petri in Vinculis adem ducit, fuisse putant. Vbi nunc S. Pantaleonis tēplum est. Vouit hoc Sempronius: Qui dum ad Asculum Picentino rum caput cum hoste pugnat, terra tremuit. Ut igitur deam Tellurem, quam iratam putabat, placaret, templum hoc illi Vouit. Aedificatum est autem in area Vbi domus Sp. Cassij regnum affectantis euersa est. Prope hoc tēplum Telluris Armamentarium fuit, cuius in quodam loco etiam Cicero meminit.

In eodem hoc ambitu Salutis adē bello Samnitico Vouit C. Iunius Bibaculus Cos. Hac ab eodem Censore locata, & Dictatore dicata fuit. Victoria adem prope forum Rom. L. Volumnus Aedilis ex pecunia multatitia faciendum curauit.

In hoc loco etiam Apollinis ara fuit.

Concordia & Aesculapij in horis D. Maria Noua fuisse: Versus Amphitheatrum quidam Volunt.

Mercurij templum quoque in foro fuit.

Isidis & Serapidis templa in Emporio fuisse. Hac quidam Solis & Luna à T. tio dicata fuisse putant.

V a De Fo

De Foro Traiani, deque iis quæ in eo
sunt, vel olim fuere. CAP. XIII

HAdlenus de templis, locis sacris, & quæ
ad religionem notanda videbatur, per-
scripta sunt breuiter, deinceps de ijs pauca quæ
ad hominum memoriam & laudem pertinere
videbuntur, dicemus: & ab optimo Principe
Traiano auspicabimur.

Traiani forū inter Nervæ forum, Capitolinū
& collē Quirinalem ab Appollodoro mira in-
dustria extructū fuit, idē architectus, Traiani
iussu Metodeum, & Gymnasium edificauit.
Fori tectum aneum, intus undiq; circumfi-
mulachra equorum, & signorum militarium
auratæ tegebat. Simulachra autem hæc publico
sumptu, in eorum, qui bene de rep. meriti, aut
alioqui ob facinus insigne memoriam pone-
bantur.

Arcus item triumphalis, & alia multa in
Traiani laudem extructa, forū eius exornabāt.

Fori porticus amplissimis excelsisq; colūnis
& magnis epistylis imposita tantā præbebat
sustinentibus admirationē ut gigantum potius
quàm hominū opera crederetur. In hanc sum-
morum virorum statuas pulcherrimas Alexan-
der Severus in Traiani honorem transfudit.

Equus item Traianus in medio altius co-
lumnis impositus stabat. In numismate etiam
Traian

Traianistum hac inscriptione reperitur. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Verum de his multa Lampridius.

Idein Palatium Varijs marmoribus, intus picturis & statuis exornasse fertur.

In medio foro columna Traiani Cochleidis structur a stabas. Hac circumquaq; rerū gestarum a Traiano summam, mira arte calatam habebat; in primis vero Dacicū bellum. Intus 185. gradibus ad summū fastigium, quadraginta fenestellis lucem admittentibus prabet ascensum, Aliapedum 120. Vel ut Eutropius scribit 140. In summo Traiani ossa in pila aurea condita servabantur. Hanc columnam Traianus ipse non vidit. Nam dum hic contra Parthos bellum gereret, Senatus hanc illic absenti deducavit. Quidā ē Persis redit, in itinere apud Seleuciam Syria Urbem, fluxu sanguinis a vita detestit. Cadāver vero Romam perlatum, solus hic, teste Eutropio, inter Imperatores in Urbe sepultus fuit. Quid autem in columna ossa servantur ea ratio est: Maioribus mos fuit, Principes nobilesq; sub montibus sepeliri. At cum montes sepulchris excitandis obviare non sufficerent, accidit ut pyramides altaq; columna super cadavera collocarentur.

De foro, Palatio, & Porticu Neruæ.

CAPVT XIII.

V 3

Nervæ

Nerva forum post S. Adriani ad eam occurrit. In medio huius columna antea ingens magnitudine, tect. ex laminis aurichalcis, intrinsecus lumine ambiguo stetit. Fori Varij statuis & columnis, qua Nerva gestorum ordinem continebant, exornatum fuit. Hoc postea Transiterium forum, quod inde in Augusti & Romanum forum cretux, vocatum est.

Porticus ipsius fori pars quadam adhuc apparet. Hac incendio consumpta, obscura quadam, quod in eo loco Nerva forum fuerit, vestigia reliquit.

Palatij quoq; Nerva pars ex quadratis lapidibus, & columna adhuc inter Comitium, & Militia turrim cum S. Blasii ade inclusa sunt. De foro Romano, Comitio, Carcere Tulliano, & Marforij simulachro.

CAP. XV.

Romanum forum, quod etiam Latium vocatur, à radicibus Capitoli secundum longitudinem, usq; ad templum S. Mariae Novae, qua in Velia est perducebatur. Verum ab initio fines multo angustiores habuit. Nam ab eo quod dictum est initio, non ultra primas radices Palatini progrediebatur. Multos deinde post annos amplavit Augustus.

Comitium foro coniunctum, imò pars fori fuit, incipit namq; à Palatij porta, & finitur ad templum D. Mariae Novae.

In radicibus Capitoli, Versus Ortum brumalem, Ancus Martius carcerem, in quem rei includerentur edificavit. Addidit deinde Tullius Rex eam partē quae sub terra est, & carceri. Et Tullianum vocetur, nomen dedit. Fuit autem ex ingentibus saxis, angustis & oblongis foraminibus, lucis umbram recipientibus factum. Camera intus lapideis fornicibus, inculta tenebris, odore tetra, ac fetido. Carcer hic in duas partes, cameram superiorem & inferiorem distributus. Vocatus est autem carcer à coercendo, is enim inclusos, ne exeant coërcet.

Ante hunc carcerem ingens simulacrum marmoreum iacet, quod Marforium appellant. Hanc alij Pistorum dei, alij Iouis Panarij, quid tumores panum instar undiq; promineāt, effigiem esse putarunt. Nam Romani olim in Capitulo à Gallis obsessi, moniti sunt à Iove in somnis, ut ex omni frumēto quod reliquum erat, panem facerent, & in castra hostium proicerent. Quo facto, Gallis inopia subigi posse Romanos, desperantibus, ab obsidione desistunt. Romani igitur Iouis Pistori aram & statuam ob perpetuam beneficij memoriam erexerunt.

Putatur & hac effigies Rhēni flui. Germania esse, cum in scopulo sit erectum. Cur autem Marforium dicatur, nisi ea sit causa quod in Augusti fora constitutum est, ignoratur.

De Secretario Pop. Rom. Arcu Septimij,
templo Saturni: ac de Aerario, & offi-
cina cudendi pecuniam. CAP. XVI.

Post Marforij simulachrum, à regione arcus
Septimij, templum D. Martina est. Hinc
olim Pop. Rom. Secretarius in marmore inci-
sus fuit.

Ex aduerso Martina adis, ad Tarpeia rup-
radices arcus Septimij, in utroq; frons pectus eius
Imperatoris terra mariq; gesta continet.

Sequitur mox recta, nunc Dius Adria-
ni, quod aliquando Saturni templum fuit. Sa-
turni autem templum antiquissimum fuit.
Conditorem referunt quidam L. Largium alij
L. Tarquinium, tamen si Largium dedicasse
ratio sit verisimilior, L. Iunius, A. Sempronius, et
M. Minutius Cos: dedicatum, Numantiam
Plantum restaurasse scribit. Aerarium publi-
cum Pop. Romani ex Capitolio in hoc templum
translatum fuisse nemo scriptarum negat. Ve-
rù quare in Saturni ade aerariù esse voluerint
Vetres, varia sunt opiniones. Quidam ideo hoc
factù volunt, quod Saturni temporibus fieri nul-
lum commissum sit: Sub illo enim omnium omnia
còmunia erant, neq; quisq; auarus aut impro-
bus proximo struebat insidias sed iustitia, fide,
charitate administrabatur omnia. Cyprianus
hàc refert causâ, quia Saturnus primus numù
signari

signari in Italia instituerit, Sernabantur autem in arario promulgata publica Libri Elephantini in quibus x x x v. tribus Pop. Rom. continebantur. Omnium publicarum rationum libri. Tabula item ararii Veteres, & debitorum. Præterea militaria signa. Denique quæ Provincijs subiugatis, ab Imperatoribus ducibusq; per triumphos adferebantur. Postremo, quæcumque Reip. communiter reservare ex usu erat: Et leges literas, & alia quæ civitatis sunt communia. Censores ipsi in Saturni quoque insisterandum subire cogebantur.

Inter templum quod nunc D. Adriani olim Castoris & Pollucis, cudendi pecuniam, præfixis temporibus stabat officina.

De Miliario Aureo, Ponte Caligulæ, & de Rostris ac Curia. CAP. XVII.

Miliarium Aureum in capite fori Rom. sub Saturni ade, prope arcam Septimij olim fuit. Columna autem fuit quæ ita dicebatur, in qua omnes Italiae Viæ incisæ finirent, & à qua ad singulas portas mensura regionum currerent.

Caligula per forum Rom. à colle Palatino ad Capitulum pontem marmoreum duxit. quo edificio nihil in tota Urbe ambitiosius unquam existit. nam pons octoginta ingentibus ex mar-

V s more

more candidissimo columnis sustentabatur: quarum tres adhuc ad huius montis radices totidemq; ad illius. Et olim à Caligula sunt constitutæ cernuntur. Ad ipsum pontem, in medio foro, è contrario D. Adriani templo cotinua stat, hac una ex illis fuisse creditur, quæ equum Domitiani aneum & inauratum sustinuit. Ad pedes equi huius, Rheni fluminis Germania simulacrum erat, quod de hac provincia Imperator Domitianus triumphasset. Et hoc est simulacrum quod postea Marforium appellarunt: de quæ plura capite precedenti.

Ex nauium Antiatum rostris, suggestum in foro Rom. ad Palatii radices extructum à Romanis, quod Rostra templum vocabant, Et in ijs s. c. fierent. Rostra autem duplicia, Noua, quæ, Et dictum est, ad Palatii radices, & Vetera, quæ apud Curiam in Comitio fuerunt. In Rostris leges ferebantur, agebantur causæ, habebantur conciones. In ijsdem Viri clarissimis statuas erigere mos fuit. In loco præclaro fori Rom. pro Rostris in leone lapideo, in statua Fausti Romuli & Remi natoris corpus fuit: Is enim cum certamen Romulus & Remus conditorum Urbis dirimere vellet, ibidem cecidit, ubi postea ei statuam erexerunt. Post Rostra sepulchrum quoq; Romuli fuit. Pro Rostris etiam statua Hercules tunicata, habitu Aëleo, fascie torua posita, Sibyllæ quoq;

quoque tres statua in eodem loco. Mos item
fuit Romanis ut casorum capita pro Rostris
aspicienda exponerent.

Curia duae Roma fuere prope forum ad Pa-
cis templum Hostilia: Altera in Caelio monte,
de qua infra.

De Lacu Curtio, Cloaca Maxima, & Do-
liola.

CAP. XVIII.

Lacus Curtius in medio foro iuxta Domi-
tiani equum fuit. Nomen autem hic lacus
à M. Curtio, qui se sponte pro Rep. cum equo ar-
matius in hiatus medijs fori precipitavit, acce-
pit. Hac apud I. suum copiose declarantur. Alij
à Metio Curtio Sabino, qui per lacum hunc ad
spuos enasit, dictum volunt. Vel à Curtio Cos.
qui locum eum sepfit.

Cloaca Maxima Tarquinio iubente, monti-
bus subfossis, & Urbe pensili fornibus suspen-
sa, receptaculum omnium Urbis sordium facta.
Hac ad Iovis Statoris adem in tres ductus di-
visa, duo nunc clausi sunt, tertius per lacum Cur-
tium, sub foro Rom. per Palatini montis radi-
ces, in Velabrū aqua limpidissima fluit. & inde
canalis ē saxis quadratis extructo, in Tyberim
effluit. Olim cloaca erat plures, eaq. publica: Ve-
rum post Urbē à Gallis captam & incensam,
dum quisq. sibi domiciliū reedificare, qua par-
te pro

te primum potuit festinant, Vicorum nulla, Et
 antè fuerat ratio obseruata; neque ciuitas, Et
 prius in certas regiones diuisa, neque cloaca
 qua olim per publicum ducta, Vbi essent ani-
 maduersa postea primata subintrarunt tecta.
 Unde factum Et quaq; domus hodie suam fere
 habeat cloacam. Hinc fit Et author hic, cuius
 nos epitomè scribimus; non Et veteres scripto-
 res, regiones distribuerit, sed Et facilius intel-
 ligi Et retineri possent qua scribit, ciuitatem
 Et nunc est, in suas regiones diuisit, Et cum
 ostendit in qua parte ciuitatis olim quisq; lo-
 cus fuerit, ostendit ea in locis qua hodie habi-
 tatoribus nota sunt. Sed Et dixi primum cloa-
 cas fuisse publicas, ita curatores quodque publici
 erant instituti.

Iuxta cloacam Maximam, locus erat què à
 doliolis qua sub terra erant, Doliola voca-
 bant. Hic locus tam putabatur esse facer, Et
 ne spuerè quidem in eo liceret, In hoc Numà
 mystica quædam fuisse putantur. Tàmetsi qui-
 dam Senonum Gallorum cineres illic esse se-
 pulcras crediderint.

De Comitio: templo Veneris Genitri-
 cis, statuis & simulachris, quæ in Co-
 mitio, & foro Romano fuere,

ac de Cæsaris statua at-
 que columna.

CAPVT XIX.

Comitium

Comitium ubi sit. Unde incipiat, Et quæ
 Orbis parte finiatur; superius, huius libri
 capite x v. ostensum est. Dictum est autem
 Comitium, Plutarcho auctore, quod Romulus
 Et Tatius in locum hunc ad fœdera facienda
 coire consueverint. Vbi deinde S. P. Q. R. ali-
 quid quod ex usu Resp. erant decreturi coi-
 bant, Et dum consules, Tribuni, aliq; magistra-
 tus crearentur, aliæque quæ passim apud au-
 thores scriptæ sunt fierent. Is locus prope Sena-
 tulum in radicibus Palatini erat. Comitium
 multis annis tecto caruit, Unde sæpe comitia
 indicta, ob tempestatem ingruentem agere sunt
 prohibiti. Longo post tempore ubi Annibal in
 Italiam venit, tectum imposuerunt: restaura-
 vit deinde Cæsar. In Comitio sæpe ludi celebra-
 ti. In eodem (Et est apud Liniu) libri Sibyllæ
 combusti. Item multa in comitijs facinora
 perpetrata, de quibus etiam alibi.

In Comitio Coclitis statua fuit: quæ postea
 de cæla tacta, in aream Vulcani translata fuit.
 In Comitij cornibus Pythagora Et Alcibiadis
 statua; in gradibus ad laeuam Curia Aetij sta-
 tua, item eos eiusdem Aetij Et nouacula fuere.

Stata matris deæ simulachrum in foro con-
 stitutum. Hanc deam quæ colebant, eius lapi-
 des igne comburi non posse, hinc coniectaban-
 tur, quod ad eius statuam cum ignes, præser-
 tim noctu, crebri fierent. neque laderetur ta-
 men.

men, hanc illi, quam dixi, vim esse dixerunt: inde in omnibus fere platœis coli capta, ara & sacellula extructa.

Veneris Genitricis templum in foro, (Et prius ostensum est) fuit. Ante templum hoc, Cæsaris statua, cometam in capite gerens constituta.

Columna item Cæsaris ex marmore Numidico, pedum x x. conflata manebat. Ante Cæsariorum aedem Q. Martij equestris, Tremellij togata, M. Attyj velata statua fuit.

De Columna Mœnia, Pila Horatia, de Cæsaris, Constantini, & Domitiani equo: deque templo ac area eiusdem Cæsaris.

CAP. XX.

Columna Mœnia in ea furi parte fuit ubi Basilica Porcia stetit. Dicta est autem à Mœnio Censore Mœnia. Is enim cum domum suam Catoni venderet, Flaccus Censor iussit Et illic Basilica aedificaretur. Mœnius tantum spatij, quantum columna occuparet, sibi excepit, super quam tectum tignis prominentibus & tabulatis in eos insectis imponere liceret, Unde ipse & eius posteris munus gladiatorum spectare ius esset, id quod obtinuit. Hinc deinde & alij eadem industria colimnas in foro, quibus concedebatur extruebant.

Petra in foro erat etiam, in qua Tergemi-

NOTA

eorum spolia imposita.

Pila item, Horatia dicta.

*Decoravit præterea forum equus Caesaris.
Constantini, & Domitiani.*

*Item Atrium Minerva, Tabernæ Veteres.
& Novæ.*

*Caesaris cadauer è Curia in forum delatum,
in eo loco ubi postea ei aram & templum ex-
truxerunt positum fuit.*

*In foro item magistratum deponere mos Ro-
manis fuit.*

De foro Caesaris, Basilica Pauli, & eiusdem Bibliotheca. CAP. XXI.

A Templo Saturni, siue arario publico (de
quo supra huius libri cap. XVI.) in fo-
ro Rom. versus Ortum æstivum, forum Ca-
saris erat, in eo loco qui post Faustina tem-
plum declinior apparet. Ibi Veneris Genitricis
templum, cui Caesar atrium circumduxit, &
forum non Genalicum sed eorum qua ad iudicia
conveniebant constituit. In hoc inter alias fla-
tuas, quæ ibi erant plurimæ pulcherrimæq; si-
bi ipsi loricatam extrinxi passus est. Forum ipsum
breve quidem spatium complectebatur, sed or-
natum eximie. Constitit aræ supra sedit: una
millies.

*Caesar P. urb. in Aem. lium collegam C. Mar-
celli*

celli in consulatu mille & quingentis talentis sibi amicum defensorémque paravit. Hac pecunia ab eo accepta, Paulus in medio foro, prope Castoris & Pollucis adem, ex columnis Phrygiis mirabilem, ac nobilissimam extruxit Basilicam, quam Pauli Basilicam deinde nominarunt.

Bibliothecam quoque idem Paulus prope suam Basilicam construxit.

De foro Augusti, Porticu Antonini, Faustinae, & Liuiæ, ac de Cæsaris domo.

CAP. XXII.

Forum Romanum, Cæsaris, & Augusti prope inuicem fuisse certum est. Augusti, apud Marforij simulachrum in Urbis parte celeberrima fuisse adferunt, angustis quidem limitibus, sicut & Cæsaris circumscriptum, sed statuis insignibus, & alijs rebus ornatisimum. Habebat namque statuas Castoris & Pollucis, cum Alexandri Magni Victoria. Coruini præterea, & in eius casside corui pugnantis simulachrum. Apollinis eburnea: & præter hac alia insignia ornamentaque virtutis.

In hoc foro publica iudicia & sortitiones indicum fiebant. Hic de bellis, triumphis, alijsq; rebus magnis cōsultabatur. Hinc prouincias cum imperio potituri exhibant. Huc Victores qui rediebant, triumphorum insignia inferebant. Hoc fo-

rum

rum vetustate detritum restituit Hadrianus.

Habuit forum hoc porticus duas in quibus omnium statua triumphalis effigie erant exornata.

Habituavit Augustus in Via sacra, in adibus non usque adeo amplis, sed mirè à nepte sua Livia instructis. Hanc opulentiam Augustus non ferens, solo aquavit. In huius area, deinde extructa porticus Livia. Hæc etiam Claudia vocata. Quam Nero evertit, Domitianus sub presco nomine restauravit.

Antonina & Faustina porticus pulcherri-
ma & varijs marmoribus exornata, ubi hodie
D. Laurentij templum in Miranda, olim ex-
tructa sunt.

De Sororio Tigillo, Vico Cyprio, Scelera-
to & Patricio, atque M. Antonij domo.

CAP. XXIII.

Sororium Tigillum locus sacer erat causa
Sexpiationis ab Horatio ob sororem à se in-
terfectam, in honorem Iunonis prope Carinas
constitutus.

Vicus Cyprius prope clium, qui ad Divi
Petri templum in Vinculis ducit, est. Sic dictus
à Cyprio. In hoc Sabini primum ciuitate dona-
ti, habitarunt.

Vicus Sceleratus ex Tullia facinore (de qua
Livius) sic est cognominatus. Hanc alij cum

X

dem

dem cum superiore, alij diuersum putant.

Vicus Patricius, quod ibi Patricij habitare rusi sunt à Tullio, sic est appellatus. Nam hic locus editior paulo erat, unde se facile ab aliorum subita vi, si ingruisset, sese è loco superiore defenderent.

M. Antonius domum, ubi olim Telluris templum fuerat, inhabitauit. Post Antonium in eodem loco *D. Pantaleonis* templum excitatum fuit.

De bustis Gallicis, & Aequimelio.

CAP. XXIII.

Busta Gallica locua in media Vrbe, ubi Gal-
lorum, qui Romam occuparant, cadavera
combusta atque sepulta sunt. Fuit in ea Vrbi
parte, ubi hodie *S. Andrea* in *Busta Gallica*
templum existit. Hoc corrupto vocabulo *Portu-*
gallo hodie appellant: hand multum ab *Am-*
phitheatro abest. *Varro* prope *Aequimelum* *Bu-*
sta Gallica ponit. *Aequimelum* autem dicitur,
quod *Mely*, qui regnum affectauit, domus solo
ibidem sit aquata.

De via Sacra, Arcu Fabiano & Vespasiano.

CAP. XXV.

Via Sacra à Curia Veteri principium in
angulo Palatii iuxta arcum in *Constan-*
*ti*ni. *Varo* à *Carinus* & *Sternia* sacello initium
cepisse

cepisse existimat. Ex quo colligitur Viam Sacram aliquando per D. Maria Nova hortos, ad Pacis templum, & forum Caesaris, recta ad arcem Capitolijs esse productam. Sacra autem nomen obtinuit, quod augures ex arce profecti per eam augurando procedebant; & sacra quoque mense per eam Viam ferrent in arcem. Vel, quod in ea fœdus inter Romulum & Tatium actum sit. In summa huius habitavit olim Ancus Martius, prope Larum adem.

Cælia statua insignis in hac Via constituta fuit.

Arcus item Fabianus in ea iuxta Regiam, ad Pauli Basilicam à Fabio Censore, qui Allobroges devicit, excitatus fuit. In hoc arcu eius scuta, & Victoria signa insculptæ. Ad hunc Scribonius Libo sedem, & Prætoris tribunal, quod Puteal dictum, posuit.

In eadem Via arcus marmoreus. Vespasiani, omnium antiquissimus qui nunc sunt, à Vespasiano devictis Hierosolymis constructus fuit. In hoc eisdem Victoria sculpta sunt cum arca fœderis ex parte una, ex altera triumpho, spolia, aureum candelabrum, septem lucerna, dua Moysis tabula, vasa templi, mensa aurea, ponderis talenti magni, & alia multa, de quibus Iosephus.

De Græcostasi, Senaculo, Curia, & Basilica, Opimij & Porcij.

CAP. XXVI.

X 2 Græco

Gracostasis locus est è Comitio euntibus ad dextram Rostrorum. Ibi exterarum nationum Legati ad Senatum missi, donec admitterentur, stare consueverunt.

Opimij Basilica & Curia prope Gracostasim fuit constituta. Supra Gracostasim, ad Concordia ad eam Senaculum positam. Senaculum autem, quod Senatus in eo, aut seniores convenire soleant appellatur. Gracè γερσσία dicitur.

Curia in Comitio fuit, & idem hic locus est, Et quidam volunt, cum Senaculo. In Curia publicas curas gerebant. Fuit autem Curia sacerdotum, ubi res divina tractabantur: & Senatus, ubi humana gerebantur, curia autem ubi Senatus conveniebat templum erat. Non licebat enim S.C. & senatum, nisi in loco per auguria constituto fieri. Hinc Curia Hostilia, Pœpeia & Iulia, antea loca prophana, templum per auguria, Et Senatus in ijs haberi possit, sunt consecrata. In Curia, Victoria ara erat: in gradibus Curia signum eiusdem deæ ex puro auro signum fuit.

Cato Maior in sua Censura Basilicam ex are publico, foro Vicinam sub Curia edificavit, & Porciam à se cognominavit, Romuli etiam Palatium apud eam Maria nova postum fuisse putant. Itaque hac loca quæ quarta Urbis regione descripta sunt, eodem fere loco coniuncta fuere, quæ inter eum ambitum, quò à Comitio

*initio eundo Versus Pacis, & Maria Nona
templa & hortos penè &que ad Esquilias in-
clusa continebantur.*

DE TEMPLO IANI
ET PIETATIS, AC
de carcere plebis Rom.

LIBER IIII.

CAP. I.

DEScriptis quatuor partibus
Urbis, sequitur quinta: hac ea loca
qua Tyberim, Aventinique à dex-
tra parte, à sinistra Verò Tarpeiam
rupem, Palatium, Vallèmq̃ue inter ipsos mon-
tes comprahensam includit. Quapropter à pro-
ximis locis qua post Marcelli Theatrum sunt,
memoratu dignis auspicabimur, & per ipsius
Urbis planiciem percurremus. A Iano igitur,
qui ab antiquis rerum ianua principiumque
est creditus, exordiemur. Iano templum Nu-
ma ad portam Carmentalem, post sacellum
deinde S. Catharina ad inium Argiletum, iux-
ta Marcelli theatrum extruxit. Gemina tem-
pli ianua Pacis tempore clausa, belli Verò ape-
riebantur à Consule, qui prior, tanquàm di-
gnior fuerat creatus. Hoc per tantum clausum
fuisse memoria præditū est. Primum ab ipso Nu-
ma: secundo, a T. Manlio Cos. tertio, post bellum

Aetiacum ab Auguslo. Cur autem belli tempore apertum fuerit, varia traduntur rationes: praecipua tamen existimatur, quod accidit Romulo contra Sabinos bellum gerente. Cum enim Sabini portam Carmentalem iam occupassent, & Urbem irrupturi essent, ex inopinato copiosum aqua feruida flumen, è Iani templo, quod ante portam in propinquo erat, in hostes erupit. Itaque illis in fugam conuersis, ciuitas liberata est. Vnde posteri Iano, tanquam in auxilium promocato, tempore belli, fores illi, & liber sit, aperiant.

Alij Tatium & Romulum templi eius aucthores referunt, & qui, cum factus inter eos scilum esset, communem deum tanquam federis icli testem, inter duos reges, & duos populos Ianum bisfrontem esse consenserint, & eidem hoc templum in eo loco ubi nunc ruina S. Catharinae adis conspiciuntur, constituisse.

Alij insuper Cn. Duilium & uisuisse, Tiberium Verò adificasse adstruunt. Verum diuersa haec aucthorum sententia hinc nata videtur, quod apud posteros plures Ianos fuisse cultos certo constet, cum apud Veteres vnus solum sit creditus, & quod de alijs atque alijs dicitur, de eodem dictum falsò putatur. Id quod superius, ubi de Iano quadrifronte, cuius templum in foro constitutum scripsimus, videri potest. Ianus omnium primus dñs templum fecisse. & ritus instituisse
fer

fertur, & ob id in sacrificijs primas meruit: figuraturque cum clavis & Virga, Et qui portarum custos, & Viarum rector fuit.

Augustus præterea eius simulacrum ex Aegypto Romam attulit, & in foro Holitorio templum in honorem eius extruxit.

Pietati in foro Holitorio templum M. Attii Glabrio, in quo loco hodie S. Nicolai templum in Carcere, dedicavit. In eodem loco primum Ap. Claudius Decemvir Senatus decreto carcerem, cum publicum, de quo superius, non sufficeret, edificavit, & Carcerem Pl. Romana appellavit: in eodem postea ipse, iudicij reus, sibi mortem conscivit. In quo etiam multis post annis puerpera quaedam paupercula, & humilis loco nata, captæ, & ob flagitium, Et fame moreretur condemnata. Fluvius filia cum carceris janitori supplicasset, Et illam accedere liceret, exquisivit prius, numquid alimenti afferret, postquam nihil habuit: admissa est: & id sæpius factum. Tandem cognitum illam qua capta erat, & veribus filia nutritam, itaque mater libera dimissa, & utrique alimentum à publico de Principis decretum, & ob illius pietatis memoriã, Pietati dea, hunc locum consecrarunt, Livius non matrem, sed patrem ea ratione à filia nutritum autumat,

De foro Holitorio, Aede Iunonis, Matutæ, & Spei, Sacrario Numæ, columna Lactaria, ac ara, & Fano Carmentæ.

CAP. II.

Forum Holitorium hinc nomē habet, quod illic holierum copia sit, extra portam Carmentalem, ubi olim antiquum macellum fuit. Huc locum hodie plateam Montanariam vocant.

In eodem foro C. Cornelius Cos. bello Gallico, aedem Iunoni Matutæ vocit : quam idem postea Censor locavit, in eo loco, ubi desinde D. Andrea, cognomento in Mentura templum fletit.

Idem C. Cornelius in foro Holitorio Spei templum, varijs ornatum marmoribus construxit quod postea Collatinus consecravit: fulmine longo post tempore etiam postremo conflavit.

Columna quoque Lactaria in eodem foro, ad quam pueri infantes lacte alendi deferebatur.

Numa Sacrarium ad theatrum Marcelli ad imum Argiletum fuit.

Ara Carmentalis ab Evandro Carmenta matri consecrata, ante Carmentalem portam fuit.

Ibidem Fanum Carmenta à matronis Romanis adificatum. Hac primum Nicosstrata, sed quia carminibus oracula reddebat, Carmenta est vocata.

De

De foro Piscario , & templo Fortunæ
Virilis.

CAP. III.

Forum Piscarium secundum Tyberim ad Iunium, inter S. Maria in porticu, & Aegyptiaca templa, intraq. portam Carmentalem haud longè a foro Boario ponitur.

S. Maria Aegyptiaca templum iuxta Tyberim, & eiusdem cognominis pontem hodie est. Hoc alij Misericordia, alij Fortuna atque Pundictia olim templum fuisse, affirmare canantur, sed frustra, nam illa templa non hoc loca, sed in foro Boario fuere. Verum hoc quo de hic fit sermo, Fortuna Virilis templum prope Tyberim fuit. In hoc Servij Tullij lignea statua, auro perfusa stetit, qua incendio exorto, ceteris absumptis, sola remansit incolumis.

De templo Vestæ, Salinis, Coclitis arcu.

CAP. IIII.

Ad Maria Aegyptiaca adem, extat adhuc templum antiquissimū, nunc D. Stephano dicatum, cuius forma est circularis, columnaq. in circuitu disposita, testudinem, qua omnia totam adem operit, sustinent. Hoc templum Vestæ olim sacrum fuit, Numa, sumpta forma ab eo quod Alba fuit, orbiculari, in vertice forum lucis causa habentem extruxit. Ceterum

de ipsa simulachrum non habet; cum nec ignis cuius dea hoc esse perhibetur, effigie ullam certam constantemq; habere queat. Vestiam autem hinc appellantur Latini, quod Varijs sit Vestita rebus. Græci ab ἑστία, quod Vis eius ad aras focusq; pertineat. In hoc templo sacer ignis non custodiebatur sed in eo quo de supra mentionem fecimus, quod Romulus inter Capitolium & Palatium extruxit, conservabatur.

Salina salis publici, in ea ripa Tyberis quæ prædicta Vesta ade, in Aventinum pertinet, receptacula fuerunt.

Arcus Horatij Cæcilius ad primas Aventini radices, inter montem ipsam & Tyberim fuit.

De foro Boatio.

CAP. V.

HÆtenus ab huius libri quarti initio descripta sunt, quæ ad dextram Tyberis partem notanda fuerunt, deinceps quæ ad sinistram eiusdem fluminis memoratu digna videantur, pro more percurramus. ac primum quidem de foro Boatio.

Forum Boarium prope Velutrum et Ianum, inter Palatinum montem, & scholam Gracæ apud templum D. Gregorij fuit. In eo anenturi simulachrum antiquissimum fuit. Quidam ab hoc foro Boario nomen esse volunt: Alij quod illic boves veniuntur: Vel quod in eo boves immolare Veteribus mos fuerit. Vel quia

Enas

*Euander in eo loco Herculi ob interfectum Ca-
cum & boues receptos, bouem immolauit. Ibi-
dem erant olim instrumenta cum Victimarijs.
& sacrificulis ad sacrificia ipsa accinctis.*

*In hoc foro primum gladiatorium munus ex-
hibitum.*

De templo Herculis Victoris, & ara Ma-
xima. CAP. VI.

Herculis Victoris templum rotundum in
foro Boario, iuxta scholâ Gracâ, vbi olim
Euander Herculi aram Maximam posuit, ex-
structum fuit. Hoc tanta veneratione esse pradi-
cant, vt neque muscæ neq; canes eius tecta sub-
intrent. Hercules namq; cum sacrificulis suis vi-
sceratione cõmitteret, Myagirim, id est, muscæ
rum congregatorẽ deum, impetratus est. Illic ergo
procul ab hoc tẽplo suas muscæ abigit. Clauam
verò ad fires reliquit, quam vbi canes conspe-
xerint, procul illinc aufugiunt: & hoc a. Plinij
vsq; tempora ita à muscæ canib; immune
fuit. Huius sacris neque mulieribus, neq; ser-
uis aut libertis interesse licet. Templum hoc po-
stremo Neronis incendio consumptum est.

Statua præterea Herculi ab Euandro erecta
quæ, quia triũphali veste induitur, quoties triũ-
phatur in Vrbe, Hercules Triũphalis est dicta.

Euandro regnante arâ solam, quam Maxi-

max

*nam vocabant, Hercules habuit. Hanc ipsi E-
uander ob Cacus interfectum, & boves resti-
tutos excitauit. Et insuper bouum decumas ob-
tulit. Dixerat namq, ille, Vitam hos ducturos
felicem, qui sibi bonorum decumas dedicauis-
sent: Hinc etiam Decima Herculeana nomen.*

De Pudicitia, Fortunæ Prosperæ, Matu-
tæ, Fortis Fortunæ æde, ac de Vico publi-
co, Velabro, & Accæ Laurentiæ sepulchro,

CAP. VII.

AD Herculis templum, Pudicitia Patritia
adem ab Aemilio conditam esse constat.
Pudicitia autem huius signum in foro Boario
erat, ad cuius dea sacra Plebeijs Virginibus ac-
cedere non licebat. Quare plebeia quadam Vir-
go etiam Plebeia Pudicitia sacellum excitauit,
à cuius sacris Patritia Virgines vicissim arce-
bantur. Fuerunt & alia multa. Pudicitia loca
templaque consecrata.

Fortuna Prospera et Matuta templa cōsecre-
uit in foro Boario, Ser. Tullius. Prosperam autē
vocat eam fortunam, qua caca non erat. In eo
loco aliquando oleam fuisse ferunt, ex qua cum
mel flueret, augures arculam ex ea fieri iusse-
runt, in ea sortes, qua puerorum manibus For-
tuna monitu tractata fuissent, aut misceba-
tur, tanquam felices futura ac nobiles, recēde-
bantur. Ser. Tullius omnes actus suos quales-

cum

-unque essent, fortuna adscripsit, Et qua illum ex ancilla natum saepe iuisset, Et postremo ad regiam dignitatem promouisset. Hinc Fortuna Primigenia Et Mascula, Conuertenti, Benefe-
ranti Videnti, Et qua regat Et faciat omnia, templa consecrauit. Parua quoque Fortune tem-
plum dedicauit, eo significans, nihil tam par-
uum nobis accidere posse, quod non dijs acceptum referre debeamus.

Matuta templum Couit Camillus bello Ve-
rentium, dedicauitq;. Quod diu antè restaura-
uerat Ser. Tullius. Matuta Et Primigenia For-
tuna eodem die sacra faciebant Rom. et eodem
quoque die ades earum simul sunt igne consum-
pta. Camillus Cos. ex Etruscorum manib;js
prope Matuta, Fortuna Forti templum facien-
dum locauit.

Vicus Publicus à foro Boario incipiebat, Et
in Auentinum ad Iunonis regina templum
ducebat.

In hoc Vico prope Boariam forum Velabri
ades. in eo loco ubi nunc D. Gregorij cognomen-
to in Velabro templum est.

Auentinus cum à reliquis montibus discus-
sus Tyberi fuit. Priusquam enim Tarquinius
Priscus alueum Tyberis mutaret, eruptionibus,
Auentini radices sinu facto, abluabat: qua-
propter necesse fuit, Et Auentinum aditurus
Velaturam faceret, id est, quadrante dato,

lyn

lyntribus eò Geheretur. Hinc à Gehendo Velabrum locus is hodie, quà olim Tyberis sinu facto, transibat, dicitur.

Acca Laurentia sepulchrum in Velabro quæ fuisse, scriptum reliquit Antias.

De Vertumno, eiusque templo, Iano Quadrifronte, ædibus Africani, Basilica Sempronia, ac de Lancis Tabernis.

CAP. VIII.

Vertumnus deum antiqui dixerunt, non solum qui rebus vendendis, emendisq; fructibus, denique ipsis, sed etiam qui mentibus humanis præset, dictus à Vertendo, quod is mentes cogitationesq; pro suo arbitrio mutaret, Verteretque sæpe in diversam sententiam. Huius signum & templum in Vico Tusco ad Opes & Cereris aras constituerunt. Festa eius, quæ mense octobri celebrabantur, Vertumnalia appellantur.

Sunt qui Vertumnus & Ianus Quadrifrontem eundem esse voluerunt, hac ducti ratione, quod Iani Quadrifrontis templum in Velabro, ubi & Vertumni posuerunt, constitutum esse velint. Iani autem templum, de quo etiam superius, quatuor columnis unam testudinem templi sustinet: quatuor insuper portas habet, & in frontispicio cuiusque duodecim fenestellas, quæ quatuor anni tempora cum duodecim mensibus
d's

designant. Iam autem in sacrificando principem posuit antiquitas, nomenque ab eundo imposuit. Unde domorum quoque transitus iama appellantur.

Ad Vertūni signū P. Africanus ad eam habuit: quam deinde Sempronius cum Tabernis Laneis emit, & Basilicam, quam Sempronius vocant, eodem loco prope templum S. Gregorij in Velabro construxit.

De Argiletō, domo Cornelij, Aequimelio, & Socordiae sacello. CAP. IX.

Argiletus à fine Vici Thusci incipiens, ad Marcelli theatrum terminatur. Fabius Piclor, à principio Vici Thusci, sub Caeliolo, inter circum Maximum, ad Auentinum usque deduxit. Argiletus autem, ab argilla terra, cuius illic copia est, nomen habet. Vel ab Argo quodam, qui cum ab Euandro hospitio susceptus esset, vita insidias struxit, ut eo interfecto, ipse regnaret. Verum insidijs à socijs Euander animaduersis, ab illis interficitur. Huic Euander sepulchrum in eo loco & locum ipsum consecrauit.

Imus autem Argiletus ad Marcelli theatrum est. In hoc vico opificum tabernae erant, & in primis bibliopolarum. Has tabernae Argiletanas dicebantur.

Cornelius Domitianus in Velabro domum habitasse fertur.

Aequi

Aequimelium inter Velabrum & Capitolium, ad tabernas Laneas fuit. Hinc Verò hoc nomen habet. Quòd Sp. Melius, cuius Romanus regnum affectans in hoc loco habitauit. Qui cum regnum affectare intelligeretur, occiditur & bonus eius publicatis, domus solo aequata, area is locus à Romanis factus.

Murtia Socordia templum sub Auentino ad clium Publicum fuit, ea parte qua ad adem S. Prisca ascenditur. Hinc Auentinus quoque ipse Murtius aliquando dictus est.

Asylum praeferre à quidam in hoc loco ponunt. Verum in Capitolio primum Asylum fuisse adificatum à Romulo, superius indicatum. At postquam in Capitolio tanta opes sunt congestae, & Senatus subinde in eodem conueneret, non satis tutum visum est Romanis, in eum locum latrones, aliosq; omnis generis infames homines confugere atq; habitare, visum igitur illustius esse aliud Asylū trāsferre. Itaque non solū Vno locò, sed pluribus deinde Asyla esse ceperūt, nec Roma modò, sed alibi quoq; terrarum.

Circus quid sit, vnde dictus, & cuius rei causa institutus. CAP. X.

C*ircus dicebatur locus is, ubi ludicra fiebant certamina. Dictus autem circus ob hoc quòd in circustu spectaculo adificatus, ibi ludi*

ludi fierent, & quòd illic circum metas ferretur pompa, & equi currerent. Erat autè forma oblonga instar arcus in circuitu habens gradus spectatori bus apta sedilia, ne alter alterius prospectum impediret. In medio meta duae pari intervallo distantes. Carceres item in prima circi parte. Carceres autem hinc vocati, quòd equi, donec magistratus signum pugna dedisset, illic coërcerentur.

Ludorum Verò celebritates, deorum festa sunt: siquidem ob eorum natales dies, vel templorum dedicationes constituti sunt, & fiunt. Et primus quidem Venationes, quae vocantur, munera, Saturno attributa: Ludi Verò scenici, Libero: Circenses Neptuno, et Cereri. Sic alijs alijs dicati ludi, in eorum honore & memoriam quotannis celebrabantur. Circenses Verò Ludi hinc dicti, quia in ripa fluminis agitantur, in altero latere positus ensibus, &c. Verùm de ludis, & spectaculis multa Sisinnus.

De circo Maximo.

CAP. XI.

Circum Maximum primum instituit & fundamenta posuit Targuinus Priscus, inter Aventinum et Palatinum. Caterum magnificentiam ipsam addidit Caesar & amplavit. Cum enim longus fuerit stadiorum trium cum dimidio latus quatuor ingerum. Caesarem in eam amplitudinem extendisse, & non Tar-

I

quini

quinium, Volunt: id quod Verisimile est, cum Tarquinij temporibus ciuitas adhuc tam populosa non esset, neq; in tantum deditz spectaculis, ergo, non tanto opus erat spatio. Et Caesaris aetate. Habebat autem Circus tribus lateribus effossum stagnū, altum latūq; pedes denos. Post stagnū porticus adificata triplici tectura, basidia habebant in imo lapidea, superiora lignea, basin omnes porticus habebāt eandē, coniuncta namq; sphericā constituiebant formam. Capiebant ha hominum centum quinquaginta millia Reliqua Vide apud Dionysiu. Tiliuum, Liniuum, aliosq; qui de adificijs Rom. scripserunt. Hunc circū exornauit deinde Augustus, novo carcere fecit marmoreas, metisq; decorauit, aliāq; multa addidit ornamenta. Postremo collapsum, ampliorem & elegantiorē reddidit Traianus. Post hunc insuper Helio gabellus columnas pulcherrimas addidit, aureaq; illa strauit, pauimenta deniq; ipsa ex chrysocolle strauit. Verū de circi pulchritudine multis scribit Nazarius. Talis namq; fuisse perhibet hic locus, Et homines non tam ob ipsū certamina quā m loci amplexitatem illuc conuenirent. Maximus autem ideo dictus putatur, quod decorum maximo Vortumno sacer esset, Vel, ob ludorum magnam sumptuositatem & excellentiam, Vel, quod inter circos Flaminium Intimumq; maximus esset. Nam Plinius longum

Radio

stadium trium, latum vero unius fuisse scriptum reliquit, Et qui hominum sedentium caperet ducenta sexaginta millia.

De templis & aris quæ in circo Maximo, vel in circuitu fuisse leguntur.

CAP. XII.

Consus consiliorum deus fuisse perhibetur, Et qui hominum consilia celet, vel prodas hominibus. Huic in circo Maximo sub tecto ara fuit, quæ significat, tecta consilia esse debere. Ob quam causam hæc ara etiam illi à veteribus Romanis consecrata fuisse legitur. Illi namq; dum consilium de raptu virginum Sabinarum cepissent, Verus ne ante tempus prodicerentur, huic deo aram hanc dedicarunt, Et simulachrum quoq; eius in ea constituerunt. Quæ quidem ara quadam temporum iniuria, Et hominum in deos negligentia, ita neglecta mansit, Et tandem penitus ignoraretur. Tandem iterum inuenta, reliquis temporibus tecta manebat, certaminibus vero equestribus de-tegebatur. Huic quoq; deo Consualia festa instituta, ludi quos in raptu virginum Sabinarum instituerant, ad hanc aram ab eius sacerdotibus celebrabantur.

Neptunus eques item in circo Maximo templum habuit. Hoc anno à Christo nato M. D.

XXVI. post D. Anastasia templum in radicibus antiquis Palatii in circi fundamentis

reper

reperturn est, & Vestigia inuenta, Et certis coniecturis templum hoc Neptuni fuisse comprobatum fiet. In huius honorem Circenses ludi à Veteribus sunt celebrati.

Genio quoq, arcanorum consiliorum duci aram in circo Maximo constituerunt.

Præter has habuit circo Max. tres alias aras: Unam dijs Magnis: alteram dijs Penatibus: tertiam dijs cæli & terra. à quibus oritur omnia. Hos Romani Genios, Penates, Urbisq, Praesides, & Custodes vocabant.

Liber, Libera, Ceres & Proserpina, iuxta circum Maximum templa habuerunt: qua Posthumius aduersus Latinos bellum gerens vovuit. Idem rediens, re feliciter peracta, adificauit, dedicauitq,.

Solis deniq, & Flora templa in eodem fœre ambitu.

Veneri item templum prope circum Maximum fuit. Hoc Q. Fabius Gurges Cos. ex ære multatitio matronarum ob stuprum condemnatarum faciendum locauit.

Iuuentutis Lucina non longè ab eo loco extra circum Maximum adem dedicauit.

Mercurius item templum ad circum Maximum habuit.

Fortuna Seia Plinij tempore simulacrum in circo Maximo cernebatur,

De Naumachia circi Maximi. CAP. XIII.

Naum

Naumachia locus, hanc ob causam vocatur, ὅτι αὐθιγίταις ναῦσι μαχεῖσθαι, id est. quod ibi nausibus decertarent, nam illic loca instar lacunarum effosa. Vbi navalis pugna simulachra quadam ostendebantur ad iuventutem Romanam exercendam, Et mari quoque hostem laceffere ac ledere nosset. Huiusmodi ludicra, non solum in circis, sed amphitheatris quoque commitebantur.

De Obeliscis duobus circi Maximi,

CAP. XIII.

Obeliscus (Marcellino authore) lapis asper admodum est, in figuram meta cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsum, utque radium imitetur, graciliscens paulatim, specie quadrata, in verticem productus angustus, manu levigatum artificis. In plerisque litera hieroglyphica sunt insculpta, quibus nimirum authorem aliaque memoranda referebant. De his notis, idem Marcellinus: Formarum autem innumeras notas hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus incisas, initialis sapientia vetus insigniuit auctoritas. Tantum ille. Pingebant autem varias animalium ac volucrum figuras, Et saepe nova confingebant, quibus quod memoria dignum erat ad posteros reservabant. Et is mos non in

Aegypto solum, sed alibi quoque terrarum datur aut, donec litera ipsa sunt reperta, tum hoc cessavit, & primum quidem Unica litera integram dictionem, dictione orationem significabant. Verum de his multa apud authores qui de notis his scripserunt. Fiebant autem Obelisci (Plinio teste) ex lapide simithe. Hos dijs erigebant, atq; consecrabant, in primis Verò Soli, & ideo ijs excidendis radios imitabantur. Et dictum est, solares. Primus omnium Methres rex obeliscum instituit. Roma obelisci nulli excisi, sed aliunde allati, ob rei admirationem & ornatum erigebantur. In circo igitur Maximo obelisci duo cernebantur, alter erectus in altum stabat, octoginta octo pedum altus: Alter in naumachia iacens, centum triginta cum dodrante longus, prater basim, quem Augustus ex Hieropoli Aegypti ciuitate. Romam transfudit: Verum erigere cum conaretur in duas partes fractus cecidit. Hic excisus à rege Sennefretco, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit.

De fornice Sertinij in Circo, Loco Tuberonum in circo, & theatri. Lupanariibus, Pompeij domo, & Iuturnæ fonte.

CAPIT. XV.

Serti

Sertinius Hispania deuicta, magnā copiam Specuniae in ararium retulit, & ex manubijs Fornices duos, alterum in foro Boario, alterum in circo Maximo excitauit. His fornicibus signa aurea, aliāq; ornamenta imposuit.

Heliſorum familia haud diues, sed magna exſtimatione apud Romanos erat. Inter quos tanta concordia fuit Et ſedecim ſimul ſuo tempore in iſdem adibus habitarent. Quibus ob inſignem Virtutem, & res bene geſtas, locus a S. P. Q. R. in circis & theatris, & ſpectaculis intereſſe, & certaminibus poſſent, eſt donatus.

Apud circum Maximum Lupanaria, & meretrices corpore quaſtum faciebant. At hic locus poſtea ſolo aequatus, nunc area eſt.

Pompeij domus, prope circum Maximum & in ea ſtatua Herculis conſtituta.

Inturna nymphea fons adhuc in Velabro ſaturire iuxta cloacā Maximā quibuſdam videtur.

De Septizonio Seueri. CAP. XVI.

Sequēbatur poſt circum Maximum Orbis. Pars ſexta, nēpe montis Caelius. Verū quia Septizonium Seueri, & Conſtantini arcus, antequā ad Caelium ſit Ventum, inter Palatinum & Caelium occurrunt, de his, praſertim ſtructuris tam inſignibus, prius aliquid dicendum

I 4 dum

dum est. Septizonium ergo magna quadam moles est, & quadrata, quæ septem singulis, id est, columnarum ordinibus inuicem superimpositis in modum quatuor porticum ambitur, ita ut columna quanto altiores, eò minores, breuioræque disponantur: in cuius medio quatuor parietes, loculos quosdam facientes, surgunt: in summo regium, & imperatorum condebantur cineres. Iulius Capitolinus Septodium nominat eam molem, Græci enim loca frequentia, ad quæ multa perducuntur Via, Heptodia vocant, ἀπὸ ἑπτά & ὁδός. Plinius Septisolum appellat, à septem solaribus: In singulis enim ordinibus columna marmoreis trabibus inuicem superius iungebantur: alijs vero trabibus cum mole ipsa in interiore parte excitata, et ita singuli ordines unam faciebant porticum, siue solarium. Duo autem Roma Septizonia fuisse leguntur, Titi nempe, antiquissimum in Via Nuova, non longè à Seueri Septizonio: huius ne vestigium quidem restare videtur: Et Seueri huius adhuc supersunt, è regione templi S. Gregorij, tres, operis ambitiosi veluti zona, columnarum pulchritudine, & magnificentia spectabiles: Constitutum fuit autem in Via Appia ab ipso Seuero extructam, nunc quod reliquum est, ita inclinatur, ut iamiam rueretur.

De arcu triumphali Constantini Imper-

ATORIS.

CAP. XVII.

Arcus triumphales erigebantur ijs solum qui provincijs aut exteris nationibus de bellatis, & rebus feliciter gestis, triumphum meriti videbantur: Unde etiam triumphales arcus dicti sunt. In his arcubus ob perpetuam rerum gestarum memoriam, loca ipsa, ubi bellum actum, machina & acies, si in terra pugna commissa: naues, si maritima: fuerant, incidebantur. Verum ante Imperatorum temporibus arcus excitantur intus, & Plinij tempore primum extruere cepti sunt, ut Titi sit omnium antiquissimus. Ante Imperatorum aetatem, statua & trophæa ponebantur. Postea multi sunt excitati, inter quos Constantini arcus in frons ad angulum Palatii, iuxta theatrum triumphalibus ornamentis conspicitur, & adhuc hodie propemodum illasus superest. Hunc Constantinus ipse sibi, Maxentio superato ad Milvium pontem, constituit.

De Caelio monte & Caeliolo.

CAP. XVIII.

Caelius mons olim à quercuum frequentia Quercuetulanus: postea à Cæle Vibenna Hetrusca gentis duce, cui sedes in eo monte datur à Romanis est, Caelius est appellatus. Thuscorum igitur populus cum esset propter multitudinem & loci munitiones suspectus, in viam, qui Thuscus ab ipsis est cognominatus, mittere iussus, Qui vero extra suspicionem erant,

X 5 Caelio

Cæliolum vel Cælicolum, id, est, parvum Cælium occuparunt, is fuit ubi olim Diana colebatur, hodie D. Evangelista Virginis locus illic est & templum consecratum, Mons hic postea à Tiberio Augustus est cognominatus.

De Fauni, Veneris, & Cupidinis templo, Curia Hostilia, Castris peregrinis, domo Lateranorum, de Constantini & Sessoriani Palatio, ac de L. Veneri statua equestri.

CAPUT XIX.

IN Cælij montis dorso, templum fermaximi Lari nunc D. Stephano, olim Fauno sacrum, extat. Faunus autem, à pueris pueris, quod voce, non signis futura prædiceret sic est dictus. Albani antiquis temporibus montis eam partem inhabitarunt, ubi hodie S. Maria Domini templum est.

Veneris & Cupidinis in Cælio, non longè à porta Nausa, ubi nunc S. Crucis in Hierusalem est, templa fuerunt.

Curia Hostilia duobus in locis Roma fuit: altera namq; in foro ad Pacis templum, ubi Hostilius Rex prius habitavit, altera in eo loco, in quo postea D. D. Ioannis & Pauli templum est constitutum.

Castra Peregrina in Cælio monte ad Ortum æstivum

astium; Versus Esquilias constituta, quo in loco hoc tempore quatuor Coronatorum templum colitur.

Lateranorum quoque domus in eodem monte, ad Lateranorum Basilicam constructa fuit.

Flavij Constantini Palatium prope Lateranorum domum, inter portam Caelimontanam & Gabusiam fuit.

Sessoriani Verò Palatium, apud Naviam portam, & S. Crucis in Hierusalem templum est constitutum.

In Lateranensi platea statua equestria. L. Vers fuit. Hanc alij M. Aurelij, Antonini, alij etiam Septimij Severi fuisse tradunt.

De Amphitheatris, & in primis Statilij Tauri. CAP. XX.

Sequitur Statilij Tauri Amphitheatrum. Sed priusquam de ipso scribatur, paucis, quod amphitheatrum sit declarandum. Dicitur igitur amphitheatrum àνδρῶν ἀμφὶ θεῶν, id est, circumspecto, qua in unum iuncta duo visoria, forma est hemicycli. Quidam Titum primum amphitheatrum excogitavisse putant: alij C. Casarem in campo Martio primum extruxisse probant. Verum Statilius ante Titum amphitheatrum posuisse, authore Suetonio com probatur.

In amphitheatris pramia decertantur cum bestiis

bestijs præponebantur. Condemnati etiam horribile spectaculum hominibus exhibebant, qui capti in ea claustra ad conficiendum cum bestijs à lictoribus deducebantur.

Imperatores præterea antequam in bellum proficiscerentur, munera gladiatoria in amphitheatris exhibebant, ut milites ad pugnas, arma, vulnera denique & sanguinem non reformidare assuescerent, ne futuri belli pericula propter nouitatem, detrectarent. Statilij amphitheatrum magna ex parte adhuc ad S. Crucis in Hierusalem, prope mansa extat. Eo autem tempore ab eo extructum, cum Augustus cives Romanos, ut quisque ciuitatem pro viribus exornare contenderet, hortaretur.

Aquæ ductus cur inuenti, quibus modis aquæ ducerentur, cui vsui, quis primus deduxerit, & quot aquæ deductæ.

CAPVT XXI.

Ciuitas Roma ab initio, ut dictum est libro primo, angustis limitibus circumscripta, ad Tyberim populus propter aquæ copiam consedit. Verùm vrbe quotidie crescente, necesse erat alios in hunc, alios in alium locum remittis à flumine domicilia constituere, vnde cum aqua inopia laboraret, ut qua longo itinere, & labore magno esset apportanda: Loca insuper, quod aquas fluentes non haberent, quibus fir-

des abluerent, & in Tyberim derivarent, denique propter malum aërem, qui his fœtoribus inficiebatur, insalubria, & plurimum & pestilentia erant. Suscepit igitur Nerva Princeps huic malo medendæ curam, post hunc etiam alij. & aqua ductus, & aquam in ea loca Urbis, quibus alioqui non erat deducere, humana sagaci industria excogitarunt. Et id quidem via duplici, arcuato videlicet opere, cum aqua supra terram dirigitur, certo libramine, rivulis effossis: & subterraneis cuniculis, cum per meatus subterraneos, siphones ac fistulas unda in Urbem deducitur. Unde accidit ut tanta in Urbe undique aqua fuerit copia, ut singule ferè domus suos habuerint fontes, in primis verò in Quirinalis radicibus, & eiusdem montis dorso, in Vico Patricio, Saburra, Via Latina, Aventino, platea Iudaorū, & alijs locis compluribus hac etiam ætate subterraneis meatibus abundat. Deducebantur autem aqua ex diversis locis, & alius aqua ductus, præsertim qui per arcus fiebat alio altior erat, siue depressior. Ductuum igitur altitudines quinque primis temporibus fuisse dicuntur, altissimus Anio novus, proximus Claudia aqua, tertium locum tenet aqua Iulia, quartum Tepula, sequitur hunc Martia, post hunc Anio Vetus, cuius libram sequitur Virgo, Appia & infima omnium Algetina: hac Transyberina regioni servat

feruit, & alijs in planicie locus in infimo constitutis. Quae aqua in castella primum, ex illis a castellario certa mensura distributa in loca destinata effluebant, Castellum autem est quod aquam publicam recipit, & in varia loca transmittit. Castellarius vero castellorum custos. Erant insuper in solo lacus, aquarum receptacula, qui pro coriarijs fullonibus, alijsq; eius generis opificibus aquam pro necessitate consuebant. His aquis certi custodes, & operationum certus numerus decretus. Denique magna erat poena constituta ijs qui aqua duclius violassent, vel aquam alio quam leges, statuta publica, Censores, vel ipsi Aediles permisissent, derivassent, vel plus etiam aqua quam ipsis ab initio concessum esset sumpsisent. Ap. Claudius primus omnium arcuato opere aquam in urbem perduxisse memoratur. Sed de aqua ipsi Romanis, aqua duclibus, alijsq; rebus ad haec constitutis, ut ratione ducendi, instrumentis, mensuris, ponderibusq; lege Frontinam, qui vere & copiose de his rebus scripsit, Praeterea Sextus Ruffus, quae de eadem re diligenter tradidit. Frontini tempore novem tantum aquae in urbem ductae, nempe, Appia, Anio Vetus, Martia, Tepula, Iuba, Virgo, Alsetana, quae etiam Augusta est dicta: Claudia, Anio Novus. Ruffus decem & novem commemorat. Unde liquet hunc longo tempore post Frontinum

tinum scripsisse.

De aquæ ductu aquæ Claudiae.

CAPVT XXII.

CAligula aqueductus duos inchoatos, è Vi-
ta decedens, imperfectos reliquit. Hos D.
Claudius suscipiens, magnificentiſſimè abſol-
uit: Et alteri qui ex fontibus Caruleo & Cur-
reo incipiens in Urbem deducebatur, Claudia
aqua nomen impoſuit: Alteri verò ob diſcri-
men aqueductuum Anienis, qui duo erant,
ſuum Anionem Nouum appellabant, diuer-
ſum ſcilicet ab eo quæ Vetus Anio nominatur.
Claudia aqua igitur à porta Næſia per Cœ-
lij montis dorſum in Auentinum perduceba-
tur. Huius partem etiam in Capitolium deri-
uauit Caracalla.

De iis quæ incertam ſedem nunc in
Cœlio monte habent.

CAP. XXXIII.

Brutus Coſ. Tarquinio expulſo, Carna dea
in Cœlio monte templum extruxit, cui, ſo-
ſi reus, etiam ſacrificauit. Hanc antiqui
membris vitalibus præſſe putarunt, & in ex-
iſis tutelam membris exercere committebant. Et
ſalua conſeruaret, illius altaribus facta im-
ponebant.

Agrippa item templum Claudio Caſari ex-
truere cepit, quod eo deſer. Eto Veſpaſianus ab-
ſoluit: Nero funditus euerſit. eos in eodem
monte

monte positum fuit.

Mamurra Formianus Caesaris fabricorum ac Gallia praefectus, Romanorum omnium primus domum, quam in Caesio habuit marmoreis crustis exornavit. Claudij Centimalis praeterea domus in dicto monte fuit. Et Tetricorum, qui duo ex triginta tyrannis fuerunt. Item, Iulij Senatoris, in cuius adibus, cum totius montis aedificia igne absumpta essent, Tyberij effigies inisolata remansit. Isthuc T. Claudij Clippi hymnologus ades posita dicitur. In hoc monte. Macellum magnum, atrium Cyclopi, Spoliarium, & Armamentarium fuit.

De Appia & Noua via, ac de Iudis, Virtutis & Honoris, Quirini siue Martis aede, & Almone flumine.

CAP. XXIIII.

Sequuntur loca quae Auentinum versus, in Caesio monte memorabilia fuerunt. Via Appia itaque prima occurrit, quae a Constantini arcu incipiens, Brundisium usque progreditur. & quia a Caracalla munita fuit, Noua nomen postea accepit. At quae vere Noua vocatur, a Palatii porta principium capit, & per radices Palatini, supra circum Maximum, ad infimam Piscinam ubi nunc D. Sixti templum est, protenditur. Fuerunt etiam aliae multae viae quae Novae vocarentur, quare diligenter caverendum

dum, ne hic erretur, quod de diuersis saepe dictum est, de vna eademque scriptum existimemus.

Inter Sixti adem, Piscinam, & thermarum Antoniarum ruinas, Isidis Antenodorica templum ab Antonio Bassiano conditum fuit.

Honoris & Virtutis templum non longè à Via Appia, à M. Marcelli patre in Gallia ad Clastidium votum, annis septemdecim post à filio M Marcello dedicatur.

Martis templa duo fuere, vnum Quirini intra Urbem prope portam: alterum in Via Appia extra Urbem.

Almo flumen per Viam Appiam, Auentini-que radites in Tyberim labitur: oritur Verò ab Urbe pass. millibus x. in agro Marino: Appijque riuum postea vulgò nominarunt. In hoc flumine Mater deorum singulis annis à Gallis sacerdotibus abluebatur.

De Thermis in genere. CAP. XXV.

Therma à θερμὸν quod calidum significat, Græca vocis significationem trahit, nos Verò loca quæ calentibus aquis, aut sine, ipsis fornice solo calefacto, lauandi, aut sudandi & sibus deputata, eodem nomine, quo Græci, thermas appellamus. Romanis frequentiore olim, quàm hodie, lauandi consuetudinem fuisse, multa & varia scriptorum authoritates contestantur, idque varijs de causis, sicut etiam

Z apud

apud nos adhuc, factitatum, Et scilicet sudorem, pulueremque abluerent: sanitatis item Et voluptatis gratia, Unde factum Et mediocriter etiam diuites, quisque propemodum privata balnea possiderent: sed tamen diuersa Variarum ratione adificata. Multa namque publica balnea instituta, Et plebs pro libitu cum vellet illis uteretur. Seruius Orator primus pensilia balnea inuenit, atque extruxit. Deinde postquam luxuria in immensum accreuit, misra opulentia, Et splendore lauacra sunt extracta, ita ut neque modum, neque mensuram seruare viderentur, id quod ex Vestigijs Et ruinis etiamnum apparet. Et hac loca ubi ista extruebant, Thermas appellabant. Quae Et ipsa varia loca in se, Et infinita propè continebant, Varijs nominibus insignita, Vsiibusque destinata. nam loca alia ad aquas calefaciendas, forma circulari erant, Unde aqua calida balneis in solo Et pensilibus constitutis suppeditabatur, quae post lationem immunda atque inutilis reddita, per canales in cloacas derivabatur. Habebant Et apodyteria, in quibus balneum ingressuri sese exuebant, Vestesque reponebant. In iisdem locis Et areae, amplissimis porticibus circumductis, camerataeque, superbissimis fornicibus adificatae, in quibus diuersi variegatique coloris ex marmore columna. Pavimenta item lithostrota, parietesque marmoreis tabellis intrustata. Xpsi. ne-

notoria, natatoria populi ludis delitijsq; exposita, ubi sese reficerent, oblectarenturq;. Hæc delicia ita trahebant illorum studia in se, ut sapius quidam etiam uno die lauarent, & in balneis reges quoque promiscue cum alijs, cœntarent, & lauarent. Habebant etiam privata splendissime extructa balnea: Vt Antonius Caracalla thermas suis sumptibus extruxit, quæ etiam ab ipso Antonina thermæ sunt appellatæ. Harum reliquæ adhuc nonnullæ ingentes conspiciuntur, & columnæ stantes quædam, quædam deiectæ cernuntur. Alij has ab Antonino inchoatas volunt, & à Severo perfectas, & exornatas. Constitutæ fuerant autem ad Auentini radices, ad viam Ardeatinam, nunc ubi S. Balbina templum est. Sub thermis Palatium nobilissimum, cuius vestigia hodie vix apparent, posuit.

DE AVENTINI MONTIS

ETYMOLOGIA, ET IIS

quæ in eo memoratu digna.

LIBER V.

CAP. I.



VENTINVS montium Romæ in ordine quartus est. Cuius ambitus & forma, quoniam libro primo descripta sunt, non est necessarium hic repetere. Verum unde sic dictus sit, & quæ

Z 2

in hoc

in hoc templa decorum, aliâque adificia fuerint. restat commemorandum. Auentinum igitur ab auiibus, qui à Tyberi in hunc montem cubitum volabant, appellatum existimant: alij à Sabinorum rege, in eo occiso & sepulto: alij Sabinos, qui à Romulo ciuitate donati, in eo cœdederunt, ab Auante provincia eorum fluuio, huic monti nomen dedisse arbitrantur. Varro ab aduectu dictum adferit. Nam, & paulo antè dictum est, mons hic ab alijs montibus & ciuitate, olim paludibus & Tyberi exclusus. Unde qui hunc adire volebant, ratibus aduehebantur. Sunt etiam qui ab aduentu dictum autment, quòd Diana templum in eo sacrum Latinis frequentarent, & in eum locum aduenterent. Hic etiam Remurius est nominatus, à Remo qui in eius vertice ad auguria capiendâ cœdedit & tandem in eodem sepultus. Romulus itaque inhabitari vetuit, & quem fratri suo sacrum esse vellet. Hunc postea Ancus Martius muro cinxit, & ad habitandum volentibus concessit. Tamen si sint qui &que ad D. Claudij tempora vacuum fuisse existiment, & quem auiibus obscenis ominosum, intra mœnia recipiendum vetuerint. Verùm obitidies multitudo accreuit, hunc quoque reliqua ciuitatis coniunxerunt.

De

De Diana, Bonæ deæ, Herculis Victoris
Iunonis Regina, Monetæ Lunæ, Victoriæ,
Mineræ, & Libertatis templo, & ara Eli-
ci, Iouis.

CAP. II.

IN Vertice montis Auentini, Tyberim ver-
sus, D. Sabina templum est, in quo loco prius
Diana sacrum sacellum fuit, Idibus Augusti
Roma seruis dies festus esse consuevit, eo nam-
que die Ser. Tullius è serua natus, ad eam in A-
uentino Diana consecrauit, & diem sacrum
seruis, ut qui in eius tutela sint, esse voluit. A-
lij ab Anco ad eam hanc adificatam existimant,
ex pecunia quam ciues nuper ex Politorio eotra
ducti contulerant. Hoc templum commune o-
mnibus Latinis fuit, unde sæpe illud frequen-
tabant.

In eodem propemodum loco, S. Maria cognom-
mento Auentina ades sacra constituta est. Hic
locus prioribus seculis, Dea Bona sacer fuit.
Nam Claudia Vestalis templum illi in eo,
idque in Fatua sororis Fauns honorem, ex-
citauit.

In eadē crepidine, ubi hoc tempore D. Alexij
templum, olim Herculis Victoris fletit. Prope
hoc Iunonis Regina, ex Veientana prada à Ca-
millo extructum, In ruinis thermarū Decij Im-
peratoris quoque Herculis templum fuit, ubi S.

Prisca à Christianis postea est consecratum.

In dorso Aventini Lunari sacrum ad eam habuisse, Ovidius est testis.

Qua hactenus in Aventino existisse commemorata sunt, certum locum assignatum habent, quae sequuntur, in Aventino quidem fuisse dubium non est, sed qua parte, propter temporis longinquitatem ignoratur. Velati est Victoria templum, quod ab Arcadibus conditum, sacra ab iisdem in illius honorem quinquennis celebrantur. Minervae, & Iunonis templa in eodem monte fuisse, certis authoribus commemorantur. Libertati ex multatitia pecunia à T. Gracchi patre templum conditum & dedicatum fuit. Atrium eiusdem templi ab Helio Pato & Cor. Cethego Censoribus refectum & ampliatum, novissimè à Pollione quoque restauratum. Libertatem vero in primis coluerunt Romani, cuius etiam assertores seipsos constantissimos perpetuo praestiterunt.

In eodem monte Iovis Elicei ara à Numma excitata. Dicitur est autem Eliccus ab eliciendo.

Murcea item ara Vetus in eodem monte fuit. Venerem autem Murceam à myrto ei dicata nominaverunt, vel, ut alij interpretantur, quod hominem prae modum non moreretur, ac faceret hominem murcidum, & nimis desidiosum, & inutilem.

Iuno

Iunonis Moneta quoque templum in Auentino dedicatum extructumque fuit.

Camillus in eodem Matuta matri tēplum consecrauit.

I. laurentium sylua ibidem Icti sacra: in hac Valentinianus Galla Placidia filius interfessus est, ut testatur Plinius.

De Cato, eiusque spelunca.

CAP. III.

CACUS, ut tradunt poëta Vulcani filius fuit, qui ore ignem fumumque euomere creditus est. Hic loca vicina populationibus vexabat. Sed hunc seruum Euandri fuisse nequisitum & furacem, verisimilior ratio est. Et ideo Κάρυς Arcades nominauerunt. Hic speluncam in Auentino Tyberim versus, è regione S. Mariae Auentinae adis, ubi fluvius proximè montem accedit, & vastissima rupes scabra prominet, spelunca que aptissima est, ad Ter-geminam portam, habuisse coniectura certissime colligitur. Quem cum Hercules mactasset, aram in spelunca propinquo Ioui Inuentori excitauit.

De Armilustrio & quibusdam aliis rebus in genere.

CAP. IIII.

ARMILUSTRIUM dicitur locus ubi milites & armalustrantur ac recensentur, in quo etiā armati milites res diuinas, tubis canoris faciebant. Hūc alij in Auentino, alij in circo

Maximo Voluit fuisse, sed hoc parū refert: Huc milites è bello reuersi, arma reponebant. arma nanque Romani priuatim non habebāt quibus ad bellum ſteretur, ſed ſolū in Armiliſſimo vā Tarpeia rupe reſeruanda tradebant.

In Auentino iuxta Iunonis Regina templū ſcala Gemonia fuere, locus ſcilicet, præcep- quā facinoroſi, vincti tracti, miſerabiliter accabantur.

Phyllidis domus, in eodem monte prope Dana templum aliquando ſtetit.

Remuria eiſdem montis locus, hūc Remus ſibi ad habitandum elegit, inq, eodem à fratre Romulo ſepultus, nomen huic dedit.

Thermae Decianae, in Decij Imperatoris honorem, in eodem monte S. P. Q. R. adificauit. Et prope has etiā Varianae. Traiani præterea in Franciſci Albertini vinea therma fuere.

Fanni & Pici quoque antra in Auentino fuiſſe fabulantur. Italum item Auentinum incoluiſſe M. Cato refert.

Montis huius templa atq, adificia in vniuerſum D. Tyberij tempore exuſta memorantur.

De Teſtaceo monte, & de iis quæ in eodem ambitu fuere.

CAP. V.

P*lanicies inter Auentinū, Tyberim & Græbia mania, quatuor laterum inaequalium eſt.*

est, in qua collis, quē vulgò Testaceū vocāt surgit. Ambitus huius vix duobus millibus pass. perficitur, altitudo centum sexaginta pedū est. Hic cucurbita formā habere videtur, cuius tamen pars altera, qua Tyberim respicit latior est. Prope hunc collē Vatriariorum vicus, & lignariorum habitatio fuit. Mons Testaceus autem hinc, & nemini dubiū est, in eo loco crevit. Fuit olim Roma & alijs quoq; locis, & etiā adhuc hodie in quibusdā, magnus & frequens, fictilis & sus, & id vel hinc certò colligitur, quod Numma tēporibus septem sigulorū fuerint collegia. Hi enim non solum vasa fictilia, sed decorum quoque simulachra, templorum ornamenta conficiebant, columna & parietes fictilibus incrustata, imò cadavera quoque in fictilibus condebantur doliolis. Cū itaq; in tanta fictilium copia necessario multa frangerentur, quae si in agros, camposve abiecta fuissent, infrugiferam educta ac sterilia: si in aquā abiecta, alvei tandem expleti flumen redundare necesse fuisset. Numma igitur, hoc opificum genus in vno loco habitare iussit, & inutilia, sordes, fragmentaq; in vnum projicere imperavit, ex quo collis quem deinde Testaceum appellarunt accrevit. Inter hos quoque Venus Myrtea locum sacrum habuisse memoria proditum est.

De Pyramidibus, & sepulchro C. Cestij,
ac Horreis Pop. Rom.

CAP. VI.

Z s

Pyra

Piramides quadrata moles sunt, more flamma in altū surgentes, ἀνο ἔ πυρὸς ἀπella-
ta, Stephanus, ἀνο πυρὸς πυρῶν, id est tritice so-
minatas putat, quod in eum locum ubi erigē-
tur, ex omni Aegypto allatum triticum, magnā
annona fecerit caritatem. Ha à regibus Aegy-
pti primum excitari capta, Et Vanas opes copā
ēto effunderent, ne si magna auri, divitiarūq;
Vim congregassent, Vita infidatores sibi para-
rent: denique ne plebs otiosa Vitam transigat,
Etc. Postea Roma etiam ob admirationem Et
manem gloriam opes in illos expendebant: Ha-
rum Una adhuc ad portam Hostiensem mens-
bus inclusa erectaq; apparet. Hanc C. Cestij de-
ptem Viri Epulonū sepulchrum fuisse dicūt:
Blondus totius collegij Septemviro-
rum Epulonū sepulchrum extitisse probat.

Epulones autem dicebantur, qui epulas dñs
institueret potestatem habebant.

Horrea Pop. Rom. c x x x x. inter Testa-
ceum Et Tyberim fuisse scribuntur.

In eodem ambitu ad Tyberim Hydrnala-
cus erat.

Capenam quoque oppidulum aliquando in
ijsdem locis extitisse, quidam adserunt.

De meta quæ Sudans dicta est, & Iouis
simulachro.

CAP. VII.

Esqulæ iam ordine sequebantur, sed quā-
niam ha ab Ortū hyemalis Viam, Labica-
nam

nam, ab Occasu conualle cccc. pedum latitudine eandem viam complectentem, interiacet, priusquam montem Esquiliarum accedamus, quæ in Labicana & conualle sunt memoratu digna, recensēbimus. Ad Constantinū igitur arcum triumphalem redeuntēs (de quo superius) reliqua persequemur. Ad hūc igitur arcum meta antiqua lateritia dimidiata rotunditas apparet, quam metam Sudantem Victor appellat, quod ex ea aquas manasse aliquando fama sit, unde plebs ex proximi theatri spectaculis sitibunda: sitim extingueret.

In huius Vertice anenum Iouis simulachrum stabat: quod Maiores fœdera facturi Iouis simulachrum: adhibere consueverint. Sed quia molestum erat, præsertim si longinquis regionibus fœdera ferenda erant, simulachrum secum ferre, aut accersere, simulachri loco sceptrum adhibebant, quod Iouem deorum regem tanquam præsentem significaret.

De Amphitheatro Titi Vespasiani, ac de templo Fortunæ & Quietis.

CAP. VIII.

Inter montes Cælium & Esquilias amphitheatrum fuit. Hoc Vespasianus edificauit, postea Titus eiusdē Vespasiani filius dedicauit, & exornauit, Thermis iuxta celerrimè erectis Amphitheatrū, vulgò Colosseum à Nerone

ronis colosso, qui in porticu domus Neronis exstructus erat, vocabant. In eodem Theatri loco Neronis stagna prius fuisse, de quibus in sequentibus, hoc libro, Amphitheatrum hoc etiam Arenam appellabant, quoniam solum arena sparsum, Et decertaturi lenius caderent, minusq; offenderentur: sanguis deniq; citius absorberetur, ne athleta, quo minus alacriter aduersum peterent, reformidarent: postremum Et multi pugiles ea conspersi, mutuo facilius apprehenderentur. Cauea ipsa, qua ludorum diebus linteis operiebatur, hominum octoginta millia capiebat. Verum de hoc Vide plura apud Plinium, Pomp. Latum, aliosq; rerum Romanarum scriptores.

Fulvius Flaccus adem Fortuna iuxta hoc Amphitheatrum posuit tanto splendore, Et vix aliud templum magnificentia Roma cum eo conferri potuerit. Præter hoc etiam alia multa Roma templa Fortuna sacra fuerunt.

Quietis templum similiter in Via Labicana exstructum fuit.

De Esquiliiis.

CAP. IX.

Esqulia à Varrone, sicut etiam ab alijs in plures diuiduntur partes. Et singulis partibus olim à ducibus, qui ea inhabitarent ante Urbem conditam, nomina sunt indita: Et pars una Cispinus, altera Oppius, tertia Septimus. fit

fit dicta. Verum de his copiose Varro. A posteris mutata ea nomina sunt, ut audiemus. Esquilis ab excubijs alij dictas putant: Nam cum Romulus Tatio non omnino consideret, ne scilicet clam circumuentus obtruncaretur, aut regno euceretur, excubias nocturnas habere consuevit. Alij ab aucupibus dictas existimant, qui illic quisquilijs proiectis, ambus illuderent.

Partem illam montis qua secundum Labicanam viam, Quadraginta Martyrum, Clementis, S. Petri in Vinculis, & Martini templis continetur, Carinarum nomine appellatam fuisse, probat Linus, Ab ea parte, quoniam primum est inhabitata, merito auspicandum videtur.

De Carinis, Curia Veteri, & Noua.

CAP. VI. X.

Carina secundum modum & formam Carinarum, adificia erant, intra Telluris templum constituta. Ruina hanc adhuc prope templum S. Petri in Vinculis cernuntur.

Iuxta eundem locum Curia quoque Veteris, a Romulo condita fuit. Noua vero prope Comitum Fabricium adificata fuit.

De thermis Titi, & Philippi, Statua Laeoontis, Palatio Vespasiani, domo Balbini & Pompeij.

CAP. XI.

Ther

T Herinarū Titi Imperatoris Vestigia non procul à templo S. Martini in montibus conspiciuntur. Sunt namque illic cisternæ, quas Capaces, hodie vulgò Septem Sale, à numero cisternarum nominantur. Huc &que Aurea Neronis domus extensa fuit.

Non longè ab eo loco, anno M. D. VI. Felicitis Rom. in vinea sua Laocoötis statuam reperit. Hanc summi artifices Agesander, Polydorus, & Athenodoros Rhodij ex uno lapide ipsum, liberò, draconumque mirabiles nexu, ad mirando artificio expresserunt, sculpservitque. Nunc Vaticani in Palatio Vespasiani, apud Tithermiæ visitur. Sed plura de hac apud Plinium. Historia ipsa apud Vergilium doctissime expressa habetur.

Post Tithermas, inter Ortum et Boream, ruina aliarum quoque apparent thermarum. Hæc Philippi Imperatoris fuisse signis quibusdam illic inuentis confirmatur.

Supra Tithermas quidam Hadriani thermas collocant: quia hic locus adhuc Hadrianeus appellatur.

Balbinus domus in Carinis fuisse authore Lepidiano comprobatur.

Ibidem & Pompeij domus fuit, in qua Lælius libertus eius grammaticam docuit.

De

De Clivio Virbio, domibus Ser. Tullij, Aurea Neronis, Vergilij, ac de turri Mæcenaris & eiusdem hortis, simulque de Fortunæ & Felicitatis templo.

CAP. XII.

Pars ea Esquiliarum, qua S. Laurentij templo in Fontana imminet, Clivus Virbius est, appellatur. Illic & Fagutalis locus, in qua Ser. Tullij domus fuit.

Neronis Aurea domus, id spatij quod à Palatij ea parte qua nunc S. Gregorij, adem habet, inter Constantini arcum, Colosseum, Carinas, Esquilias, & Mæcenatis hortos fuit, totum occupavit: Quæ cum ipsa quoque Neronis incendio consumpta esset: eam sibi restituit Auream nominavit. Cuius amplitudo tanta fuit. Ut in circuitu porticus triplices miliarias haberet. Stagnum præterea maris instar, ipsam denique circum septum Urbis speciem præbebat, rura item, & vineæ, pascua, sylvas, pecudum & ferarum omne genus. Domus ipsa & porticus auro perfusa, gemmis distincta: denique nihil ommissum quod ad voluptatem luxumque faciebat.

In Vestibulo huius colossus, altus c x x pedes.

Hic Nerone defuncto, Soli dedicatus, nomen ipsum quoque permutavit, Colosseum autem ab omnium primo inventore denominatum putat.

In ead

In eadem domo ad eam Fortuna quoque inclusit Nero. Hac dea ex lapide sphengite, foribus adium clausis, totam domum illustrabat, tantum à se splendorem hic lapis praebebat. Hanc Ser. Tullius primus consecrauit, & à Segetibus Seiam denominauit.

Apud Dioclitiani thermas, Via est qua ducit ad S. Antonij ad eam in Esquilij, isthic turris celeberrima Mecænatiss, in hortis eiusdem constituta fuit. Horti ipsi amænissimi in campo Esquilino erant. In his Priapus, de quo multa Vergilius, colebatur.

Iuxta Mecænatiss hortos, Vergilij domus erat.

Felicitatis templum in parte domus Aurea Neronis incendio absumptum est.

Supra hortos Mecænatiss Aggeres Tarquinij Superbi, mirabile opus, constituti fuerunt.

De Sisimini Basilica, campo & foro Esquilino, Luco Querquetulano, Iunonis Laciniæ, & Martis, de Fano & ara malæ Fortunæ.

CAP. XIII.

Basilica Sisimini in Esquilij apud ad eam S. Maria Maioris fuisse memoratur.

Campus Esquilinus, prope Mecænatiss turrim, inter montes, super Aggeres, & Urbis metropolis est. Campus hic olim Foculus, quod cadavera in eo comburerentur nominatus. At cum ni-

der

der civitati officeret, tota civitas, cum Augusto communi consensu, campū Mecenati donarunt ex quo ille hortas suos elegantes admodum exornavit. De his Cicero, atq; alij multa.

Forum item Esquilinū, in eodem monte fuit.

Pars illa Esquiliarum qua respicit Lucum Quercuetulanum, Iunonis Lacinia lucum habuit.

In iisdem Esquilij, Fanum & ara Mala Fortuna fuere.

In via qua ad portam Interaggeres ducebat, in ipsis Tarquinij aggeribus Gordiani arcus ex marmore, ornamentis triumphalibus conspicuus fuit. Ex illius ruinis S. Gregorij in Damaso templum extructum.

De cliuo Suburrano, arcu Galieni, Macello Libyæ, via Prænestina, & Marij trophæis.

C V P. X I I I I.

IN capite Suburra, clivus Suburranus, ab ipsa Suburra nominatus, facilem in Esquilias ascensum præbebat.

Mox apud adem S. Viti, arcus triumphalis Galieni Imperatoris occurrit, ex lapide Tiburtino conspicuus.

Prope hunc Lybia, &c. Et alij volunt, Lirisium Macellum fuit, hoc à Macello quodam denominatum nonnulli volunt. Qui cū in Urbe latrocinia exerceret, deprehensus, & à Censoribus

ribus damnatus domus eius publicata, Et illic opsonia, & alia qua ad Vitulum sunt necessaria venderentur. Et ita à Macello, Et dictum est, nomen retinuit. Alij à domo qua ibi diruta Macellum cognominata, aliam in eisdem ruinis adificatam prioris nomen retinuisse.

Hinc Via Prænestina principium capit, & citq; ad portam Esquilinam.

In Via hac occurrit à sinistra lateritia moles semidiruta, in qua duo trophæa marmorea erecta, id est, cum spolijs truncis excitati. Hac à C. Mario triumpho Cimbrico erecta faisset dicuntur. Qua cum Sylla disiecisset, C. Caesar Dictator postea restauravit. Locus hic ab incolis hac adhuc ætate Cimbrum appellatur. De trophæis consule Plutarchum, Valerium Maximum, & alios.

De domo, Aeliorum, Sacello Mariano, regione Tabernola, Thermis & domo Gordiani, Basilica Caij & Lucii, ac de Palatio Liciniano. CAP. XV.

Aeliorum domus in eo loco flet, ubi nunc monumenta Mariana, & Sacellum Marianum est.

Esquiliarum pars plena, Esquilias inter & Cælium montem Basilicamq; Lateranensem, hodie Merulana pro Mariana, apud veteres Tabernola regio dicebatur.

Prope S. Eusebij templum in Prænestina Via,

• *Via, Thermae & Gordiani domus aedificata fuit. Thermarum ruina adhuc cernuntur. Unde facile earum amplitudinem splendoremque aestimare licet.*

Inter portam Esquilinam & Neusam haud procul a mœnibus, ruinae quae iam insignes apparent. Hunc locum vulgo Galusy thermas vocant. Sed ista olim insignis illa Basilica fuit. quam Caesar sub nepotum Caij & Lucij nomine erexit.

Iuxta S. Balbinæ adem, ad Versum Pileatum, Palatium Licinianum stetit.

De aqua Martia siue Traiana, & Iſidis templo. CAP. XVI.

A *Quae Martia ductus, per Taurinam portam transiens, per Capum Esquilinum, ad Dioclitianas thermas in proximis colles perducebatur. Haec olim aqua Aufeſia est appellata. Oritur autem ex Piconia fonte in montibus Pelignorum, & per Marsos, & Fucinum lacum Romam labitur. Inter ceteras aquas quae Romam insilunt, frigidissima saluberimaque. Haec Ancus Martius in urbem perducere primum auspicatus, excepit Q. Martins Rex. Agrippa postremo aqua ductum restituit.*

Eadem Traiana quoque, vocata à Traiano, qui eam in Auentinum perduxit. De aqua Martia, lege plura apud Plinium & Frontinum.

a a 2 Iſidis

Ifidis templum in Esquilina regione à P. Victore ponitur.

De Suburra, domo Cæsaris, & Læliæ, ac de vico Patricio. CAP. XVII.

Suburra vicus frequētissimus, à foro Romano incipit, & recta per forum Nernæ, ad cluuium Suburræ, de quo supra, hoc libro. Unde via Prænestina initium est terminatur. Dicta est autem Suburra, quod sub terrea Carinarum muro fuerit, vel quod sub Urbe antiqua: vel ut Varro existimat, à pago Succursano.

In Suburra vico Cæsaris domus prius dum adhuc tenuis fortuna contentus esset fuit.

Lupanaria quoque aliquot in eodem vico fuisse aliquando scribit Martialis.

Vicus Patricius oblique, à Viminali ad Diocletianæ thermas finitur. De hoc vico plura superius libro precedenti.

Lælia quoque domus in eodem vico extitit, ut Martialis testatur.

De Suburra Plana, templo Syluani.

CAP. XVIII.

Viminalis ab Occasu Quirinalis partem oppositam habet, Gallo, & ord. interiacenti, plana Suburra nomen fuit.

Ad radices ferme Viminalis è regione & Agatha. Syluani templum fuisse, multis extant indicia.

Decem

Decem item Tabernæ in eadem Valle fuere olim à numero nomen sortita.

Putens quoque D. Proba, in eadem colle, quem Proba iuxta S. Maria in Campo ad eam ipsa fecit.

De Viminali, Palatio Decij, Lauacro Agrippinæ, Thermis Olympiadis, & No-
uati, ac de domo Q. Catuli Crassi, &
C. Aquilij.

G A P. X I X.

Viminalem collem, Varro inter Esquilias commemorat. Dicitur est autem Vimi-
nalis à loue Viminco, cuius aræ in eodem mon-
te erant, vel à Viminum illic crescentium copia.

In primo clivio, apud S. Laurentij in Panis-
perna ad eam, Decij Imperatoris Palatium olim
fuisse ex ruinis demonstratur.

Non procul ab eodem loco, Gersus S. Vitalis
templum, Agrippinæ matris Neronis lauacra
fuisse memorantur.

Olympiadis therma Gersus Suburræ po-
nuntur, quarum vestigia in montis supercilio,
adhuc deprehenduntur.

Nonstiana item therma, apud S. Pudenciam
templum, in monte Viminali adificata fuerunt.

Habuit quoque Viminalis tres nobilissimarum
domus præclaras, scilicet M. Crassi, Q. Catuli,
& C. Aquilij. Harum vestigia adhuc in dor-
so collis eiusdem manifesta cernuntur.

In eodem olim sacrificium quoddam celebra-
batur, quod *Fagutabiancola* vocabant.

De thermis Diocletiani. Bibliotheca Vul-
pia, Campo Viminali, porta Interagge-
geres, & Quirinali valle. G A P. XI.

Thermae Diocletianae in darsa Viminalis
aruta cernuntur. Atq; ex earundem ru-
nis facile magnificentiam, & splendorum co-
rum colligere licet. Has Diocletianus & Ma-
ximianus Herculanus inchoarunt, in quibus
extruendis & l. millia Christianorum seruis
conditione multis annis laborarunt. Ha postea
à Constantino & Maximiano novis Impera-
toribus absoluta atq; dedicata. De inani ther-
marum sumptu, quem impenderunt Romani,
lege Senecam, quicum pulcherrime depingit.
In istis thermis Vulpia bibliotheca ab A-
driano, vel, & alij voluit, à Traiano eò trans-
lata fuit, in qua libri lintei, elephantiniq; prin-
cipum gesta, s. c. auctoribus Pollione conscripta
erant.

Post thermas super Tarquinij Superbi ag-
gere, Campus Viminalis ad mania usq; dis-
funditur. Ibidem Interaggeres portae adhuc
clausa cernitur. Edmense in Campo Esquilino
posita Verissimiana videtur.

Ibidem aqua saluberrima puteus quæ *Fiducia*
incola vocatur, ad hunc in eodem Campo manat.

lia multifaria ab iisdem includebantur. Latibula ferarum adhuc quoque eorum conspiciuntur. Ex quo etiam apud nos loca alilibus nutriendis accommodata *Euaria* vocare consuevimus.

Interstitium inter *Dioclitiani thermas* & *Constantini arcum*, *Vallis Quirinalis* appellatur. In hac *Romulum Prœculo* occurriffe tradunt. In eadem *Fortuna Publica* ades sacra fuit.

De monte *Caballo*, *Quirinalis* etymologia, *Turri Militiarum*, *Balincis Pauli*, *Sacello Neptuni*, *Thermis Cōstantini*, de domo & vico *Corneliorum*.

CAPVT XXI.

Mons quem hodie *Caballum* vocant, *Quirinalis* Veteribus dictus multis indicijs, & rationibus probatur, adeo et nemini, verum Romanarum perito, hic dubium relinquatur.

Quirinalis igitur montium ordine sextus, a *fundo Quirina*, *Varrone* teste, nomen trahit. Secundam alios a *Quiritibus*, qui cum *Tacio Curibus* venientes, in eod castra posuerunt. Collis hic oblongus: nam etiam eum collem complectitur qui inter *Collinam* & *Collatinam* portam est. In hoc *Luna Obeliscus*, literis *Aegyptiacis* inscriptus: Secundum latitudinem a *Septentrione* in *Meridiem* usque ad *turrim*, nunc *Comitum*, porrigitur.

In primo clivo, supra Traiani forum, Turris Militiarum occurrit: Vbi olim Traiani milites stationem habentes, turri nomen dederunt.

Eodem clivo Pauli Balnea extructa: Qui locus vocabulo corrupto, hodie Bagnanapoli appellatur.

In descensu Quirinalis Suburram versus, Sacellum Neptuni aliquando stetit, id quod ex picturis & Vestigijs illic repertis apparet.

Hinc Septentrionem versus Constantini thermas fuisse, ruina eius loci probant.

Domus Corneliorum, in Corneliorum vico, qui adhuc nomen retinet, extructum fuit. Iterum de his alibi quoque plura.

De Saturni, Bacchi, Solis & Quirini templo, & Porticu, Capitolio veteri, Sacello Iouis, Iunonis, & Mineræ, & de domo Pomp. Attici. CAP. XIII.

IN Corneliorum vico, de quo proxime mentio facta, statua dua colossæ, erant, senum duorum, hi nudi, manus cornucopiæ tenent. Has Saturni & Bacchi statuas fuisse putant, cum etiam in propinquo illorum templa stetisse certum sit, & multis indicijs, ipsis quoque ruinis, comprobetur.

E regione Constantini Thermarum, in multis supercilio, dimidiata ex marmore, turris, quam Mefam incolæ vocant, videtur. Hanc ex

Solis ornamentis ab Aureliano excitatis fuisse putant. Colui namq; hic Imperator Solem praecipue, ideoq; in numismate. SOLI INVICTO, inscriptionem habet. Et mater eiusdem Solis sacerdos, & ob id templum Solis excitavit.

In dorso montis, prope dictas thermas equiduo apparent, Praxitelis, & Phidiae opera confectis. Hos Tiridatis regis fuisse tradunt, & Romam translatos.

Ex Quirinalis pars qua Martiam Vallem respicit, mons cum templo Clatra & Apollinis vocata est.

Haud longè isthinc, post collem hunc alius surgit clivus, Vbi Capitolium vetus, sacellum Iouis, Iunonis & Minervae fuisse, vetustis literis compertum.

A dextra, è regione locorū istorum, ad S. Vitalis adem, Pomponius Atticus domū, ab qua hereditate acceptam, cognomento Pamphylia nam, inhabitavit. Hac admodum amena propter Sylvā qua illi imminabat fuisse scribitur.

Eo loco postea Quirini templum conditum, quod perpetuò clausum, quo arcanum esse significabant, Romulus humi ne iaceret, an in deorum numerum relatus esset.

Istic & porticus nominis eiusdem fuit, Vbi componendorum negotiorum, & sponsaliorum transigerendorum causa conveniebatur.

¶ De alta

De Alta Sēmita, domo Sabini, Vico & statua Mamurri, foro & hortis Sallustij, ac de Campo Scelerato. CAP. XXIII.

Alta Sēmita, à Thermis Constantini, ad portam Viminalem, per Quirinalis dorsum producta: quadrato lapide strata fuit.

In eadem via ad Malum Panicum, Flāvij Sabini domus fuit: in qua Domitianus natus fuisse commemoratur.

Vicus Mamurri; & eiusdem statua adhuc. Stupina templum olim existisse confirmatur.

Non longe ab eodem templo Sallustij forum, & horti elegantissimi ad Campum Sceleratum prope Collinam portam diffundebantur. Hortorum & Tiburtina Villa adhuc vestigia extant, in valle profunda, inter motem ipsum, & viam quā ad portam Salariam viam praebet. In colle, Sallustij domus conspicitur. Hæc ab incolis Sallustrium appellatur, de his vide Ciceronem & alios.

Fitra hortos Sallustij prope Collinam portam locus est editus, illic olim Vestales incestus condemnata, & viva sepulta, ex eo totus ille campus, & via ipsa quæ ad hunc ducit, Sceleratus est appellatus.

De tem

De templo Salutis, Dii Fidiij, Fortunæ
Primigeniæ, Honoris, Herculis, Qui-
rini, & Senatulo mulierum.

CAPVT XXIII.

QVirtualis sacras ades plurimas habuit,
licet hanc certus locus hodie ignoretur.
Veluti Apis, & Salutis, à Fabiopictore tem-
pla depicta, ea Claudi tempore incensa sunt. A
Iunio Bibaculo Dictatore cum triumphare
de Equis, Vota, Censor locauit secundo Dicta-
tor dedicansit.

Sanctus & Fidius dii Sabinorum fuerunt.
Hos domo migrantes, secum cum omni supelle-
ctili in montem Quirinalem transtulerunt.
Idem nomen verbis quidē trinum, re vnicum
esse dixerunt. Tribus igitur ipsis templo Vno in
hoc monte edificato, Vnius Sancti nominis ap-
pellabatur. Obtinuitq; huiusmodi nominis opi-
nio sanctitatis magnam vim obtinere insu-
ritum, quo in trino & Vno Numine Me-
dum quid Fidinm affirmaret.

Fortuna Primigenia in eodem monte Do-
mitianus prator Urbanus templum posuit.

Herculis præterea templum, & Honoris in
eodem monte fuere.

Senatulum item mulierum in Quirinali
fuit, ubi prius quædam solennibus debebat ma-
troniæq; conuictus fabius.

Agona

Agonalis etiam in Quirinali celebrata fuisse, memoria proditum est.

De foro Archimontii, Pila Tiburtina,
domo Martialis, Circo Floralium,
Floræ templo, Officinis mi-
nii, & Cliuo publico.

CAPVT XXV.

Inter collem Hortulorum. (de quo supra li-
bro primo, & capite sequenti) & Quirina-
lem, Vallis quadrata, & oblonga est, in eius
parte, qua Clatra & Apollinis monti subiacti,
Archimontium forum est. Nam ad quoque in
eodem loco hodie constituta S. Nicolas, cogno-
minatum de Archimontijs est.

Haud multo post locus est, Pila Tiburtina
cognominatus, Illic domus Martialis stetit, Et
ipse Martialis testatur.

Hanc Circo Floralium sequitur, Vbi quo-
tannis in honorem Floræ deæ, Floralia festa ce-
lebrabantur. Floræ autem Roma scortum in-
signe fuit, quæ cum arte meretræcia ingentes o-
pes congesisset, Pop. Rom. heredem constituit,
ea tamen sub conditione, Et annis singulis, eius
diem natalem celebrarent. Verùm quum hoc
Senatus et dicitulum videretur, pudenda scilicet
res dignitatem tribuere, deam Floram, quæ str-
rimus

ribus praesset confinxerunt & eam festis his.
 Ut arbores & fruges bene florescerent, ac proue-
 nirent placabant. Huic dea templum etiam
 consecratum fuisse legimus.

Mox Officina munij conficiendi occurrunt.
 Iuxta has etiam clius Publicus.

De Colle Hortulorum, templo So- lis, & sepulchro Neronis.

CAP. XXVI.

Hortulorum collis pauca memoratu digna
 complectitur. Inter qua domus Pincij
 Senatoris, qui & porta & monti cognomen fe-
 cit, hodie enim mons Pincius, & porta Pin-
 ciana dicitur. Domus Vestigia, ad murum an-
 tiquum in eodem loco cernuntur. Ad eosdem
 muros moles, forma hemicycli occurrit, quam
 Solis templum fuisse autumant.

In eodem colle e regione sepulchri Marcelli,
 in Via Flaminia, in Domitiani sepulchro, Ne-
 ronis quoque sepulchrum extitit.

Hortulorum autem collis, ab hortis, qui sub
 ipso, olim perpetuis irrigui aquis fertilissimi e-
 rant, nomen accepit. Ex colle hoc magistratum
 petitori in campum Martium olim descende-
 bant.

DE VRBE PLANA ET
THEATRO IN GENERE,
LIBER VI.

CAPITULUM I.



*Tertius quid quoque loco pla-
ne Urbis constitutum fuerit, si-
ri possit, linea recta à Capito-
lio, per Pantheon ad Tyberim
prope S. Rochi ad eam ducatur.*

*Itaque Urbs propemodum in duas partes aqua-
les distributa: altera pars à fronte & latere Ty-
berini, altera à foro Traiani, usque ad portam
Flumentinam, ad Quirinalis, Hortulorumque
collum radices constituetur.*

*A theatro Marcelli igitur incipio capto, et ha-
cenus, loca ipsa recensentur. Theatrum ita-
que Vox Græca, Visorium Latine dici possit.*

*Primum autem apud Athenienses theatra
sunt instituta, & id propter agricultores, qui
diebus festis, templa deorum obibant, postea Ro-
ma instrui cepta, à M. Scauro, ligneum, &
omnium maximum primum aedificatum est. Ca-
pae enim hominum octoginta millia capietat.
Facta deinde theatra Versatilia, quæ modo
hanc, modo aliam faciem ostenderent. Sed de
theatris vide Cassiodorum & Vitruvium, qui
copiose de his scripserunt, à quibus scilicet in-
stitutum*

ſtituta primum, & quomodo adſificata fuerint.

**De Theatro Marcelli, & Bibliotheca,
de porticu & curia Octaviae.**

CAP. II.

Augustus multa ſub alieno nomine adſificavit, & paſſim ab authoribus ſcriptura invenitur, inter qua etiam Theatrum Marcelli nepotis ex ſore Octavia fuit. Huius pax adhuc inter Capitolium, & Tyberim, ubi nunc Palatium Sabellorū eſt, ceratur. Capſebat autem hominum octoginta millia. De hoc Theatro ſide plura apud Aſconium.

Iuxta ipſum theatrum, Octaviae porticus, ab eodem Auguſto in gratiam Octaviae ſeraris excitata. In ea Proſerpina raptus; Bacchus, & Satyrus, Praxitelis opera fuere. Apollo, Diana, novem Muſae Timarchitis opera. In hac porticu etiam Iunonis adem ponit Plinius, & eiuſdem deae ſimulachrum.

Iuxta eandem porticum Octaviae Curia ſteſit, & in ea Cupido fulmen tenens. Hac curia olim id ſpatij, quod hodie D. Nicolai in Carcere, & S. Maria in Porticu occupabat.

Marcello defuncto, Octaviae mater eius prope Theatrum Bibliothecam inſtituit. Primiſſi autem Pyſiſtratus tyrannus Athenis omniſum diſciplinarum libros publice legendos poſuit, Ro
ma

ma Verò Asinius Pollio.

De Circo Flaminio, & templo Apollinis.

CAP. III.

Circum Flaminium in eo loco fuisse, ubi hodie Apotheca obscura ad adrem S. Catharinae Vestigia adhuc demonstrant. Dictus est autem Flaminius circus, quod circum Flaminium campum adificatus fuerit: Vel à Sen. Flaminio, qui ad Transimennum Lacum occisus est. In hoc ludis Apollinæares, equestrésque celebrabantur. In hunc etiam Senatus saepe consultandi gratia ex Capitolio descendens conuenire consuevit. Neptunus quoque adrem in eo sacram habuit.

Apollinis templum in eodem loco fuisse ostenditur, ubi nunc S. Maria templum est sub Capitolio, inter forum Holitorium, & circum Flaminium, prope portam Carmentalem.

De Vulcani, Martis, Bellonæ, Herculis, Iouis Statoris templo, de Columna Belliæ, Ara Neptuni, Porticu Corinthia, & Colosso Martis.

CAPVT IIIX.

IN Circo Flaminio templa deorum celeberrima fuisse, velut Vulcani, Martis, & Bellonæ quod versus portam Carmentalem fuit.

Ante

*Ante Carmentalem portam, columna mar-
morea stetit, hanc Romani Bellicam cognomi-
narunt: Exat enim belli inferendi index. Ro-
mani antiquitus hunc morem belli indicendi
retinuerunt: quod Præco, aut ex Fæcialibus
vires in eam terram, cui bellum illaturus erat,
cum alijs signis, hastam coniciebat: Verum cum
imperio propagato remotissimis nationibus bel-
lum sæpe indicendum esset, ne esset necesse, sæ-
dus, hastam in eam proicere, in dictam colum-
nam, Versus eam partem, quo profecturi erant,
hastam figebant.*

*Herculi Magnò, custodi circi Flaminij, a-
dem in eo construxerunt, is enim in aditu, ab ea
parte, ubi nunc S. Lucia in Apatheciis obscuris
templum est, positus fuit.*

*M. Fulvius Herculi Musarum, templum
ex censoria pecunia posuit. Audierat nanque
in Græcia Herculem Musagetem, id est, ducem,
comitemque Musarum esse. Idem Fulvius a-
minum Camænarum simulachra ex Ambra-
ciensi oppido Romam transtulit. Et sub Fortis-
sini numinis tutela consecrauit, et mutuis au-
xilij iuvarentur, quies Musarum Herculis
defensione, Et Virtus Hercules voce Musarum.
Hanc adem vetustate deformatam, restituit
Martius Philippus, Augusti Vitricus.*

*In eodem circo etiam Iouis Statoris tem-
plum fuisse voluit.*

Ibidem. Et aram Neptuni, quæ olim sanguine manavit, extitisse indicijs quibusdam colligit.

Octavianus poricum, ab arcis columnæ Corinthiam vocatam, excitavit. Hæc inter circum Et templum S. Nicolai fletit. Et Chalcædia quoque appellata fuit.

Colossus Martis, apud circum Flaminium, in templo Bruti Callici fuit.

De Porticu Mercurii, & Octavii theatro, domo, atrio, & Porticu eiusdem, ac de templo Veneris Victricis.

CAP. V.

Inter circum Flaminium Et Tyberin. in se subulo, nunc adis S. Angeli in piscina porticus extat, Mercurio, Soli, Et alijs Volunt, Iononis sacra. Hanc igne exhaustam, L. Septimius Severus restituit. Porticus vero quæ in platea Indorum, quam Cœuram vocant, Severi Imperatoris fuisse Volunt.

Pompeius inter Marcelli Et Hadriani molem omnium primus mansuram theatrum extruxit, alia enim, spectaculis Et ludis finit demoliebantur, Et cum opus erat, nova excitabantur. Hoc theatrum cum Pompeius magna ex parte absolvisset, Caligula ex tremam manum imposuit. Postea Theodericus Ostrogotorum Rex restauravit. Capiebat autem Et hoc hominum lxxx. millia.

Prope hoc theatrum, etiam atrium, seu Curia fuit: Atrium hoc nunc Satrium vocant: & Pompeij domus, & ante domum porticus. Hæc Pompeij adficia, Philippo ludos scenicos celebrante, igne consumpta sunt. Iuxta idem Theatrum, D. Claudius Tiberis Cesari arcum maritimum excitavit.

Veneris Vindictis templum in eodem theatro fuisse aiunt.

De Thermis Agrippinis, Pantheone, eiusque porticu, ac Boni Euentus templo.

CAP. VI.

A Pompeij arce versus Septentrionem, thermæ Agrippinæ occurrunt harum Vestigia in eo loco, quas nunc Cyambella ab incolis appellatur, conspiciuntur. Agrippina autem ab ipso Agrippa, qui eas adificauit denominatae sunt. Lege Plinium Nat. Hist.

Prope prædictas thermas templum antiquissimum, & inter Urbis vetusta templa, hodie nobilissimum, ferè integrum adhuc manet, hoc, quia omnibus propemodam dñs sacrum erat, Pantheonæ vocare placuit, hoc mundi, id est, spherica forma fuit. Hodie, S. Maria Rotunda vocant. Huius templi saepe Plinius & alij meminere, ad quos lectorem remittimus. In huius templi pronao Augusti & Agrippa simulachra fieri, Martis quoque, & Veneris. In

bb 2

Veneris

Veneris simulacri arcula Cleopatra vniopre-
tiosius pendebat. Minerva item simulachrum
Phidia opus. Hercules insuper, ad cuius simu-
lachrum Pauci humanis victimis singulis an-
nis olim sacrificabant. In templum hoc multi
gradibus, sicut & in cetera, ascende-batur: à
Veteribus enim templa in sublimi extruebantur,
& vnioco tantum aditu. Porticum hinc
templo Agrippa addidit, opus admirationem
summa dignum, hac à quibusdam Prothyron
appellabatur. Et Porticus nihil aliud significat,
quàm vñ rñs dupes ornamentum aut vestibula-
m. De hac quoque multa hinc inde tradide-
re scriptores. Hoc templum primum D. Maria-
nus postea Antoninus Pius instaurauit.

Templi Boni Euentus Vestigia adhuc qua-
drata & oblonga perspiciuntur inter Minerva,
& S. Eustachij plateas. Hic deus olim co-
lebatur vt omnia prosperè felicitèque eueni-
rent. Simulachrum eius habitu pauperis, dex-
tra pateram, sinistra spicam tementis erat.

De Thermis Neronianis. & Alexandri-
nis: & de Circo qui Agon dicitur.

CAPVT VII.

Post S. Eustachij adem, inter Pantheoni &
Longobardorum plateas, thermarum &
fornicum Neronis Vestigia cernuntur.

Prope

Prope has Alexander alias nouas, aqua quam Alexandrinam vocant, inducta, existit. Splendidas admodum & amenas, de quibus multa Lampridius. Iuxta has Adriani thermas fuisse quidam existimant, & in eo loco, ubi S. Aloisij templum est, collocant.

In Urbis Plana parte celeberrima Vestigia circa spatiosissimi, quem hodie Agonem vocant, cernuntur: sic dictus quod Agonalia, à Numa in Iani honorem instituta, in eo ad diem XX. Ianuarij celebrentur. Vel quod omnis generis spectacula, qua à Græcis agona dicuntur, in eo edere consuetudo fuerit. Hunc à Nerone vel Alexandro extructum solunt: utpote quorum alia quoque ornamenta in eodem loco fuerunt: consueuerunt enim Principes ferè in eodem loco monimenta sua ponere.

De Neptuni templo, Terento, Ara Ditis, ac Palude Caprea. CAP. IX.

IN ripa Tyberis, ubi nunc S. Blasij, olim templum Neptuni stabat: id ab Adriano restitutum. In eo tabula qua naufragia picta habebant, reponebantur.

Terentius in campo Martio locus est, eò sic dictus, quod in eo ara Ditis occultata esset, vel quod aqua Tyberis profluentis ripas eius loci tereret: aut quod Euander ex Arcadia in eum

bb 3 locum

locum profectus, cum classe constisset.

Illi Proserpina etiam aram sub terra bello Albano, et ipsi soli cognita esset, occultauerunt.

In eodem Campo Palus Caprea quibusdam fuisse videtur. Vbi Romulus subita tempestate exorta, e medio sublatus est. De qua re Livius.

De domo Cornina, via Lata, & templo Isidis. CAP. X.

Altera Urbis Plana pars, secundum radices Quirinalis, a foro Traiani ad portam Flaminiam producitur.

In ea parte Urbis, prope Capitolium domus Cornelia ab ea gente aedificata fuit. Et in hac usque diem vetustum nomen reservat, Maclatan namque Cornuorum vulgo dicitur.

Ab ea domo ad Septu Campi Martii via Lata, antiquo nomine terento, producitur. In eadem via S. Marcia templum, cognomento, in via Lata.

In eadem via Isidis templum olim constitutum, prope Septu ad S. Marcelli eodem fuisse dicitur. Iste autem Aegyptiorum dea fuit. Ea quoque Roma, cum Osiride qui Serapis est cognominatus colebatur. A quibus Iscum, & Serapeum loca publica in regione Flaminia fuerunt. In Isidis autem templo cum incestus commissus esset, Tiberine sacerdotes eius templi oratibus affligi. Et templum

euerit iussit: Fuerunt etiam alia templa huius
de a Roma. Caracalla enim eius sacra Romam
transiulit, & summa obseruatione coluit.

De arcu Camilli, templo Minervæ, & fo-
ro Suario.

CAP. XI.

DEscendenti à Via Lata, Pantheonæ Ver-
sus, arcus antiquissimus occurrit, hanc
Camillo quidam, sed falsò, ædium putat, nam
eius tempore arcus adhuc longo post tempore in
usu non erant, necesse est ergò alterius fuisse
Imperatoris.

Minervæ templum inter arcum hunc &
Pantheonæ extruxit Cn. Pompeius, in quo co-
mmissum suorum gestorum summam breuiter
complexus est, & alia in honorem Urbis Rom.
insignia in eo constituit, atque exornauit. De
hoc lege Plinium.

Ad Quirinalis radices, in Columnensium
hortis, prope cliuent, quæ nunc in montem Cabal-
lum ducit, forum Suarium olim fuit at. Suarii
autem à subus in eo secundandis dicitur. Væ-
ro namque testis est, veteres loca constituta ha-
buisse, obres peculiariter venderent. & ab ip-
sibus locis ipsis quoque nomina imposita: Sic à bo-
vis forum Boarium, à piscibus Piscarium, à
subus Suarium, ab hysteribus Hystorium forum
vocatum, &c.

De Campo Martio, siue Tyberino

CAP. XII.

Quoniam libro primo, de campo Martio, satis sibi fuerit declaratum est, non erit necesse hic repetere. Verum unde dictus sit Martius, breuiter hoc loco considerandum. Dictus est igitur Martius, quod Marti sacer esset. Hi Tarquinij regna cieclis, quicquid agrorum & fructuum quoque habebant, ijs qui nullus habebant agros. diuidebant. Unica campo Martio excepto, hic quoniam Marti dicatus fuit, ut in eo ludi fierent, & iuuentus exercitaretur, fuit etiam quoque, qui tum forte creuerant, sacre existimabant, fas igitur non esse putabant eos distribui, sed in Tyberim conijciebant, unde nata est insula Tyberina, de qua infra libro ultimo. Hoc campo igitur, prater natiuam laetitia torumque amoenitatem, ornamenta etiam, & statua illustrium virorum in eo erigebantur. Et ex Capitulo, cum ille locus angustus nimium esse cepisset, propter ornamentorum, qua quotidie inferebantur, multae ex eo in Campum Martium translatae sunt. Hoc campum Tyberinum dictus ab antiquis, sicut etiam Tyberis Martius.

De porticu, templo, columna, & Palatio Antonini Pij, ac de Septis, siue Onilibus.

CAP. XIII.

Inter Sciarra Pantheonisq; plateas, iuxta S. Stephani templum in Trullis, porticus cernitur, quam pleriq; propter eiusdem templi propinquitatem, Antonini Pij fuisse arbitrantur. Columna insuper Antonini haud procul distat. Hanc Colchis instar Traiani columna (de qua supra) altissimam excitavit. Inter columnam hanc, & porticum, hic Imperator Palatium quoque insigne habuisse memoratur.

Inter eadem columnam & aqua Virginem Septa Campi Martij fuisse dicuntur. Erant autem Septa, loca tabulis ligneis inclusa, & undique vallata, in quibus Pop. Rom. in Magistratus creatione suffragia laturus includebatur. Eadem ob ovium similitudinem, Ovilia ab aliquibus sunt appellata: Hac à Livio iuxta viam Fornicatam Flaminiamque ponuntur.

De monte Citatorum, Villa Publica, Téplo Neptuni. & Ponte in Campo Martio.

CAP. XIII.

Surgit inter Columnam Antonianam, & S. Laurentij in Lucina adem, turculus, qui nunc Cisternae, pro Citatorum appellatur. Nō quod mons esset, sed quod in eum, tanquam in montem, Pop. Rom. Magistratibus creandis suffragia laturus conveniret. Sunt qui Acceptorum à suffragijs accipiendis, sive Septorum, à proximis

Septis reclinatum existimant. Hunc colliculum ex riuus porticus alicuius, aut Villa Publica creuisse volant. Fuit enim olim Villa Publicae modum Curiae, domus an. pla in hanc Legationis officium, quibus neque in Urbem patebat aditus, neque in Gracostasi hospitium concedebatur, ne capiebantur.

Iuxta Septa, templum cum Porticu pulcherrima Neptuno exornauit M. Agrippa, & aethor est Dionysius.

Apud Citatorum collem, & Antoninolumnam: pons iuxta Septa erat, per quem citis datis suffragiis, ne laturis sese immiscerent, & cui suffragium significare possent, transeuntes separabantur.

De aqua Virgine, Lacu & Aede Iuturnae ac Pietatis.

CAP. XV.

Aqua Virgo, qua adhuc potu suavis antiquum nomen retinet, prope Salarium pontem concipitur, & profundissimo ductu cuniculo, per Collatinam portam influens, sub Hortulorum colle attollitur: deinde arcuato opere per Martium campum deducta, multis accolis aquam in usum administrat, & Lacullanis hortis finitur.

In Martio campo etiam Iuturna, Turni sororis fons & lacus aqua saluberrima fuisse datur: & hanc Nympham a sumando Iuturna

dicta

dictam, recte affirmant, quod hac agros iuua
re putaretur. Locus ipse corrupto vocabulo, eor
die Lotreglio appellatur: In eodem campo, ubi
nunc S. Salvatoris templum est, Pretatis olim
existisse memoratur.

De arcu Domitiani, Obelisco cūpi Mar
tij, & Amphitheatro Claudij Imperatoris.

CAP. XVI.

Arcus triumphalis mutilatus, ornamen
tisq; omnibus nudatus, inter S. Sylvestri
& Laurentij in Lucina ades sacras, viam am
plexus Flaminiam, Domitiano Imperatori ad
indicatur. Hinc prater alia indicia, illi addi
cunt, quod is Imperator multos ubique arcus
excitavit. Hunc autem arcum Tripolim vocant
ut qui à tribus civitatibus deusctis nomen
acceperis.

Obeliscus quoque in Campo Martio quem
Augustus ex Hieropoli Aegypti civitate Ro
mam transfudit. Et prater insignia, & in
scriptiones mirabiles quon ex videbantur, Au
gustus quoque alia, non minori admiratione
ornamenta adiecit. Sed de his legere Plinium
præstat.

Claudius Imperator iuxta Septa in campo
Martio amphitheatrum, statuit & columnis
pulcherrime exornatum adificavit.

De

De Valle Martia, Palatio, & Porticu Augusti, de Domitiani Naumachia, & Flauig gentis templo. CAP. XVII.

Vallis Martia à campo Martio nomen habet, inter Tyberim & Hortulorū collem iacet, in hac loco ceteris depressiori, Domitiani Naumachia, Urbis nauales pugnas olim commisit, apparent. Hoc loco antea Augusti Naumachiam fuisse, verisimile est, quia cum à Domitiano repurgata esset, ab ipso postea à nomine retinuit. Lege Suetonium.

Iuxta hanc Naumachiam, Flauia gentis templum fuisse putatur.

In hoc campo Porticum, & Palatium Augusti adificatam fuisse, probat Iulius Capitolinus,

De Augusti Mausoleo, & iuxta eū Obeliscis duobus, deque Marcelli sepulchro.

CAP. XVIII.

Augustus in Valle Martia, inter Viam Flaminiam, & ripam Tyberis, iuxta S. Rochi adern, Mausoleum sibi & omnibus Imperatoribus, toti denique genti suae sepulchrum instituit. Moles hac instar turris est, quae ad portam Populi constituta, & spoliata suis ornamentis cernitur: quam Marcelli sepulchrum fuisse volunt.

Int. Mausoleū autem propter Mausolei regis Caria sepulchri similitudinem, quod ei Artemisia uxor extruxit, suum etiam cognominavit Augustus. Lege Cassiodorum, Strabonem & alios eadem de re.

Iuxta Augusti Mausoleum, obeliscos duos fuisse testantur ruinarum vestigia.

De Via Flaminia, Trophæis Marij, & quibusdam aliis ornamentis campi Martij in genere.

CAP. XIX.

CN. Flaminium, M. Lepidi collega, demictis Liguribus, Siam Flaminiam stravit. Hac à Placentia per Narviam, Fuligneum, Nuceriam, Callium, Fortuna fanum, Pisaurum Ariminum ducebat. Vide Livium & Suetonium.

Inter Augusti Mausoleum, colleſque Hortulorum, trophæa Marij de Iugurtha fuere. Trophæa autem Varrone teste, à τροφή, spēe Græcæ, qua fugam significat, dicta sunt, quod hostium in fugam converſorum occiſorumque ſpolia & exuvia in ſtipitibus ſuſpendi conſuetudo eſſet. In Campo Martio, Sylva Hirtij & Panſæ. Iulæ, Britannicæ, Drusi, D. Claudij, & aliorum fortium virorum ſepulchra fuerunt. Alia item innumera ornamenta, de quibus ſuprà quoque hoc libro.

D 5

DE TYBERINO

FLVMINE LIBER VII.

CAPVT I.



Equebatur iam ordine laetum totaq; Translyberina regio, sed quoniam hac à reliqua flumine Tyberi separatur, deo quoque pauca quaedam discrete denot. Et primam quidem nominis ratio explicanda est. Tyberim igitur à rūs ubi quidam existimant. Siculi enim cum Cartaginienſibus prælio superassent, et eorum ciuitas ac finis esset fossam & aquam circumdixerunt, quam in hostium contumeliam, ubi ipi vocarent. Idem cum iuxta Romam poste à castra posuissent, flumini hoc idem nomen imposuerunt prius Albuli illi nomen erat. Alij à Tyberi, rege Thascorui, qui in ripis eius occisus est. Varro à Tyberi regulo Veientium Vicino. Tyberim nomen accepisse existimat. In sacris Tyberinus, communis sermone Tyberis, in pœsi Tybris legitur. Antiquis etiam Riemon, quasi ripas ramentans, dabatur. Vna Urbis parte Terentius, quod ripas tereret appellatus. Oritur autem in Apennino supra Arnum, tenuis primum: & antequam Romam intrat, XL. annibus in se recepit, ita auctus excreuit, et oneraria maritimaq; naues in eam Romam &que pertrahi possint. Hic Thascian

sciam ab Umbris, Sabinis, & Latinis dirimes.
 Urbem à Septentrione ingreditur, à Meridie in
 ter Hostiensem, & Portuensem, à dextris Ian-
 culam, à sinistris Urbem relinquens, prope Ho-
 striam in mare Tyrrhenum uno ostio exonerat-
 ur. In ripa huius, tanquam numini sacra, ni-
 his edificare licebat. Aluei quoq; & riparum
 custodes constituti erant. Sed de flumine hoc Pla-
 nius, & alij multa memoria tradiderunt.

De pontibus supra Tyberim extractis.

CAP. II.

Cum Tyberis, ut dictum est, adeo profundus
 sit, ut etiam naues maximas ferat, pedi-
 bus transiri nequit, ergo pontibus instructis, Ur-
 bem Transstyberina regioni coniungere necesse
 fuit. Primus itaq; Hercules Gerione occiso, pon-
 tem in eo loco, ubi postea Sablicius constitutus
 est, construxit. Ante Urbem conditam etiam pontis
 Sacer. Vocatus, Tyberim transibat, in quo homi-
 nes deijciendo in Tyberim, Saturno sacrificaba-
 tur: Sed eo sacrificandi ritu per Herculem abro-
 gato, insit serpens hominū simulachra: quia Ar-
 geos vocabantur, deijci. Post Urbem conditā pon-
 tes extracti numero octo, scilicet Miluius, Ae-
 lius, Vaticanus, Ianiculensis, Cessius, Fabricius,
 Palatinus, & Sablicius: hos omnes prater Sub-
 licium Totulus demolitus est.

De Ponte Miluio. CAP. III.

Miluuius pons, quem nunc Moluium vocant, in Via Flaminia situs est, & extra primum lapidem ab Urbe distat. Hic à M. Scauro in Censura Syllanis temporibus extructus. Hunc saepe demolitum iterumque restructum asunt.

De ponte Aelio, nunc S. Angeli, Vaticano, siue Triumphali, ac Ianiculensi, siue Aureliano. CAP. IIII.

Pons, nunc S. Angeli, olim Aelius, ab Aelio Hadriano denominatus. Is enim pontem ipsum, & iuxta sepulchrum, quod Hadriani Molem vocant excitauit.

Infra hunc pons est, qui in Vaticanum montem & campum mittit, & ob id Vaticanum: aelio nomine. Verò Triumphalem pontem, quia per ipsum triumphantes in Capitolium lati Ioui congratulatum ascenderent, cognominarunt. Huius pontis pila è regione S. Spiritus hospitalis, in Tyberi adhuc videntur.

Tertius à proximo Ianiculo Ianiculensis: & à Via, vel porta Aurelia, Aurelij pons quoque, dictus est. Antoninus Pius hunc marmoreum struxit: qui civilibus bellis demolitus Ruptus est dictus. Hunc posse à Xystus IIII P. Pont. Maxim. flaurauit & suum illi nomen indidit.

De

De Ponte Fabricio, & Cestio. CAP. V.

Post Aurelium pontem stadio uno, è regione Theatri Marcelli, in medijs Tyberis fluminibus, insula surgit: hæc prius pons Tarpæus, à rupe Tarpæia propinqua, postea à Fabricio, à M. Fabricio, qui eo ponte insulam Urbi continuavit, est cognominatus. Idem pons nunc Quatuor capitum à quatuor marmoreis simulacris quadrifrontibus ad pontis aditum collocatis appellatus est. At qui eandem insulam TransTyberina regioni connectit, Esquilinus, fusc Cestius olim, nunc pons S. Bartholomæi est vocatus.

De insula Tyberina. CAP. VI.

DE huius insula origine, supra in descriptione campi Martij habuimus. Iuinus & Dionysius etiam hanc historiam copiose describunt. Habet hac biremis formam, ubi latissima est, teli iactum non excedit: Longitudo stadia circiter duo complectitur. Hac olim Lycæonia dicta: Aesculapio, cuius simulachrum ex Epidauro in eam aduectum, sacra est. De Aesculapio, eiusq; fano, lege Plinium.

Ioui item templum in ea est à C. Serulio Duum Viro dedicatum, à L. Furio annis sex ante, bello Gallico tota. In eadem insula propter Aesculapium in agris agri ponebantur.

Et prope eiusdem dei tēplum erat nosocomion, id est, agrorum sanandorum locus: Quod hic deus medicina inuentor, cuiusprq̄ esset.

Fauni in eadem sanum fuit, sed propter suum men, huius Vestigia vix apparēt amplius. Faunus primus dīs sana templaq̄, consecrasset dicitur, & ob hanc causam ab eodem templo dīs sacra sana sunt appellata. D. Iulij statim illic fuisse Cor. Tacito, & Suetonio auctoribus comprobatur.

De Ponte Senatorum, siue Palatino & ponte Sublicio. CAP. VII.

Infra dictam insulam, ad teli sacrum septimus pons est, qui Senatorum à Senatoribus dicitur: Hic etiā à monte Palatino propinquus, Palatinus vocatus. Hodie ab ade S. Mariae Vicina, S. Mariae Aegyptiacae pons nominatur.

Sequitur Vltimus pons Sublicius, qui etiam Vetusissimus habetur. Hic primū ligneus ad Auentini radices ab Anco Martio, sine clamo ferreo, & fulturis, contignatione solastat compactus, ut belli tempore adimi posset. Sublicius autem à sublicibus, id est, magnis trabibus dictus. Aemilius Lepidus hunc postea à Lapidem compegit, & ex suo nomine Aemilium denominavit. Sunt qui ex marmore stratum velint, & inde pontem Marmoreum appellatum. In hoc olim pauperes à transeuntibus stipem petentes sedebant. Ex hoc faciendo, in Tyberim etiam

etiam precipitabantur. Hic quoque, Et alij pontes, saepe demolitus, ab alijs atque alijs instauratus.

De Translyberina regione, Rauenatium & Fortis Fortunæ templo, Thermis Seuerianis, hortis cæsaris, ac de aqua Alsetina, & de pratis Mutijs. CAP. VIII.

Translyberina regio, à monte Ianiculo, qui illi plurimus imminet, prisca tempore tribus nomen habuit: Rauenatium etiam Græcem ab antiquis nominatam reperimus, à Rauenatium classe, qui cum Romanis auxilium tulissent, in Ianiculo habitandi potestas, ne aliquando ab hostibus mons occuparetur, est data. Et cum hac regio à vilissimis hominibus, & sordidas artes exercentibus incoleretur, nihil memorabile in ea propemodum præter pauca quedam, fuit. Seuerinus thermas illic extraxit. Cæsar hortos & Naumachiam ibidem adornauit. Fortis Fortuna templum quoque eadem regione Tiberij tempore dedicatum.

Alsetina aqua, ex Alsetino lacu, via Claudia in hortos Augusti, & Naumachiam perducta, Translyberina regioni seruebat. Hac aqua Augusta etiam ab aliquibus est nominata. Vide Frontinum, qui de aquis Romanis copiose conscripsit.

cc 2 Muti

Mutius cum se pro patria mori ultro obtulisset, à Pop. Rom. regione translyberim donatus est. Et hic locus pratæ Mutia hac tempeste adhuc vocatur. Iuxta Naualia Translyberina olim ludii piscatorij celebrabantur.

De sepulchro Numæ, & Cæcili j poëtæ,
Tribunali Aureliano, Ianiculo, &
hortis Martialis. CAP. IX.

Numa regis sepulchrum sub Ianiculo fuisse, arca eius, & libri illic longo post tempore effossi, comprobant, Vide Læsum, Solum, &c.

Tribunal Aurelianum, & Naualia in eadem Translyberina regione fuisse, ab ijsdem authoribus demonstratur.

Ianiculo, Iannus, qui in eo habitavit. & postea sub eo sepultus, nomen dedit. Hic eandem illic ciuitatem adificauisse fertur. Ianiculus etiam Antipolis dictus est, & Roma Saturnia.

Cæcilius poëtæ sub eodem Ianiculo sepultus fuisse pradicatur. Martialis hortus amenissimi in eodem Ianiculo, & ipse libro primo testatur. fuere.

De monte & Campo Vaticano, templo
Apollinis, & Martis, Naumachia, Circo,
& hortis, ac de Obelisco Cæsaris.

CAPVT X.

Vatic

Vaticanus mons, & Campus ipse, extra Urbem in TransTyberina regione fuere, & eo loco ubi hodie est S. Petri templum, & Pontificis Palatium. Vaticanus autem dictus est, à Vaticano deo, cuius instinctu Vaticanum illic edita, credidit antiquitas, deum Vaticanum, ideo dixere, quod penes hunc Vocis humane initia essent, quoniam pueri simulatque in lacem eduntur, huius dei Syllabam primam primum imposerunt.

Apollinis templum in Vaticano, eo loco fuisse putant, ubi hodie S. Petronilla: & Martis, ubi S. Maria cognomento in Febris in Via diu Triumphali est. Gellius scribit Iulium Paulum poëtam in Vaticanoq; hortos habuisse.

Vallis Vaticana ibidem videtur, in hac Nero pro regendis equis spatium inclusit. Conuenticula item & Campanas ibidem adornauit. Hortos quas illic Nero habuit, ad varia Christianorum supplicia obtulit. Totumq; hoc spatium inclusum Circum appellauit. Naualia præterea, stagna, Naumachia illic fuere. Obeliscus quoq; Cæsaris in Via Triumphali adhuc erectus conspicitur.

De via Triumphali, aqua Sabbatina, sepulchro Scipionis. CAP. XI.

DE Via Triumphali etiam supra mentio facta est, dicta Triūphalis est, quod pompa triumphalis per eam in Capitolium pro-

cedebat. Hæc Vt & alia, silice strata fuit. Continuabatur autem olim ad porticum posteriorem S. Celsi, & campum Floræ petebat, ab hoc templum olim Iunonis, nunc S. Angeli: hinc ad S. Georgij templum in Velabro. In Pontificibus hortis multa aliunde illuc translata conficiuntur antiquitates: Vt Nilæ simulachrum, & omnia animalium in eo crescentium genera, Tyberis, cum lupa, Urbis conditoribus & præbente Apollinem cum arcu & spica, Laocoontis statua, de qua supra. Cupidinem iuxta Venerem. Et alia multa illic in porticu & hortis apparent.

Sabbatina aqua, à Sabbatino Anguillare lacu Romam perducta: postea ab Hadriano aqua ductu restituto, in D. Petri Basilicam ad sacerdotum & sum perducta.

In Vaticano campo, non longè ab Hadrianæ mole, meta, seu pyramis olim stetit: sub qua Scipionis Africani sepulchrum fuisse ferunt.

De Mole Hadriani & Prædis Quintijs.

CAPVT XII.

Aelius Hadrianus, iuxta Aelium pontem, è regione Mausolei Augusti, ingentem molē, pro suo sepulchro excitauit. In hoc primum ipsius, postea omnium Antoninorum cineres sunt reconditi. Hæc hodie Pontificum præsidium est. Eadem quoque Crescentij arx, à Crescentij

ſcentio quodam duce factiſo, qui eum diu tenuit denominata eſt. Vide Precopium.

Prata Quinta in Campo Vaticano, à Q. Cecinnato cognominata fuerūt. Lege Plinium. Hodie Aprata nominantur.

De iis quæ extra portam Flumentanam, & Collatinam fuere, vel nunc ſunt.

CAPVT XIII.

F *Laminia Via primum extra portam Flumentanam occurrit. Hæc, Et antè quoque demonſtratum, à Cn. Flaminiæ Ariminum & que perducta. Hanc ſcilicet intra Urbem, extra Urbem glææa ſtrauit: Sic omnes quæ Romæ ſunt via munita dicuntur. In hac Via Auguſtus pontes quatuor extruxit, quarum Veſtigia hodie vix apparent. Ad hanc Caſar Villam, quam ad Gallinas vocabat habuit. Rationem nominis tradit Linius. Via Flaminia iuncta fuit Claudia, in qua Ouidij horti extiterunt.*

Aemilia Via, à Lepido Flaminij collega conſtrata, ab Aemilia regione, Bononiæ & quæ ducit. Aemilia autem Via dua fuiſſe perhibentur, una qua Flaminiam excipiebat: altera quam Scaturus ſtrauit, qua per Piſas & Lanam in Sabatios ducebat. Tyberina item Via fuit, & Caſſia, extra portam nunc Viridariam, qua Sutrium, Vetrellam, Viſterbiumq; in Viſinenſem mittebat.

Clitella loca quadam sunt in Via Flaminia, parum declivia deuexaq̃.

Extra Collatinam portam, Via eiusdem nominis est.

De iis quæ extra portam Collinam fuisset traduntur. GAP. XIII.

Via Collina porta Salaria vocatur, Sabini enim salem in Urbem per eam inferebant. In ea Salaris pons fuit. Ducit autem Salaria in Sabinos: Excipitur Verò à Nummentana. In Salaria Veneris Erycina templum Fabio Dictatore votum, dedicatum Verò à L. Porcio. Ibidem Veneris Verticordia simulachrum erat, sic dictum quòd hominum à libidine verteret animos. Honoris item templum & ara in ea: & Lucij Augusti tonsorii sepulchrum.

De iis quæ extra Numentanam portam, & interaggeres fuere, vel hodie sunt.

CAPVT XV.

Extra Numentanam Via nominis eiusdem incipit: hac itur Numentum. Eadem Ficulnensis, à figlinis in eo loco constitutis sic appellabatur. Nenia qua cantu flebilis, funeribus interesse solent, extra portam hanc templum habuisse dicuntur. Itæ alijs dijs immitibus, quòd humano generi nocere creduntur, templa, sed extra portam, ut minùs noceant, constituerunt.

rant, Et Febri, Marti Vltori: Nemesi, &c. In Numentana Via, circa templum S. Agnetis, Bacchi vetustissimum templum apparet. In eadē Numentanus pons est, è Narsese eunucho extructus. Inter hanc & Salariam Suburbanum Neronis liberti fuit, in quo Nero mortem sibi conscivit.

Extra Interaggeres portam Castrum Custodia est, ubi milites Dioclitiani in statione fuerunt. Illic Viuarium quoq, nunc Viuariolum vocatum cernitur, ubi varia bestia, ad voluptatem potius, quàm Usum nutriebantur.

De iis quæ extra portam Esquilinam, Næuiam. Cœlimontanā, & Gabiufam, fuere, vel sunt. CAP. XVI.

A Porta Tiburtina, Via eodem nomine procedit, quæ Tibur ducit. In ea pons Mammeus est, vulgò Mamolo vocatur, nomen ab Alexandri matre, quæ eum restaurauit habet. Istic & Puticola, à puteorum multitudine nominata sunt. Lucanus quoq, pons, extra eandem portam Anienem transit. Anio Vetus, & Novus extra eam portam concipiuntur.

Extra portam Esquilinam Labicana Via est, & Prænestina. In Prænestina aqua Appia, ab Appio Claudio in Urbem ducta initium sumit. Virgo aqua in eadem Via, militibus olim demonstrata, ex eo loco in Urbem deducitur.

cc 5 Verum

Verum de aquis Romanis Vide Frontinum; hic cuiusq; ortum, aquaductum finem ac usum pulcherrime describit.

A porta Cælimontana incipit Via Cæpana: qua Latina iungitur. Inter Cælimontanam & Latinam, Gabinia porta constituta est, & ab hac Via olim Gabinia exibat, & hac Gabinia ducebat, hi ad Prænestinam Viam habitant.

De iis quæ extra portam Latinam & Capenam fuere vel sunt CAP. XVI

L*atina Via Latina portæ & nomen & principium dedit. Hac per Lemicanum, nunc Valmontanum ac Latinos producitur. In hac Fortuna muliebris templum olim stetit, & eiusdem deæ simulachrum. De hoc Valerius Maximus. In eadem Via Tepula aqua concipitur. A portæ Appia, Via eiusdem nominis egreditur, & ab Appio Claudio Capnam usque strata. Consule Strabonem.*

Ad Capenam portam Martis Bellatoris, vel Gradus templum fuit, & in eo Martis ancile. Iuxta idem templum lapis Manalis, qui in ciuitatem per siccitatem allatus, statim pluuia exortæ, unde Manalis appellatus fuit. In Via Capena Dea Bona sacrarium stetit: apud hoc Cladium, & M. Papyrium interfectos affirmant. Iuxta Capenam portam ara Apollinis, Spei, Minerva, Hono-

rii

*ris templa fuisse aiunt. Tempestatu item ad eam
à Marcello conditam. Ridiculi quoque tem-
plum ibidem constituerunt. Cum enim Anni-
bal in ea parte castra posuisset, irrisus illususq;
descedere coactus est. In Appia Via pons Va-
lentinus fuit, à Valente Imperatore extru-
ctus. In eadem prope Masicum montem Si-
monessa est. Hac Via sepulchra insignia habuit,
Calatini, Scipionum, Servuliorum, Metello-
rum, Tulliorum, Ennij, Pompeij, Horatiorum,
et Porumque. In ea parte etiam campus, ubi Ho-
ratij depugnarunt, cernitur, Et in eo aqua
Et fons, Mercurio sacer erat. Ad hunc cum
Populus Romanus accessisset, primus quisque
in eam lauri ramum intingens, proximos ea
spargebat Mercurium invocans, ut aspersis pec-
cata praesertim periuria delerentur. Lucus e-
tiam Egeria extra hanc portam fuit. Via Lau-
rentina in Appiam incidebat, in qua S. Seba-
stianus in eo loco, ubi Termino deo, Terminalia
festa celebrarunt, passus fuisse dicitur.*

De iis quæ extra portam Hostiensem,
& reliquas in genere.

CAP. XXVIII.

AB Hostiensi portæ incipit Via Hostiensis.
qua Hostiam ab Anco conditam ducit.
Hac

Hac cum Tergeminorum porta dicta, extra hanc Emporium à Leuiso ponitur.

In Translyberina regione porta tres fuere. Portuensis, Aurelia, & Fontinalis. A Portuensi, Via eodem nomine incipit, & ad Hostiensem portum ducit. Illic Portumnus, portuum diades sacra constituta. In qua Portumnalia festa in eius honorem celebrabantur. Ab Aurelia porta, Via Aurelia orditur, qua per Tuscanam maritimam Pisas ducit. Eadem à Trasano, qui eam restituit. Trasana est vocata. In hac Galba Imperatoris horti fuerunt, & in ijs eiusdem sepulchrum.

*

FINIS.

P V B. V I C T O -
R I S D E V R B I S R O -
M A E R E G I O N I B V S E T
L O C I S L I B E L -
L V S.

R E G I O P R I M A.

Porta Capena.



ICVS & Aedis Camenarum.

Vicus Drusianus.

Vicus Sulpitij Vterioris.

Vicus Sulpitij Cterioris.

Vicus Fortuna Obsequentis.

Vicus puluerarius.

Vicus Honoris & Virtutis.

Vicus Trium ararum. Vicus Fabritij.

Aedis Martis. Aedis Minerva.

Aedis Tempestatis.

Ara Apollinis. Area Spei.

Area Galli, siue Thalli, siue Gallia.

Area Pinaria. Area Carsura.

Lacus Prometheus.

Lacus Vissfani Vel Vespasiani.

Balneum Torquati.

Balneum Vettij Bolani.

Balneum Mamertini.

Balneum Abascanti.

Balneum

Balineum Antiochiani.

Therma Seueriana.

Therma Commodiana.

Arcus diui Veri Partibici.

Arcus diui Traiani. Arcus Drusi.

Mutatorium Caesaris. Almo fluvius.

Vici. I X. Aedicula. X.

Vicomagistri. X X X VI. Curatores. II.

Denuciatores. II. Insula. IIII. Mil. CCL.

Domus. C X X. Horrea. XIII.

Balinea prauata. L X X XII.

Lacus. L X X XIII. Pistrina. X X.

Regio in ambitu continet pedes X II. Mil.

CC X XII.

REGIO SECUNDA.

Cæli Montium.

T*emplum Claudij.*

Macellum magnum.

Campus Martialis. Insularia.

Antrum Cyclopiæ. Castra peregrina.

Caput Africæ. Arbor sancta.

Domus Philippi. Domus Vespasiana.

*Regia Tullæ Hostiliæ templumque quod uincen-
riam redegit ordini à se aucto, id est, patri-
bus minorum gentium.*

Manfones. Albana. Mica aurea.

Armamentarium. Spolium Samaritanum.

Ludus matutinus. Ludus Galliarum.

Cohor

Cohortes quinque Sigilum.

Vici. VII. Aedicula. VIII.

Vicomagistri. XXVIII.

Curatores. II. Denunciatores. II.

Insula. III. Mil.

Domus. CXXIII. Horrea. XXIII.

Balneae priuatae. XX. Pistrina. XII.

Regio in ambitu continet pedes XII. Mil. CC.

REGIO TERTIA.

Isis & Serapis.

Moneta Amphitheatrum quod capit loca. LXXXVII. Mil.

Ludus magnus. Ludus Dacicus.

Domus Brytiana. Samium coragium.

Prætura præsentissima.

Therma Titi Caesaris Augusti.

Therma Traiani Caesar. Augusti.

Therma Philippi Caesar. Augusti.

Lacus pastoris. Schola quaestorum.

Schola Capulorum. Porticus Livia.

Castra Misenatium. Suburra.

Vici. VIII. Aedicula. VIII.

Vicomagistri. XXIII.

Curatores. II. Denunciatores. II.

Insula. MM. DCCLVI. Domus. CLX.

Horrea. XVIII. Balneae priuatae. LXXX.

Lacus. LXV. Pistrina. XII.

Regio in ambitu continet pedes XII. Mil.

CCCCI.

RE

REGIO QVARTA.

Templum Pacis.

Templum Remi.

Templum Veneris.

Templum Faustina. Templum Telluris.

Via Sacra. Basilica Constantini.

Basilica Pauli Aemilij. Sacri portus.

Forum Transitorium.

Balneum Daphnidis. Porticus Asidatæ.

Area Vulcanicum Vulcanali, ubi lotos a mulo sata, in qua Area sanguine perducum pluit.

Buccina aurea, Vel Buccinum aureum.

Apollo sandalarum.

Horrea Cartharea Vel Tastaria Vel Testaria.
Sororium tigillum.

Colossus altus CII. & semis, habens in capite
radios VII. singuli pedum. XXII. & semis.

Meta sudans. Carina.

Domus Pompeij.

Auita Ciceronum Domus.

Vici. VIII. Aedicula. VIII.

Vicomagistri. XXXII. Curatores. II.

Denunciatores. II. Insula. II. Mil. DCC.

Domus. CXXXVIII. Horrea. VIII.

Balinea priuata. LXXV.

Lacus. LXXVIII. Pistrina. XII.

Regio in ambitu continet pedes XLIII. Mil.

RE

REGIO QVINTA.

Exquilina cum turri &
colle Viminali.

L Acus Prometheus.
Macellum Liniaris.
Nymphaeum diui Alexandri.
Cohortes VII. Sigillum.
Aedis Veneris Erycina ad portam Collinam.
Horti Planciani, vel Plautiani.
Horti Maecenatis. Regia Serui Tulli.
Hercules Sullanus. Amphitheatrum castrense.
Campus Exquilinus & Lucus.
Campus Viminalis sub Aggere.
Lucus Petelinus.
Templum Iunonis Lucina. Ingus fugatilis.
Domus. A. quilibet iureconsulti. Q. Catuli, &
M. Craffi.
Ara Iouis Viminis. Minerva medica.
Isis patricia. Lauacrum Agrippina.
Therma Olympiadis.
Vici. XV. Aedicula totidem.
Vicomagistri. IX. Curatores. II.
Denunciatores. II. Insula. III. Mil. DCCCL.
Domus. CLXXX. Lacus. LXXXIX.
Horrea. XXIII.
Balnea primata LXXV. Pistrina. XII.
Regio in ambitu continet pedes XV. Mil.
DCCC.

dd

REG

REGIO SEXTA.

Alta semita.

VICUS Bellona.

VICUS Mamuri.

Templum Salutis in colle Quirinale.

Templum Serapionum.

Templum Apollinis, & Clatra.

Templum Flora, & Circus.

Floralia. Capitolium Vetus.

Dixus Fidius in Colle. Forum Sallustij.

Fortuna Publica in Colle.

Statua Mamuri plumbea.

Templum Quirini. Domus Attici.

Malum Punicum ad quod Domitianus. DD.

Templum gentis Flavia, & erat domus sua.

Horti Sallustiani. Senatushaus mulierum.

Therma Dioclitiana.

Therma Constantiniana.

Balnea Pauli. Decem Taberna ad Gallias

Albas. Area Calidij. Cohortes III. Vigili.

Vici. XII. Aedicula. XVI.

Vicomagistri. XLVIII. Curatores. II.

Denunciatores. II.

Insula. III. Mil. D. V.

Domus. CXLV. Horrea. XVIIII.

Balinea priuata. LXXV. Lacus. LXVI.

Pistrina. XII.

Regio in ambitu continet pedes XV. Mil. DC.

RE

REGIO SEPTIMA.

Viā Lata.

L Acus Ganymedis, Cohortes. V I I. Sigi-
lum, aliter primorum. Sigilum.
Arcus nouus. Nymphaeum Iouis.
Aedicula Capraria. Campus Agrippa.
Templum Solis.
Castra Gentiana, aliter Gipsiana.
Hortus Constantini. Templum nouum Spei.
Templum nouum Fortuna.
Templum nouum Quirini.
Sacellum Genij Sangi. Equi aenei tiridatis.
Forum Suarium. Forum Archemorium.
Horti Argiani. Pila Tyburtina.
Ad mansuetos. Lapis pertusus.
Vici. X. Vicomagistri. X I.
Curatores. I I. Denunciatores. I I.
Insula. I I I. Mil. C C C L X X V. Domus C X I.
Horrea. X X V. Pistrina. X V I.
Balnea priuata. I X X V. Lacus. I X X V I.
Regio in ambitu continet pedes X I I. Mil. D C C.

REGIO OCTAVA.

Forum Romanum.

R Ostia populi Romani.
Aedis Victoria cum alia aedicula Victoria
Virginis dd. à Porcio Catone.
Templum Iulij Caesaris in foro.
dd 2 Victo

Victoria aurea statua in temp. Iouis Opt. Max.

Ficus Ruminalis & Lupercal Virginis.

Columna cum statua M. Ludij,

Gracoſtaſis.

Aedis Opie & Saturni in Vico Iugario

Miliarium aureum. Senatulum aureum.

Pila oratoria, ſibi trophaea locata nuncupantur
Curia.

Templum Caſtorum ad lacum Inturna.

Templum Concordiae.

Equus aeneus Domitiani.

Atrium Mineruae, Ludus Aemilius.

Italia porticus: Arcus Fabianus.

Puteal Libonis.

Iani duo celeberrimi mercatorum locus.

Regia Numa. Templum Veſta.

Templum deum Penatium.

Templum Romuli. Templum Iani.

Forum Caſaris. Stationes municipiorum.

Forum Auguſticum ad Martis Ultoris.

Forum Traiani cum templo & equo auro

& columna Cochlidae qua eſt alta pedes

CXXVIII. habetque intus gradum

CLXXXV. fenestellas XLV.

Cohortes ſex Vigilium.

Aedicula Concordiae ſupra Gracoſtaſim.

Lacus Curtius. Basilica argentaria.

Umbilicus Urbis Romae.

Templum Titi & Veſtaſiani.

Baſi

Basilica Pauli cum phrygijs columnis.

Ficus Raminalis in Comitio Vbi & Lupercal.

*Aedis Vasonis inter Arcem & Capitolium
prope Asylum.*

Vicus Ligurum.

*Apollo translatus ex Apollonia à Lucullo xxx.
cubitus,*

Delubrum Minerva. Aedicula Iuuenta.

Porta Carmentalis versus circum Flaminium.

Templum Carmenta.

*Capitolium Vbi omnium deorum simulachra
celebrantur.*

*Curia Calabra, Vbi pontifex minor dies pro-
nuntiabat.*

Templum Iouis Optimi Maximi.

*Aedis Iouis Tonantis ab Agu. D D. inclusus
Capitolino.*

*Signum Iouis imperatoris. A præneste deue-
ctum.*

Asylum. Templum Vetus Minerva.

Horrea Germanica.

Horrea Agrippina.

Aqua cernens quatuor Scauros.

Forum Boarium.

Sacellum Pudicitia patricia.

*Aedes Herculis Victoris dua, altera ad por-
tam Trigeminam, altera in foro Boario co-
gnomine Rotunda & parua.*

Forum Piscarium. Aedis Matusa.

ad 3

Vicus

*Vicus Iugarius, idem & Thurarius, Vbi sunt
ara Opus & Cereris cum signo Fortumni.
Carcer imminens foro à Tullio Hostilio adifica-
tus media Urbe.*

Porticus margaritaria. Ludi literarij.

Vicus Sanguentarius.

Aedis Fortumni in Vico Tusco.

Elephantus barbaricus.

Vici. XII. Aedicula totidem.

Vicomagistri. XLVIII. Curatores. II.

Denuntiatores. II. Insula. III. Mil. DCCC.

LXXX.

Domus. CL. Balnea privata. LXV.

Horrea. XV. Lacus. CXX. Pistrina. XI.

Regio in ambitu continet pedes XII. Mil.

DCCC. LXVII.

REGIO NONA

Circus Flaminius.

Tabula. IIII. factionum.

Aedis antiqua Apollinis cum Lauacro.

Aedis Herculi magno custodi Circi Flamini.

Porticus Philippi.

Aedis Vulcani in circo Flamini.

Mimitia Vetus. Mimitia frumentaria.

*Porticus. Corinthia. CN. Octavij, quae prima
duplex fuit.*

Crypta Balbi. Theatrum Balbi. Caput loca XXX.

*Mil. CCXLV. Caesar dedicavit & appellatur
à Vicinitate.*

Inpis

Jupiter Pompeianus.

*Theatrum Marcelli. Capit loca xxx. Mil. Vbi
erat aliud templum Iani.*

Delubrum. C.N. Domitij.

Carceri. CLX. Virum.

Templum Bruti Callaici.

*Villa publica, Vbi primum populi census est a-
ctus in campo Martio.*

Campus Martis.

Aedis Iuturna ad aquam Virgineam.

Septa trigaria Equiria.

Horti Lucullani. Fons Scipionum.

Sepulchrum Augustorum. Ciconia nixa.

Pantheon. Theatrum Pompeij.

Basilica Masidij. Basilica Martiani.

*Templum divi Antonini cum Cochlide colum-
na qua est alta pedes CLXXV. habet intus
gradus. CC. VI. & fenestellas. LVI.*

Therma Adriani.

Therma Neroniana, qua postea Alexandrina.

Therma Agrippae.

Templum Boni eventus.

*Aedis Bellona Versus portam Carmenta-
lem, ante hanc ad eam columna index belli
inferendi.*

Porticus Argonautarum.

Meleagricum. Iseum. Serapeum.

Minervium. Minerva Chalcidica.

Insula Phelidij. Sive Phelidis.

dd 4

Vici.

Vici. XXX. Aedicula totidem.

Vicomagistri. CCXX. Curatores. II.

Denuntiatores. II. Insula. III. Mil. DCC.

LXXXVIII.

Domus. CXL. Balinea priuata. LXXII.

Horrea. XXII. Pistina. XX.

Regio in ambitu habet pedes XXX. Mil. D.

REGIO DECIMA.

Palatium.

Vicus Padi. Vicus Curtarum.

Vicus Fortunae respicientis.

Vicus salutaris. Vicus Apollinis.

Vicus climaeq, dies. Roma quadrata.

Aedis Iouis Statoris. Casa Romuli.

Prata Bacchi, ubi fuerint aedes Vistinae. Fides.

Ara Febris. Templum Fidei.

Aedis matris deum, hanc fuit conterminum

delubrum Sospitae Iunonis.

Domus Ceioniorum.

Suelia. Iouis cenatio.

Aedis Apollinis ubi lychni pendebant infra

arboris mala ferentis.

Aedis dea Viriplaca in Palatin.

Bibliotheca. Aedis Rhamnusia.

Pentapyllon Iouis arbitratoris.

Domus Augustana. Domus Tyberiana.

Sedes imperij Romani Auguratorum.

Ad mammaam, hoc est Dieta.

Mam

Mammæ. Arapalatina.
Aedis Iouis Victoris. Domus Dionysij.
Domus Q. Catuli. Domus Ciceronis.
Aedis Dionis. Velsa.
Curia Vetus. Fortuna Respiciens.
Septizonium Seueri.
Victoria Germaniciana. Lupercal.
Vici. V I. Aedicula totidem.
Viscomagistri. X X I I I I. Curatores. I I.
Dementiatores. I I. Insula. I I. Msl. D C.
X L I I I.
Domus. L X X X V I I I. Lacus. I X X X.
Horrea. X L V I I I.
Pistrina. X X. Balineaprinata. X V.
Regio in ambitu habet pedes X I I. Msl. D C.
 REGIO VNDECIMA.
 Circus Maximus.

Circus Maximus, qui capit loca. C C C-
 L X X X V. Msl. X I I. porta.
 Templum Mercurij.
Aedis Disi patris. Aedis Cereris.
Aedis Veneris opus Fabij Gurgitis.
Aedis Portumni ad pontem Aemilij, olim
Sublici.
Porta Trigemina. Salina.
Apollo Calispex. Aedis Portumni.
Hercules Olsuarius. Ara maxima.
Templum Castoris. Aedis Cereris.
Aedis Pompeij.

dd s

Obe

Obelisci duo, iacet alter, alter erectus.
 Aedis Murcia. Aedis Consi. subterranea.
 Forum Holitorium, in eo columna est I. actua
 ad quam infantes lacte alendos deferunt.
 Aedis Pietatis in foro Holitorio.
 Aedis Iunonis Matuta.
 Velabrum maius.
 Vici. VII I. Aedicula totidem.
 Vicomagistri XXXII. Curatores II.
 Denuntiatores. II. Insula. M. DC.
 Domus. LXXXIX. Balinea priuata. XV.
 Horrea. XVI. Lacus. LX. Pistrina. XII.
 Regio in ambitu continet pedes XI. Mil. D.

REGIO DVODECIMA.

Piscina Publica.

Vicus Veneris alma. Vicus piscina publica.
 Vicus Diana. Vicus Cesos.
 Vicus Triarij. Vicus aqua salientis.
 Vicus laci tecti. Vicus fortuna Mammosa.
 Vicus Colapeti pastoris.
 Vicus porta Radusculana.
 Vicus porta Nautia. Vicus Victoris.
 Horti Asiniani. Aea radicularia.
 Caput Via Nova. Fortuna Mammosa.
 Isis Antenodoria.
 Aedis bona dea subsaxana.
 Signum delphini. Therma Antoniniana.

Septem domus Parthorum.
 Campus lanatarius. Domus Chilonis.
 Cohortes. I I I. Sigillum.
 Domus Cornificij. Privata Adriani.
 Scis. XII. Aedicula totidem.
 Comagistri. XLVIIII.
 Curatores. II. Denuntiatores. II.
 Consule. II. Mil. CCCCLXXXVI. Domus.
 CXIIII.
 Balnea privata. XLIIII. Lacus. LXXX.
 Horrea. XXVI. Pistrina. XX.
 Regio in ambitu habet pedes XII. Mil.
 REGIO XIII.
 Auentinus.

Vicus Fidiij.
 Vicus frumentarius.
 Vicus trium Giarum. Vicus Ceseti.
 Vicus Valeri. Vicus Laci militarij.
 Vicus fortunati. Vicus capitis canteri.
 Vicus trium altum. Vicus nouus
 Vicus Loreti minoris. Vicus armilustri.
 Aedis Consi. Vicus columna linea.
 Minerva in Auentino.
 Vicus Materiarius. Vicus mundicie.
 Vicus Loreti maioris ubi erat Vortumnus.
 Vicus fortuna dubia. Armilustrum.
 Templum Luna in Auentino.
 Templum commune Diana.
 Therma Variana.

Temo

Templum Libertatis. Doliolum.

Aedis Bona dea in Auentino.

Prinata Traiani. Remuria.

Atrium Libertatis in Auentino.

Mappa aurea. Platanon.

Horrea Aniceti. Scala Gemonia.

Porticus Fabaria. Schola Casij.

*Templum Iunonis regina à Camillo. D D J
captis.*

*Forum pistorium. Vici. XXVII. Aedificia
totidem.*

*Vicomagistri. LXXIIII. Curatores. II.
Denuntiatores. II Insula. II. Mil. CCCC.
LXXXVIII.*

Domus CIII. Balinea priuata. LXXIIII.

Lacus. LXXXVIII, Horrea. XXVI. Pistrina. XX.

Regio in ambitu habet pedes. XVI. Mil. CC.

REGIO XIII.

TransTyberim.

Vici Censorij. Vicus Gemini.

Vicus Rostrati. Vicus Longi aquila.

Vicus statua Sicciana. Vicus quadrati.

Vicus Raciliani maioris.

Vicus Raciliani minoris.

Vicus Ianiculensis. Vicus Bructannus.

Vicus larum ruralium.

Vicus statua Valeriana. Vicus Salutaris.

Vicus Pauli. Vicus Sex. Lucei.

Vici

Vicus Simi Publicij Vicus Patratili.
Vicus Laci restituti. Vicus Saufei. Vicus Ser-
gij. Vicus Plotij.
Vicus Viberini. Gaianum.
In insula Aedis Iouis, & Aesculapij & Aedis
Fanni. Naumachia. Cornisce.
Vaticanus. Hortus Domitij. Ianiculum.
Palatium sacellum. Balneum Ampelidis.
Balneum Priscilliana.
Statua Valeriana. Statua Sicciana.
Sepulchrum Numa Cohortes. VII. Sigilum.
Caput Gorgonis. Templum fortis fortuna
Area Septimiana. Ianus Septimianus.
Hercules cubans. Campus Bruttianus.
Campus Codetanus. Horti Geta.
Castra Lecticariorum.
Vici. XXXII. Aedicula totidem.
Vicomagistri. LXXXVIII.
Curatores. II. Denuntiatores. II.
Insula. IIII. Mil. CCCC V. Domus CL.
Balnea priuata. LXXXVI.
Lacus. CLXXX. Horrea. XXII. Pistri-
na. XXII.
Regio in ambitu habet pedes XXXIII. Mil.
CCCC. LXXXVIII.

SENATVLA TRIA.

Vnum inter Capitolium & forum, ubi ma-
gistratus cum senatoribus deliberat: alterum
ad por

*ad portam Capenam: tertium citra ad eam Bel-
lona in circo Flaminio, ubi dabatur senatus le-
gatus quos in urbem admittere volebant: quo-
rum senatum matronarum in Quirinale A.
Boninus pater Bassiani filius fecit.*

BIBLIOTHECAE.

*Vnde triginta publica, ex ijs praecipua duae
sunt & Vlpia.*

OBELISCI MAGNI SEX.

*Duo in circo Maximo, maior est pedum
CXXXI. Minor pedum LXXXVIII. &
semis. Unus in Vaticano pedum LXXII. Unus
in campo Martio pedum LXXII. duo in Ma-
seolo Augusti pares singuli ped. XLII. &
semis.*

OBELISCI PARVI.

XLII. in plerisque sunt nota Aegyptiorum.

PONTES VIII.

*Milvius, Aelivus, Vaticanus, Ianiculensis,
Fabricius, Cestius, Palatinus, Aemilius, qui
ante Sublucius.*

CAMPI VIII.

*Viminalis, Exquilinus. Agrippa, Martius,
Codetanus, Bructianus, Lanatarius, Pecua-
rius: Unus ultra Tyberim campus Vaticanus
extra numerum.*

FORA

FORA XVII.

Romanum quod dicitur magnum. *Casaris, Augusti, Boarium, Transitorium, Holitorium, Pestorium, Traiani, Aenobarbi, Suarum, Archemorium, Diocletiani, Gallorum, Rusticorum, Cupedinis, Piscarium, Sallusti.*

BASILICAE XI.

*Vlpia, Pauli Gessim. Neptumny, Macidij, Martiana, Vastellaria, Flöfelli, Siciminy, Constantiniana. Basilica Porcia à Porcio Cato-
ne facta.*

THERMAE XII.

Traiani, Titi, Agrippae, Syriacae, Commodiana, Seneriana, Antoniniana, Alexandrina, quae Neroniana, Dioclitiana, Deciana, Constantiana, Septimiana.

IANI.

Per omnes regiones incrustati & adornati signis duopræcipuis ad arcum Fabianum superior inferiorq.

AQVAE XX.

Appia, Martia, Virgo, Claudia, Herculanea Tepula, Dānata, Traiana, Anxia, Halsia, siue Halsientena quae Augusta, Cerulea, Iulia, Algētiana, Cimininia, Sabbatina, Aurelia, Septimiana, Seneriana, Antoniniana, Alexandrina.

VIAE

VIAE XXIX.

Appia, Latina, Labicana, Campana Praenestina, Tiburtina, Collatina, Numentana, quae Figulensis, Salaria, Flaminia, Aemilia, Claudia, Valeria, Ostiensis, Laurentina, Ardeatina, Setia, Quintia, Gallicana, Triumphalis, Patmaria, Ciminia, Cornelia, Tiberina, Aurelia, Cassia, Portuensis, Gallica, Laticulensis, Capitolina I I. *Velut* *Et nouum, Amphitheatra* I I. *Colossi* I I. *Columna Cochlides* I I. *Macella* I I. *theatra* I I I. *ludi* V. *Naumachia.* V.

NYMPHAEA. XI.

Equi aenei inaurati, XXIIII. *equi eburnei* XII. *tabulae, signa sine numero:* *Arcus marmorei,* XXXVI. *Lupanaria,* XXXV. *La trina publica,* CXXXIIII. *Cohortes praetoriae,* X. *Cohortes Urbanae,* IIII. *Cohortes Vig.* VI. *Excubitoria,* XIIII. *Vexilla,* II. *Communia Castra peregrina, castra Misentium, castra tabellariorum, castra leuicorum, castra victimariorum, castra Salgamariorum, castra Saliscariorum, castra equitum singulorum* II. *Mensa, olearia.* XXIIM.

FINIS.

PQ.M

P O M P O N I I

L A E T I D E R O M A N I S

M A G I S T R A T I B V S , S A -

cerdotijs , Iurisperitis,

& legibus ad M. Pan-

tagathum li-

bellus.

De rege.

CAPVT. I.

VRBIS Roma, & imperij Ro-
mani conditor Romulus, Marte
genitus fuit. Is postquam omnium
consensu prae fuit, legem tulit, &
nemo regnum aut magistratum iniret, nisi
author fieret Deus, ipseque per auspicia confir-
mari voluit. Vocabulum a regendo deductum
est. Multitudinem omnem Romulus diuisit in
partes tres quas Tribus appellauit, & singula-
rum tribuum, duces, Tribunos nominauit: &
ipsas tribus in triginta partes diuisit, quas cu-
rias dixit, quoniam earum cura Respublica
sententiam expediebat, & inde latae ab Regi-
bus quaedam leges Cursata denominatae sunt.
Cursiarum praefectos Curiones dixit, & Curio-
num Decuriones. L. Papyrius, qui fuit tempore
Tarquiniij Superbi, latas leges in Volumina re-
degit. Vnde iuris civilis Papyrians nomen de-
ducitur. Rex sacrificijs & templis, & omni
e e cultui

cultui deorum, & legibus, & moribus praeerat magnarum causarum index: minorum vero causarum Senatum voluit esse ipse Romulus iudicem.

De Maiestate Regis. CAP. II.

ROMVLVS, Et haberetur honor ac venerationis Regia maiestati purpurea & suis est vestes duodecim legit, qui succinctis vestibus expellenti multitudinem Virgis coercerent. Eos, à legandis hominibus, Et C. Valgius meminit, Is flores appellauit: Et est, Liclor colliga manus. Duodecim & hi fascies ante Regem ferebant. ac totidem secures qua signa puniendi erant. Legit & regij corporis custodes milites ccc. quos à promptitudine, id est celeritate, Celeres appellauit, & eorum ducem Tribunum Celerum, cuius erat secundus post Regem locus. Valerius Antias ait, à primo eorum duce cui Celer nomen fuit, Celeres nominatos. Ii erant equites Rom. qui postea expugnato Trossulo & pto Thascorum. Et Iunius scribit. Trossuli dicti sunt. Sella & suis est curuli, & locum emmentem in parte fori adificauit, & ibi iura daret.

De Senatoribus. CAP. III.

SENATORES à Romulo electi centum. aut à nobilitate generis, aut ab aetate, aut à sapientia, Et apud Athenas, nomen capere. Iidem Patres. & eorum familia Patricia: iidem multitudinis Patroni, id est, defensores erant: hos
appel-

appellabant peregrini, Principes in ciuitate. Qui post hos centum Senatus adscripti fuere. Patres Conscripti appellati sunt. Quod Verò ipsi constituerent, ratum erat, Senatusconsultum dixere: Et tunc esse capit cum plebes difficulter conueniret. Nam cum à Patribus per discordiam secederet, iuxta sibi constituit, qua plebs fieret. Vocantur.

De potestate Senatus & plebis.

CAP. IIII.

REX ad Senatum referebat. Senatus de omni re cognoscebat, Et suffragium ferebat, Et quod visum pluribus fiebat. Populus magistratum creabat, leges sanciebat, Et de bello decernebat.

De Interrege. CAP. V.

SPACIUM temporis à defuncto Rege Et que ad creationem sequentis, Interregnum dicebatur: Et qui praeerat cum regia potestate Et insignibus, Interrex erat.

De Duumuiris. CAP. VI.

TULLIUS Hostilius Rex Duumuiris potestatem fecit indicandi de capite M. Oratii, qui solus ex turgeminis bello Albano remanserat, Et rem accersitus, quod extra portam Capenam obuiam sororem interfecerat, qua maritum suum. Vna ex Curiatijs casum lugendo, sacrum Et libertatem populi Rom. agere

ferre videbatur: sed absolutus à populo fuit propter patris lachrymas. Nam dixerat Tullus, Si promocaris, promocatione certaret. Et hac prima fuit apud populum promocatio, & hoc primum de rebus capitalibus iudicium.

De Praefecto urbis. CAP. VII.

ROMULVS unum elegit, quem urbis negotijs praefecit, & Dionysius ait: hunc praefectum urbis fuisse satis constat. Longo post tempore, tantum sibi urbis praefectura vendicavit Caesarum temporibus, & crimina omnium in urbe cognosceret: & demum cum Caesares ab urbe abessent, Praefectus velut alter Caesar imperabat. De rebus omnibus quae ad urbem pertinebant, censebat.

De Praefecto praetorio CAP. VIII.

PRAEFECTVS praetorio sub Caesaribus disciplina militari praerat, eius postea auctoritas aucta erga forenses causas: ubi imperium declinare cepit, nomen mutavit, Magister stabuli dictus, cum antea sub Regibus Tribunas Celerum fuit, & sub Dictatore Magister equitum.

De Praefecto annonae. CAP. IX.

DICUNT quidam annonae praefecturam habuisse initium quintodecimo anno post electos Reges, Appio Claudio Sabino, & P. Sernilio Prisco COS: sed verius constat anno decimo

decimooctavo T. Geganio, P. Minutio COSS.
 quo tempore annona maxima caritas fuit:
 missaq; in Siciliam fuere P. Valerius, & L. Ge-
 ganius pro aduehendo frumento. Volunt alij L.
 Minutium fuisse primum annona Praefectum:
 Ceteriq; constat, non nisi ex indigentia frumen-
 ti hunc magistratum creari.

De Praefecto vigilum. CAP. X.

CUM Urbis edificia saepenumero incendio
 praeant, dius Augustus quinq; cohortes, ut
 vigilarent Urbis, disposuit: & singula duas
 giones custodiebant, tunc enim erant regio-
 nes quatuordecim, His quinq; cohortibus pra-
 erat Praefectus Vigilum; apud quem cognitio erat
 omnium scelerum qua nocturno tempore fieri
 solent, praesertim de incendio & latrocinio.

De Praefecto in militia. CAP. XI.

SINGULORVM ordinum in militia
 aliquando Praefecti creati sunt, hoc est quod sa-
 penumero de praefectis alarum & cohortium
 legimus, hoc scilicet erat voluntate Ducis, id
 est exercitus Imperatoris, aut Regis.

De Praefecto legionis. CAP. XII.

PRAEFECTVS legionis absentis Lega-
 ti Vicem tenebat, parebant ei Tribuni, Hastrati,
 Pilani, Centuriones, & denique totus exerci-

ius: arma equi, vestes disciplina ius, cuncta ex ipsius cura erant: puniebat soluebat. Eligebatur autem iustus, diligens, sobrius, cui necesse erat & alium titulum habere. Ipse etiam erat comes primi ordinis, quem principum dicunt, qui centum & sexaginta milia praest.

De Praefecto castrorum. CAP. XIII.

CASTRORVM Praefecto cura erat, castrorum positio, Valli, fossa, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & cetera talia: item equi & medici. Is eligebatur peritissimus, et alius edoceret.

De Praefecto fabulorum. CAP. XIII.

ARTIFICES qui sequebantur castra, ut fabri lignarii, carpentarii, ferrarii, &c. qui ad fabrilis officia deputati erant, Praefecto fabulorum parebant. Is eligebatur idoneus, & qui sciret bene castris providere, & praesertim in expugnatione urbium subterraneos cuniculos facere, & alia similia.

De Consulibus, CAP. XV.

PVLISIS Regibus, authore L. Iunio Bruto Tribuno Celerum Consulare imperium factum est cum omni Regia potestate & insignibus Consules dicti duo a consulendo, id est providendo. Creati sunt comitibus centuriatis a Praefecto

fecit Urbis, ex comentarijs Seruij Tulli: Et hi
 fuere L. Iunius Brutus, qui tribunus Celerum
 erat, Et L. Tarquinius Collatinus, anno ab
 Urbe condita CCXLI III. Inde noui Con-
 sules Urbem lustrarunt, Et primi iurarunt ne-
 minem Roma se passuros regnare, Et idem fe-
 cit populus. Apud eos summa totius imperij
 erat: hi Senatū, populumq; per Accensos et Prae-
 cores cogeant: hi exercitus ducebant. Ab eo-
 rum magistratu numerus annorum signaba-
 tur, prouincia Consulibus describebantur: penes
 quos Et inquit Pomponius, summum Et ius
 esset, lege rogatū est: Et ne per omnia regiam
 potestatem sibi vendicarent, lege cautum fuit,
 Et ab eis prouocatio esset, ne Et possent in ca-
 pui cuius Romani animaduertere iniussu po-
 puli. Solūm relictum est illis, Et coercere pos-
 sent, Et in vincula publica duci inberent.

De Dictatore, & Magistro equitum CAP. XVI.

ANNO duodecimo Et alij Volunt nono, post
 exactos Reges, T. Largio Flauio, T. Clælio Cice-
 lo COSS. Et alij scribunt, T. Largio Flauio,
 Et L. Posthumio Cominio, quum XL. Latino-
 rum Urbes, authore Octauio Manlio conuira-
 sent in Romanos, T. Largius à collega Clælio,
 Et à Senatu populoq; Rom. creatus Dictator
 fuit.

fuit. Dictatura summus magistratus fuit: habebaturq; in summo periculo ultimum remedium. Duæ secures Dictatorem precedebant, Ab eo ad populum provocatio non erat, Et eicapitis an: aduersio data est. Sex mensibus durabat. Designabat sibi Dictator Magistrum equitum qui primus fuit Sp. Cassius.

De Quæstoribus. CAP. XVII.

ROMVLVS, Et Iunius libro septimo scribit, suffragio populi Quæstores binos creant: nij volunt Numam Pompiliū: sed Verius quæstat de Tullo Hostilio, Quæstores ab inquirenda Et seruanda publica pecunia dicti sunt. Capitalibus rebus præerant: ciues Romanos capite punire his licebat. Præuincias sortiebantur primum Patricij creati, postea indifferenter Patricij Et Plebei. Et Varro sic ait. Quæstores à querendo. qui conquirerent publicas pecunias, Et maleficia. quæ Trimumir capitales nunc conquirunt. Et Padianus ait, Senatoris prima administratio erat. Quæstorem fieri, præuincia curam gerere, pecunia publica in diuersos usus eroganda. Cornelius ait, Reptita lege Curiata à Iunio Bruto post exactos reges. Quæstores duo creati, qui rē militarem comitarentur, Valerius Potius. Et Aemilius Mamercus. Duos deinde addidit, qui res urbanas curarent. Mox cum stipendaria præuincia fierent duplicatus numerus: post Verò Sylla legem

legem, creati viginti.

De Tribuno plebis. C A P . X V I I I .

ANNO decimo septimo post fugam Tarquiniorum, Aulo Virginio Montano, & T. Vestasio Geminio C O S S . plebes nexu gravata, & saepenumero decepta, seditionem fecit: & eundem Sicinio duce, in Sacrum montem secessit, qui distat ab Urbe tribus millibus pass. impens Anienem, Piso author est in Auentino secessionem plebis factam esse: & cum illic plebes arma non sumpisset, mons sacer putatus est, Unde nomen monti impositum fuit. Hinc Posthumio Cominio & Sp. Cassio novis C O S S . decernentibus, decem legati eliguntur ad plebem, quorum primus fuit Menenius Agrippa, qui oratione sua plebem Patribus conciliavit. mense Septembri petiuit plebes ex suo corpore magistratum creari Tribunica potestas hac fuit, creati tribubus fuere Tribuni quinque L. Brutus, C. Sicilius, C. Licinius, P. Licinius, C. Iulius Ranganus. Quidam duos scripsere, C. Licinium, & L. Albinum. Hac fuit Reipublice pestis, hinc ciuile nefas ortum habuit: & quemadmodum propter seditionem esse cepit. seditiosus magistratus semper fuit: consulare ius imminutum. Consulibus Tribuni non parent, cum ceteri magistratus pareant. Sacrosanctos

sanctos enim voluit suos Tribunos vulgus: hi se debāt primi ad limē, et acta Senatus modò probabant, modò scindebāt, Dies verò quo Tribuni electi fuere, fuit quarto Idus Decembris, & in loco ubi castra posuerunt, erecta ara iuvēnti metum. Tribuni dicti sunt, Et Pomponius ait, quòd tunc in tres partes populus divisus erat, aut à tribunū suffragio, quā (Et Dionysius ait) tunc quatuor fuere. Legimus in historijs Diodori Tribunos quatuor creatos, C. Sicinium, L. Metornū. M. Duillium, Sp. Attilium, Appio Claudio & T. Curtio c o s s. & post anno viceesimo quinto tres Tribuni cōsulari potestate creati, M. Genucio Agrippa, & Curtio Chitone c o s s. Tribuni fuere M. Sempromius, L. Atilius Longus, T. Quintius: & post annos sex totidem Tribuni creati sub eadem potestate, Mansus Aemilianus, Mamercus Clælius, L. Quintius, Post quatuor annos quatuor creati, M. Minius, Q. Sontius, Sernilius Prætextatus, Cornelius Cossus: Sequenti anno tres, M. Fabius, M. Flavius, Lucius Sernilius: & sequenti anno L. Furius, Sp. Pinaris: & post annos septem, quatuor, C. Furius, T. Quintius, M. Posthumus, & Cornelius. Hos omnes Tribunos cōsulari potestate fuisse constat.

De Tribunis militum. CAP. XIX.

ANNO fere septuagesimo post exactos Reges
sequen

*Sequenti anno postquam tribunitia potestas consulari iuri cessit, oratione Camilli, tres è Patri-
cijs creati Tribuni militares, consentiente plebe,
omnem consularem auctoritatem habuere. Et
ij fuere. L. Furius, L. Clælius Corinthius,
Aul. Sempronius Attracinus. Sequenti anno
quatuor, P. Lucretius, C. Servilius, Menenius
Agrippa, Sp. Veturius. Tertio anno quatuor,
Aul. Sempronius, M. Papyrius, Q. Fabius, Sp.
Nautius. Quarto anno duo, P. Cornelius, C. Fa-
bius. Quinto anno quatuor, L. Tubero, C. Cor-
nelius, C. Valerius Censo, M. Fabius. Hi crea-
bantur ex Patribus, & ex plebe. Sexto anno
ius imperij Romani ad Consules redijt: qui fue-
re M. Cornelius, L. Furius. Officium autem Tri-
bunorum militum, ut Marcellus de re milita-
ri scribit, erat, in castris milites continere, &
ad exercitacionem producere, Vigiliis circuire,
rei frumentaria præesse, querelas commilito-
num audire, valetudinarios inspicere: quoniam
is qui tali officio præest, & dare & observare
castrensia omnia debet, Padianus ait; Tribu-
norum militarium duo genera primum eorum
qui Rufulci dicuntur, & in exercitu creari so-
lent: Alij sunt Comitiales, qui comitijs desi-
gnantur.*

De Aedilibus. CAP. XX.

PLEBES *Ubi è Sacro monte ad Urbem re-
dijt, à Patribus impetravit, ut liceret sibi alios
magi*

magistratus creare, qui Tribunorum ministri essent, qui & ades sacras, & priuatas procurarent, & qui annona praessent. Creauit igitur Aediles quatuor: duos qui ab folio eburneo Curules dicti sunt: regijs & tebantur insignibus, & ornati purpura, curam sacrificiorum & in domum habebant. Scio & à quibusdam scriptum esse, Aediles duos ex Patricijs creatos Curules, eo tempore quo primus ex plebe Consul factus est. Sed credibilis est, & iidem intelligantur Aediles. Meminit Dionysius lib. 6. Et alios duos creauit plebes praepositos annone, quos aliqui putant à diuo Iulio constitutos, & nominatos Cereales. Aedilium Curulium potestas adeò creuit, & ad eos summa rerum & maiestas consularis imperij uenerit.

De Censoribus.

CAP. XXI.

CUM census auctus esset, & consules non sufficerent duo creati fuere, ad quorum censionem id est arbitrium, censeretur populus, & ob id Censores appellati: & primi fuerunt C. Papyrius, & Sempronius, M. Geganius Macerinus, & T. Quintius Capitolinus C O S S. Creabantur autem quinto quoque anno, quod tempus Lustrum appellabatur. Asconius Pedianus ait: Censores quinto quoque anno creari solebant. Hic prorsus ciues sic notabantur, & qui Senator esset, eijceretur Senatu: qui Eques

Eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in Ceritum tabulas referretur, & ararius fieret, ac per hoc non esset in albo centuria sua: sed ad hoc esset ciuis tantummodo. Et pro capite suo tributi nomine ar a praberet. Idem completo quinquennio lustrabant, & taurilia sacrificia de sue, eue, tauro, faciebant. Ciuium Romanorum primus census factus est sub Seruio Tullo LXXXIII. millium, & DCC. Secundus census tertio anno post fugam Tarquiniorum, C. Valerio Publicola, & T. Lucretio COSS. inuenta puberum Romanorum CCC. XXX. millia. Tertius census anno XII. T. Largio Flasio, Q. Claudio Cicero COSS. Idem T. Largius Dictator censum renouauit: inuenta puberum Romanorum C. I. millia, & DCC. Anno XLX. id est, secundo post Tribunitiam, habitus à Consulibus census quartus: inuenta ciuium Romanorum CLXI. millia, & DCC. Anno XXXVI. Seruio Seruilio, & Au. Virginio Consulibus habitus census: inuenta ciuium puberum plura quam centum & decem millia, & ceterorum trecenta & XXX. millia. Anno XXXVIII. Aul. Manlio, & L. Eurio COSS. habitus census sextus: & ciuium Romanorum incertus numerus. Supra annum LX. ciuium numero, Et diximus, creati Censores fuere.

De

De Decemviris.

CAP. XX.

ANNO ab Vrbe condita CCCIX. Decemviri pro Consulibus creati sunt: Et tertio anno depositi libidine Appij Claudij, qui Virginiam stupravit. Decemviri hi fuerunt, Appius Claudius Regillanus, T. Genucius, P. Sextus, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, C. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romulus, Sp. Posthumius Catulinus. Hi ex Athenis leges tulcrunt in tabulis: datumque est eis ius summum, à quibus provocatio non erat: Et datum etiam ut leges corrigerent, Et interpretarentur. Sequenti anno duas tabulas addiderunt, Et inde appellatae Leges XII. tabularum. Quidam volunt non eburneis, sed aeneis tabulis impressas leges pro rostris positas. Quarum ferendarum autorem fuisse Decemviri Hermodorum Ephesium exulantem in Italia scribunt. Ut Pomponius refert. Dionysius pro Curiatio Oratium dicit. Sequenti anno Decemviri rursus creati, Appius Claudius, Q. Fab. Vibolanus. M. Cornelius Maluginensis, M. Servilius, L. Minutius, T. Antonius Merenda; Manlius Robustus, Q. Petelius, Casp. Duilius, Sp. Oppius Cor. Apud Diodorum sunt, C. Sergius, Et P. Mammius. Tercio anno iidem praefuerunt, neque Senatu, neque plebe suffragia dante, Et ideo si magistratum obtinuerunt.

D:

De Proconsulibus. CAP. XXIII.

POSTHVMIO Albo, & Sex. Fusco
 COSS. bello infeliciter contra Aequos gesto,
 Proconsul creatus est. T. Quintius: & is pri-
 mus in eo magistratu fuit. Eum sex lectores
 praecedebant, cetera omnia habebat uti Consu-
 les: & inde statutum est. Ut qui Consules uno
 anno fuissent, sequenti Proconsules essent. De-
 inde Proconsules ad prouincias mittebantur:
 & singuli singulos legatos habebant, qui ad
 administrationem praestarent auxilium. Proconsul
 potestatem exercet in ea prouincia tantum,
 quae ei tradita est, vel decreta, nisi vocaretur
 in iurisdictionem voluntariam. Apud Procon-
 sulem, ut Martianus ait, seruorum manumis-
 sio fieri poterat, & adoptio. Apud Proconsulis
 legatum nemo manumittere potest. Sub Cae-
 saribus distincta prouincia: nam consulares sub
 Senatu populoque Rom. erant: proconsulares
 sub Imperatoribus.

De Praetoribus & decemuiris, & Cura-
 toribus viarum, & Triumuiris, &
 Quinquemuiris, & Centumuiris.

CAPVT XXIIII.

EO tempore quo pertinacia Tribunorum
 plebis, qui Roma sine Consulibus quinque an-
 nis praefuere, L. Sestius ex plebe Consul creatus
 est: Patres Praeturae, nouum magistratum.

Sp. Iu

Sp. Furio Camillo, M. filio dederunt. Hic primus Prator Urbanus fuit: à praessendo Prator nominatus est. Pratoris insignia, sella curuli, trabea lictores sex, & cetera Consulium insignia. Pomponius in hac Verba ait: Cumque Consules auocarentur bellis finitimis, neque esset quis in ciuitate ius, reddere posset, factum est, ut Prator quoque crearetur, qui Urbanus appellatus est, eo quod in Urbe ius redderet. Postea quot deinde annos, non sufficiente eo Pratore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius Prator, qui Peregrinus est appellatus, ab eo quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. Deinde cum esset necessarius magistratus, qui hasta praesset, Decemviri litibus iudicandis constituti sunt. Eodem tempore constituti sunt quatuor Viri, qui curam Viarum haberent: & tres Viri monetales, aëris, argenti, auri flatores: & tres Viri capitales, qui carceris custodiam haberent: Et si animaduerti oporteres, interuentu eorum fieret. Et quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat, quinque Viri constituti sunt cū Tyberim, & ultra Tyberim, qui possent pro magistratibus fungi. Deinde Praetores creati sunt numero captarum provinciarum, qui partim Urbani rebus, partim provincialibus praessent. Deinde Cornelius Sylla quaestiones publicas constituit,

tuit, Veluti de falso, de parricidio, de sicarij: & Prætores quatuor adiecit. Ab honore qui pratura habebatur, Ius honorarium appellatum est, quæ Prætorum edicta erant.

De Procuratore Cæsaris. CAP. XXV.

PROCURATORI Cæsaris omnis res familiaris commissæ erat: etiam quicquid is egisset, ratum erat apud Cæsarem, & penes hunc magna erat authoritas.

De Iurisperitis. CAP. XXVI.

PAPYRIUS primus apud Romanos re-
leges in unum contulit. Ab hoc Appius
Claudius Regilianus Decemvir, cuius maxi-
mum consilium in duodecim tabulis conscriben-
dis fuit. Post hunc eiusdem familia Appius
Claudius Centimannus, qui viam Appiam stra-
vit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyr-
rho in urbem non recipiendo sententiam tulit,
actiones scripsit: & primum de Usurpationi-
bus, qui liber non extat. Idem R. literam in-
venit, unde Valeſi Valerij, & Eusij Furij di-
cti sunt. Fuit post hos maxima scientia Sym-
phronius, cognomento Cata. Deinde C. Scipio
Nasica, optimus à Senatu indicatus, cui pu-
blica domus in sacra via data est, quò facilius
consuliposset. Deinde Q. Mutius, qui ad Car-
thaginenses missus legatus, quum essent dua
reſſera posita, una pacis, altera belli, arbitrio
sibi dato utram vellet referret Roman: Stran-
ff que

que sustulit: & ait Carthaginienses petere debere, & tam male accipere. Post hos fuit Tyberius Coruncanius, qui primus profiteri cepit: cuius tamen scriptum nullum extat. Deinde Sext. Aelius, & frater eius P. Aelius, ambo consules: Ennius Sext. Aelium Catum appellat. Deinde Cato Porcia familia principis Tusculi genitus, cuius libri extant. Postea P. Mutius, & L. Brutus, & P. Manilius in civile fundaverant. Ex his Mutius consulari fuit, & decem libris reliquit: Brutus Praetorius septem: Manilius consularis & Pontifex maximus, tres. Ab his profecti sunt P. Rutilius Rufus, Consul Roma, & Asia Proconsul, & P. Verginius, & Q. Tubero ille stoicus Panis auditor & Consul, & Sextus Pompeius C. Pompeij patris. Eodem tempore Calvus Antipater, qui plus eloquentia, quam scientia iuri operam dedit, & L. Crassius Marianus, P. Mutij frater, quem Cicero iurisconsultorum discretissimum dicit. Post hos Q. Mutius P. filius, Pont. Max. ius civile redegit in libros XVII. Mutij audstores fuerunt complures, praecipua auctoritatis, Aquilius Gallus, Lucilius Balbus, & Sext. Papyrius. Dehinc Servilius Sulpicianus, qui in causis orandis post M. Tullium primum obtinuit locum, reprehensus à Q. Mutio, quod ius non intelligeret, iuri operam dedit sub Lucilio Balbo, & Aquilio Gallo. Servilius cum in
legat

legatione perisset, populus Romanus statuam
 ei pro rostris erexit, qua hodie extat in foro Au-
 gusti. Reliquit CLXXX. libros de iure civi-
 li. E Serrij disciplina manaverunt Alphenus
 Varus, C. Flavius, Au. Ofilius, Titius Celsus,
 Aufidius Surar Aufidius Mamusa, Flavius
 Priscus, C. Atteius. Antistius Labeo primus,
 P. Celsus. Libri Digesti fuerunt ab Aufidio Ma-
 musa. Ex his Alphenus Consul fuit, & Ofilius
 equestris ordinis, qui edictum Pratoris dili-
 genter primus composuit. Fuit eodem tempore
 Trebatius Corn. Maximi auditor, Au. Casel-
 lius, Q. Mutius Volusij auditor, quaestoribus,
 consulatum enim renuit offerente Augusto. Ex
 his Trebatius peritior, Casellius eloquentior,
 Ofilius utroque doctior. Deinde Aelius Tibe-
 ro, qui postquam accusavit Q. Ligarium, nec
 obtinuit apud C. Caesarem, a causis agendis
 ad ius civile transijt. Cicero Ligarium de-
 fendit oratione satis pulcherrima. Post hunc
 Atteius Capito, qui consul fuit Ofij imita-
 tor, annum sic diuixit, ut Roma sex mensibus
 cum studiosis esset, & totidem in secessu in com-
 scribendis libris: ideo reliquit Volumina XL.
 Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctri-
 na, qui etiam praeceteris operam philoso-
 phia dederat, plurima innovare instituit. At-
 teio Capitoni Masurius Sabinus successit: La-
 beoni Nerua, qui fuit Caesari familiarissimus.

Masurius Sabinus eques Romanus publicè primus scripsit. Hoc beneficium à Tiberio Casare daricæpit. Nam ante tempora Augusti publicè respondendi ius à principe non dabatur. Sed qui fiduciam suorum studiorum habebant, consulentibus respondebant, neque responsa vetique signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur qui illi consulebant. Primus dominus Augustus, ut maior iuris authoritas haberetur, constituit, ut authoritate eius responderent: Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio caput: Et ideo optimus princeps Adrianus, cum ab eo Viri præturi peterent, ut sibi liceret respondere, respondit eis hoc non peti, sed præstari solere. Et ideo si quis fiduciam sui haberet delectari se populo, ad respondendum se præstaret. Igitur Sabino concessum est à Tiberio Casare, ut populo responderet: cui cum amplæ facultates non essent, à suis auditoribus sustentatus est. Sabino successit Cassius Longinus, natus ex filia Tiberionis, qua fuit neptis S. Sulpitij: is Et Consul fuit cum Cratino sub Tyberio, à quo propter authoritatem, ciuitate pulsus fuit: Et ab Imperatore Vespasiano reuocatus, diem obiit. Nerva successit Proculus. Fuit eo tempore, Et Nerva alius, Et alius Longinus eques Romanus Et Prætorius, sed Proculi authoritas maior fuit. Nā et qui succedere, partim Proculi, partim

partim Cassiani appellati sunt: qua origo à Capitone & Labeone caperat. Cassio Calius Sabinus successit, qui plurimum sub Vespasiano potuit. Proculo successit Pegasus, qui sub Vespasiano Praefectus Urbis fuit: Caelio Sabino. Priscus Iabolenus: Pegaso, Celsus: Celfo patri, Celsus filius, & Priscus Neratius, qui Strique Consules fuerunt: Iaboleno Prisco, Eburnius Valens, & Thuscianus, item & Sabinus Iulianus

POMPONI

LAETI DE SACER-

DOTIIS.

Et primo de prima religione apud Latinos.

CAP. I.



LAUVNVS antiquissimus omnium Regum in Latio fuit: Aboriginibus imperavit, homines more ferarum viventes, in mitiorem vitam redegit, lucos sacrauit, locus & Urbibus nomina dedit, aedificia erexit, templa aedificavit, qua ideo à Fauno Fauna dicuntur, quòd Pontifices sacrandò illic fantur. Faunus in Latio cultum deorum instituisse fertur. Quidam scribunt ante Faunum imperasse Iannum, & cultum deorum demonstrasse.

strasse. Faunus soror Fatua Vaticinatrix, ab ea
 Gates Fatuarij dicuntur, hac traditur mulie-
 rum castissima: ideo eam Romani Bonan-
 deam appellauere: cuius templum est in saxo
 Auentini montis, unde ingressus virorum pro-
 hibetur: & es famina tantum sacrificant.

De Lupercis.

CAP. II.

LUPERCALIA sacrificia ad expianda
 manes fiebant, Græcè Lycaea dicta, à Panè Ly-
 cao numine Arcadico, quem Romani vocant
 Iunum, & idem putatur esse Fauno. Lyceos sa-
 crificatur in spelunca, qua sub Palatino mun-
 te est. Mensis quo hac sacra fiunt, Februarius
 à februando, id est purgando dicitur: & dies
 Lupercaliorum, Februata. Euander ex Arca-
 dia hoc sciens in Latium tulit, & insti-
 tuisse fertur, Et nudi iuuenes Lycæum Panem
 venerantes, per lulum atque lasciuiam curre-
 rent. Hoc primum ludicrum, id est Lupercal, Ro-
 mulus accepit. Dictum videtur à Lyceo qui
 nunc lupus est, inde Lupercal. Scribunt ali-
 qui à lupa nutrice Romuli ac Rheui. Non
 ab eo loco solenni incipit, ubi lupa lac & gita-
 ti prabuit: aut à capris, Et sit luere, id est
 purgare per capras (capra enim in eo sacrifi-
 cio mactantur) aut quod Pan lupos arceat.
 Traditur & alia causa quare nudi Lupus
 aut quod Faunus per vestes ab Hercule de-
 fus

Fuas fuerit, Et meminit Ouidius: aut quòd caso Amulio, Romulus & Rhemus fœdatis Vultus in sanguine, nudatis gladijs, & Vestibus succincti, ab Alba & que ad fœrum Ruminalem cucurrerunt. Vnde seruat in Lupercalibus, Et nobis adolescentibus faciem sanguine sibi fœdēt, & calij accurrant cum lana lacte madida, tabū abeergentes. Aut quòd cūm Romulus in palatium esset, nudus latrones infecutus fuerit, & votum Pani Lycao fecerit. Sed ego Verius puto: Vel à Lycao, Vel à lupa. Ideo Romani in Lupercalibus canem immolant, quoniam natura inter canis lupis aduersatur, ob quòd Romulus lupa nutrici gratias habere videtur. Luperci tergora capris eripiunt, & succincti discurrunt circum antiquum oppidum, id est palatium: occurrentes corijs verberant, Fœmina vltro obuiam occurrunt facilem partum sperantes.

De potitiis & Pinariis. CAP. III.

VICTOR Hercules, caso Gerione Chrysaori filio, in Erythra, quæ est insula Oceani Hispani, abactò nitidarum bouum armento, in Latium venit, & prope Tyberim loco herbido procubuit Et lato pabulo reficeret boues, Cacus latronum princeps, eximias boues duas caudis in speluncâ traxit. Hercules somno excitus, lustrato grege quū partē abesse numero sensit, omnia circuit.

ff 4 auer

*aversa & vestigia comperit: confusus novitate rei
 ex loco infesto agere armētum cepit. Cūm ad
 boues, desyderio relictarum mugissent, reddita
 fuit ē speunca vox, qua Herculem convertit.
 Inuenta fraude, Cacus neci dedit. Concursum
 trepidantium pastorum: aduenam reum cū
 faciunt apud Euandrum, qui miraculo litera-
 rum, inter rudes artium homines, ea loca tum
 regebat. Is intuens habitum formamq; viri, ro-
 gat, qui vir esset. Vbi nomen, patrēmq; ac pa-
 triā accepit (qua sic Carmenta mater eius
 tiscinata fuerat) extēporalem arā Herculi er-
 xit, iuuentū indomitū mactauit (inde seruatum
 est, ut quotānus Romani bouē indomitum Her-
 culi immolent) & Hercules epulum populo de-
 dit: sacrum fieri voluit à Potitijs & Pnarijs,
 que tum familia maximē inclita ea loca incol-
 bant. Fortē euenit, ut Potitij præsē essent, hisq;
 exta apponerentur: & Pnarij, quia tardi fu-
 re, extis adefis, ad cateram venirent dapem.
 Potitij ab Euandro edocti, antistites sacri eim
 diu fuerunt: postea quum interijissent, empti de
 publico feruī officium exercuerunt. Ara ab E-
 uandro erecta, cui Hercules decimas soluit, ma-
 xima vocatur, & proxima est foro boario, ubi
 ex voto decimae fiunt. Tradunt, qui velit diues
 fieri, Herculi decimas soluat: hinc opes M. Lu-
 culli facta memorantur, & ipse Hercules the-
 saurorum deus putatur.*

De

De fratribus Arualibus, qui primi fuerunt filii Laurentiæ. CAP. III.

MASVRIUS Sabinus, qui tempore Augusti fuit, duodecim suscepisse liberos Acca Laurentia scribit: ex quibus cum unum extulisset, grauius indoluit. Romulus in demortui locum se dedit, & ita nutricem pientissimè cōsolatus est. Ab hoc numero duodenario, aruorum Sacerdotes duodecim esse voluit, & Et Plinius ait, se propter liberos Acca Laurentia fratrem duodecimum appellauit. Fratres Aruales hi nomina sunt, qui sacra publica faciunt, propterea & Et fruges ferant arua. A ferendo igitur & aruis, Et Varro scribit, Fratres Aruales dicti sunt. Laurentiam in eo sacerdotio dedisse Romulo spiccam coronam pro religiosissimo insigni, qua Vittæ alba colligaretur, & item Plinius ait.

De Auguribus.

CAP. V.

AUGVRANDI ars antiquissima à Chaldeis ad Græcos, apud quos Amphiaræus, Mopsus & Calcas summi Augures habiti sunt, à Græcis ad Hetruscos venit, ab Hetruscis ad Latinos: & ipse Romanorum pater Romulus, Augur fuit, & ideo instituit magistratus auguribus confirmari: & posteri non nisi augurio iubente.

ff s res

res inchoabant. Locum augurij, templum erat: augur Versus Orientem sedebat, capite Velato, lituum dextra tenens manu, id est curuum baculum, quo in calo regiones dimidit, Et quæ auguria Veniunt prædicit: si Leua fuerint, quæ à leua parte Septentrio est, felicia pronuntiat: pars illa orbus propter altitudinem prospera putatur: Et à dextra parte Meridies, quia depressus est, infelix. Dionysius meminit, antiqui augurandi observationem fuisse etiam Aboriginum. Nam Ascanius, prius quàm acie contra Mezentium educeret, augurum captauit: Et ubi miscare à sinistris fulgur cõspexit, pugnanti, Et Victor fuit: tantaq; Veneratio Et Utilitas inde fuit, Et collegiũ augurũ constitutum sit: Et primum tres augures fuere, à tribus tribubus: sic instituisse Romulũ tradit Dionysius. Inde quatuor creati. Tandẽ plebe per Tribunos id petente, quinque plebei augures, quatuor patricijs adiuncti fuere, Et sic numerus nouem augurum mansit.

De Vestalibus.

CAP. VI.

VESTALEM ignem cum penatibus Atneas è Troia in Latium tulit: condito Lavinia, Vesta adem sacrauit. Postea à Ascanio, condita Alba, templum Vesta edificauit in monti Albani parte, cui suberat lucus, in quo Ilia Romulus mater, à Marte compressa fuit. Vesta
min

ministra Virginitatē seruabāt. Mos Latinis fuit, generosas et castas Virgines legi. Post multos annos Romulus castissimas sacrorū ceremonias constituit, & ut Varro tradit, sacerdotes sexaginta, qui publica sacra facerēt, per tribus & curias creauit, à virtute & generis nobilitate. Inopes, & aliqua parte corporis debiles, sacerdotes fieri vetuit: & in curijs singulis Vesta quaedam communis erat. Templum Vesta Romulus condidit, & Virgines legit, Sed frequēs opinio Numā Pompiliū asserit. Credibile est Romulū, qui in omnibus curijs Vestam esse voluit, separatim non potuisse. Rotunda effigie templum est inter Capitolium & Palatium: in eo seruabatur perpetuus ignis, quia Vesta nihil aliud est, quam purus ignis, Sunt qui dicant alia quaedam arcana in eo templo seruari, etiam Pontificibus & Virginibus ignota: quidā duo dolia nō magna, alterum clausum, alterū apertum, in quo nihil est. Quidam asunt à Virgini-bus Palladium seruari cælo lapsū in Troia. Prima Virgines à Numā electæ quatuor fuere, Gergania, Berenia, Camilla, Tarpeia: duæ aliæ à Seruio Tullo additæ. Castitas Virgini-bus terminata est in x x x. annos: decem primis discit Virgo, totidem ministra est, in reliquis docet. Post xxx. annos nubendi potestas fit. Prima quæ capta fuit, Armata traditur: ideo quū capitur Virgo, hoc nomen ei imponitur. Ca-
pitur

pitur à Pontifice non minor annis sex, & non maior decem, & qua non sit patrima & matrima, nèue lingua, sensu aurium diminuta, aliaue corporis labe: neque filia serui, neque eius qui domicilium in Italia non haberet. Vestalis, si petulanter deliquisset, verberabatur à Pontifice: si incesta fuisset, hoc modo penas luebat. Summa efferebatur in Sandapila per medium forum &que ad portam Collinam, ibi tumultus impudicarum Vestalium inter muros emittit, in quo est parua cauerna subterranea, ad quam per foramen scalis descenditur, in qua est stratus lectulus, & lucerna ardens, & panis, lactis, oleum, ne fame intereat. Deponitur hic Vestalis, soluitur vinculis, capite velato in supplicium ducitur. Pontifex, quum arcana quadam pronuntiauit cum sacerdotibus terga vertit, & statim impudica Vestalis in cauernam demittitur, inde fossa tellure repletur &que ad operculum: ea die silentium & maestitia in tota Urbe est.

De Flaminibus.

CAP, VII.

DIALEM & Martialem Flammem Romulus instituit: Numa Quirinalem addidit. Varro asserit Numam Pompilium Flamines singulis dijs fecisse, & ab eis nomina dedisse: hinc respublica, hominibus in caelum relatis, Flamines decreuit. Dicti autem Flamines sunt, ex
gest

gestatione pileorum, quasi pileamines: quidam
 riuunt ab insulis, quas Flammæ vocant. Eorum
 ministri Flaminij dicti, & ministra Flaminu-
 læ. Sed rerum omnium sacrarum administræ,
 Camilli dicebantur: Flamines non poterant nisi
 singuli singulis dijs attribui, & nefas sine pileo
 egredi domum erat.

De Salis.

CAP. VIII.

SALIOS duodecim Marti Gradino legit
 Numa. dicti à saltando, quòd facere in comitijs
 quotannis & solent & debent: Versicoloribus
 tunicis ornati per Urbem tripudiant, succincti
 aneis baltheis Togas fibulis neclunt, quas Tra-
 beas vocant. Gestant in capite pileos, quos vo-
 cant Apices: gladio accinguntur, dextra lanceã
 aut Virgam ferunt, leua Thraciam peltam: ca-
 lestia sunt arma, Ancile vocat, id est circum ex-
 cisum, id fertur calo lapsum in regiam Numa,
 anno octauo regni eius, Lege tantum erat, ut
 Salij liberi essent, & indigena, & quorum vo-
 serque parens vueret, & cuiuscunque fortuna
 pauperes, aut diuites, Quidam Salios appellatos
 putant à viro Samothrace seu Mantinea; nomi-
 ne Salio, qui saltationem in armis inuenit. Tra-
 ditur Tullius Hostilius duplicasse numerum Sa-
 liorum.

De Fœcialibus, & Patre patrato.

CAP. IX.

FOE

FOECIALES dicti, quòd fidei publica inter populos praeerant: nam per hos fiebat, ut iustum conciperetur bellum, & ut fœdere fides pacis constitueretur. Eos instituisse dicitur Numa cum indiscendum esset bellum Fidenasibus. Ii mittebantur prius quàm conciperetur bellum, ad res repetendas: & si non impetrabant, bellum indicebāt. Fœcialium unus, qui Patrem patrum faciebat ex ipsis Fœcialibus electum sacris Vestibus ornatus, ad auctores iniuriarum procederebat: prius quàm urbem intraret, ianitorum vel alium qui obviam fuisset, alloquebatur quibusdam imprecationibus. Inde in forum pergit, illic disserit qua causa venerit, tempus ad consultandum dat triginta dierum: si per hos dies res infecta maneret, dijs caelestibus manibusque invocatis, abijt, & ad Senatum refert: & ubi in Senatu, quod iustum piusque esset, actum erat, Fœcialis bellum indicebat. Fœcialium sacra nefas violare erat: nam Fabius cum ea violasset, urbs Romana à Gallis Senonibus eversa fuit. Dicuntur Fœciales à fœdere faciendo seu feriendo. Pater patratus à patrando, id est sanciendo fœdere: qui à Fœcialibus creabatur, qui tantum infœdere sanciendo praeerat, ut quidam scribunt.

De Pontificibus.

CAP. X.

PONTIFICES è Patribus legre Numa & ex his Pontificem Maximum fecit Martium.

Mar

Martij filium, & ipsius Numa generum : cuius scitis omnia publica privataq; sacra subiecit, ut esset quò consultum plebes veniret: & idem nec caelestes modò ceremonias, sed & infla funebria & prodigia quomodo susciperentur, & curarentur. Defuncto Pontifice Maximo, alius eligebatur non à populo, sed ab ipsis Pontificibus. Appellati sunt (ut Varro scribit & Dionysius) à ponte Sublicio, quem reficiebant, quare videntur à Numa non Pontifices, sed sacerdotum principes nominati: & inde regnante Anco Martio, quando Sublicius pons factus fuit, à ponte Pontifices appellati, & ideo sacra ab eis trans Tiberim non mediocriter ad pontem fiunt. Scaevola Pontifex Maximus dicebat Pontifices dici à posse & facere. Quidam scribunt ab eo, quòd potentia sacra perficiant.

De Rege sacrificulo.

CAP. XI.

POSTQVAM Romani iam liberi, extincto regio nomine, Consules crearunt, necubi desiderium. Regis esset, propter quadam sacra publica, qua Rex faciebāt, Regem sacrificulum constituerunt, & è patribus elegerunt C. Manium Papyrium: & id sacerdotium Pontifici subsecere, ne nova libertati additus nomini honos officeret. Is Papyrius quiescit. studiosissimus fuit, idem fuisse memoratur

tur, qui leges Numa, ab Anco Martio in tabulis quernis inscriptas, rursus in publicum tra-duxit.

De Gallis sacerdotibus matris Deum.

CAP. XII.

GALLI sacerdotes Cybeles matris Deae sunt. & semimares, id est castrati, ab eo quod dea puerum Phrygium amavit Atym, cuius propter cepisse dicitur, ne concumberet: ille cum Saganae nympha coeuit sub arbore: Cybele excisa arbore ulta est. Puer in Dindyma ausugit, & virilitatem sibi amputavit. Ideo et Cybele castratos sacerdotes habere mavult. Secundo bello Punico Romam etiam deportatus est sacerdos, quem matrem Deum incola dicebant, per Legatos tres, M. Valerium, L. Eminium, & C. Caelium Galbam: & Quaestores duos, Cn. Trebellium, Flaccum, & M. Valerium Falconem. receptusque fuit dea Roma à sapientissimo homine P. Scipione Nasica, qui à Senatu in tota ciuitate vir optimus iudicatus fuit: & quod magnum admirabile est, adolescens erat. Galli dicti sunt à Gallo flumine Phrygia: testes famulae testas sibi amputant, Rhea nominatur Cybele à monte Cybela, quae est pars montis Dindymus.

De Duumuiris, & Decemuiris.

CAP. XIII.

DVUMVIRI à Tarquinio Superbo instituti

tati fuerunt, qui soli inspicerent libros Sybillinos: deinde cum plebes creari ex suis instaret, ex plebeis & Patricijs creati decem, & inde quindecim qui libros inspicerent. Sic à Duumviris ad Decemviros, & Quindecim viros res deuenit, & aliquando data cura corrigendorum fastorum fuit. Hi Februarium, qui ultimus erat, post Ianuarium posuerunt.

De Epulonibus CAP. XIII.

VETERES Pontifices (ut ait Cicero) propter multitudinem sacrificiorum, tres Epulones esse voluerunt, ut ludorum epulare sacrificium facerent. Id sacerdotium antiquum fuisse constat sed de aetate nondum legimus. Numerus auctus fuit: duo additi, & quinque fuisse Epulones: & postea theatralium ludorum atq; Circensium ambitione, septem fuisse Epulones leguntur.

De Titiiis sodalibus CAP. XV.

SODALES Titij sacerdotes extra Urbem habitabant, & in tugurijs certa auguria servabant, quoniam ad id deputati à Pontificibus erant, nomen inditum est ab auibus.

P O M P O N I I

LAETI DE LEGIBVS

LIBELVS.



V S pluribus modis dicitur. Na-
 rale, quod est commune omnibus
 animalibus. Ius Gentium, quod
 gentes humanae utuntur. Ius crimi-
 le, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis,
 decretis principum, & auctoritate pruden-
 tium venit. Ius publicum, in sacerdotibus &
 magistratibus consistit. Ius privatum, ad sin-
 gulorum utilitatem spectat. Ius etiam dicitur
 locus in quo ius redditur, ut meminit Paulus
 de lege, & de legis origine. Lex (ut Chrysip-
 pus diffinit) est diuinarum & humanarum
 rerum notitia. Lex dicitur rogatio & obmura-
 tiatio. Lex donum est Dei, Dogma hominum
 sapientum, coercio voluntatis. Legis virtus est
 imperare, vetare, punire, permittere. Lex est
 aeternum quoddam, quod vniuersum mundum
 regit, imperandi, prohibendiq; sapientia, ex hac
 lege lex nostra est, ratio mensq; sapientia, aqua
 lus Dei est lex: constatq; ad salutem ciuium, ci-
 uitatumq; incolumitatem, vitamq; omnium
 quietam & beatam. Igitur ubi lex non est, quies
 & beatitudo non est: & apud illos antiquissi-
 mos, mos sapientum lex erat: id erat, quoniam
 antiqui

antiquitas proximè accedebat ad Deum. Lex magistratibus praeſt, & magistratus populo. Optimè putat Cicero magistratum eſſe legem loquentem. Imperandi & obtemperandi modus debet eſſe. nam & qui bene imperauerit, aliquando obtemperet neceſſe eſt, & ipſi mortales non ſolum obtemperare & obedire magistratibus debent, ſed eos colere atq; diligere. Potestas eſt facultas à populo ſeu principe publicè data. Magistratus diciſcapto eſt, cum à populo creatus fuit magiſter populi, id eſt Dictator. Prima fertur Ceres diſſe leges mortalibus, poſtea ipſi ſapientes, Phoroneus Argiuis dedit: Moyses cælo lapſas Hebrais: Aegyptijs Mercurius: Draco & Solon Athenienſibus: Minos Cretenſibus, Lycurgus Lacedæmonijs: Turrijs Charondas: Romanus Romulus.

De Aelia & Fufia L L. CAP. I.

AELIA & Fufia lege reſiſtebatur pernicioſis legibus in ciuitate, qua idcirco erant propugnacula & mari otij & tranquillitatis. Sed Clodius Trib. pleb. L. Piſone & A. Gabinio c o s s. quatuor leges tulit: ex his ſecunda fuit, ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret. de cælo ſeruarèt: & quarta cauebatur, ne quem Cenſoras in Senatu legendo præterirent, ne ſe quem ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & Et riuo, Cenſoris ſententiâ damnatus eſſet

esset ac lege diminuta est censura, qua est magistra vita & modestia.

De lege Aurelia. CAP. II.

AURELIA lege communicata sunt iudicia Senatui equitibusq; Rom. & Tribuni avarijs. Eam tulit Aurelius Cotta Prator.

De lege Acilia. CAP. III.

MANIVS Acilius Glabrio legem tulit de pecunijs repetundis, in qua ne comperendinari quidem reum finit. L. Piso primus tulit legem de pecunijs repetundis.

De lege Annonia. CAP. IIII.

CLODIVS Trib. pleb. de annona legem tulit, ut frumentum quod antea senis aris ac tricibus in singulos modios dabatur, gratis daretur.

De lege Annaria. CAP. V.

EA lex annorum modum finit, quibus magistratus capiendi potestas sit.

De lege Aterma. CAP. VI.

HAEC lex, cum mos priscus fuisset, impendenda multa per magistratus ovium aut bouum nomine, ovium are deno, bouum are centem diffiniuit.

De lege Aquilia. CAP. VII.

AQUILIA lex ab Aquilio lata, de dolo malo, de fraude, de deceptione, de simulatione.

De lege

De lege Cincia. CAP. VIII.

CINCIVS legem tulit, qua cauetur anti-
quitus, ne quis ob causam orandam, denumpe-
cuniam'Ve acciperet.

De lege Calpurnia. CAP. IX.

CALPHVRNIA lege pecuniaria pœna
inter alias pœnas adiecta fuit, L. Calpurnius
Piso eam tulit.

De lege Cornelia. CAP. X.

CORNELIA lege cauetur, ne quis legatis
exterarum nationum pecuniam expensam fer-
ret. A. Cornelius C O S S. tulit, Et idem aliam
tulit, ne quis in Senatu legibus solueretur, nisi
ducentis adfuisset: ne quis cum solutus esset, in-
tercederet, cum ea de re ad populum ferret. Tu-
lit idem Cornelius, Et Pratores edictis suis
iuris dicerent, Lex est à Cornelio quodam lata,
Et homines qui parricidij causa telo accincti
sint, gladio persequantur.

De lege Calsia. CAP. XI.

A Cassio Longino lex lata est Cassia, qua po-
pulus per tabellam suffragia ferret. C. Mario,
C. Flacco C O S S. alia ab eodem lata, Et ille
quem populus dammasset, cui'Ve imperium ab-
rogasset, in senatu non esset.

De lege Fabia. CAP. XII.

FABIA lex à Fabio lata, qua adiecta pœ-

na est illis qui deducunt & sectantur candidatos in comitia.

De lege frumentaria CAP. XIII.

FRUMENTARIA *lex à Sempronio Graccho lata est, qua frumentum è publico distribueretur populo Romano.*

De lege Falcidia. CAP. XIII.

LEGE Falcidia *à Falcidio lata, canetur ne plus dodrante legare liceret, propterea quod multi hereditatem recusabant.*

De lege Flavia. CAP. XV.

FLAVIUS *legem tulit de plagiaris, cum quis dolo servum aut pecus à domino, & filium à patre subtrahit.*

De lege Gabinia. CAP. XVI.

GABINIUS *legem tulit, qua bellum C. Pompeio Magno contra piratas datum est, contra C. Trebellij Trib. pl. intercessionem.*

De lege Iunia. CAP. XVII.

IUNIVS *Sylvis COS. cum Q. Cicerone Metello legem tulit bello Cimbrico, quod diu prave & infeliciter gestum est, propter diminuta militia stipendia.*

De lege Iulia. CAP. XVIII.

IULIA *lege puniuntur adulteri, Idem Iulius Caesar legem tulit de peculatu, in eos qui Remp. vel sacra furati sunt, vel furantibus auxiliati*

xiliati sunt, vel furta scientes susceperunt.

De lege Leſtoria. CAP. XIX.

CVM adolescentes in contractibus circumueniri ſolerent, Q. Leſtorius pœnam decepto-ribus adiecit.

De lege Licinia. CAP. XX.

P. Licinius Craſſus orator, & Q. Mutius Scauola Pont. Max. legem tulerunt de regundis ciuibus, vt in ſua quiſque ius ciuitatis redigeretur, cum multi Itali cupiditate ciuitatis Ro. tenerentur.

De lege Manilia. CAP. XXI.

L. Manilius legem tulit, vt quando res à nobilibus aduerſè geſta fuerant, illi ad magiſtratus gerendos admitterentur, quorum maiores in Romana republica magiſtratum non exercuiſſent: huiusmodi autem Noui appellantur.

De lege Othonia. CAP. XXII.

OTHO Trib. pl. legem tulit, ne quis cum ordine equeſtri in ſpectaculis ſederet niſi ſextertia quadringenta poſſideret: quod ſi conſingeret, quiſquis eſſet, ſiue ingenuus ſiue libertus, inter equites ſpectare liceret in gradu XIII.

De lege Oppia. CAP. XXIII.

OPPIVS legem tulit, ne ſuperſuo ornatu mulieres Romana vterentur, ne ve pilentis, id eſt, rhedis penſilibus vterentur, ne ve plus ſencia in auribus appenderent.

De lege Hortensia. CAP. XXIII.

HORTENSIVS legem tulit, Et eo iure quod populus statuisset, Et omnes Quirites tenerentur.

De lege Pompeia. CAP. XXV.

Cn. Pompeius Strabo lata lege Veteribus incolis Transpadanis ius Latij dedit, quod cetera colonia Latina habebant, Et petendi magistratus, Et ciuitatis Roma ius adspicerentur.

Cn. Pompeius Magnus legem tulit, Et Quaestor suffragio populi, ex his qui Consules fuerant, crearetur. Idem Pompeius legem tulit, qua asperissima poena parricidas afficit. Si quis patris, filij fati preparauerit clam vel palam insutus culeo cum cane Et gallo gallinaceo, Et vipera. Et similia, in mare aut in flumen projiceretur.

De lege Papia. CAP. XXVI.

LEGE Papia prohibentur peregrini in Urbe Rom. M. Plotius Sulp. Tribunus ple. Cn. Pompeio Strabone, Et L. Porcio Catone cons. legem tulit, Et singula tribus quinos denos ex eo numero suffragio crearent, qui eo anno indicarent, L. Rosius Otho Consul legem tulit, Et in theatro equitibus Ro. ordines. XXIIII. spectandi gratia darentur.

De lege Satyra. CAP. XXVII.

SATYRA lex est, qua vno rogatu multa Et varia comprehendit.

De lege

De lege Scantinia. CAP. XXVIII.

P. Scantinius legem tulit qua puerorum consubitores graui supplicio afficiuntur.

De lege Tutelari. CAP. XXIX.

LEGE Tutelari canetur, ne quis tutor per simulationem pupillum fraudet.

De lege Variana. CAP. XXX.

Q. Varius Tribunus plebis legem tulit, et quaereretur de his, quorum ope consilio socij popul. Rom. arma sumpsisset.

De lege Voconia. CAP. XXXI.

VOCONIVS legem tulit, ne quis census, hoc est pecuniosus, heredem unicam relinqueret filiam. erat autem census ille, qui C. milia in professione detulisset.

De lege Valeria. CAP. XXXII.

VALERIVS Publicola legem tulit, et nullis magistratus liceret corpus Romani cuius indicta causa condemnare, liceretq; damnatis ad populum prouocare.

Hac habui M. Pantagathe, qua de magistratibus & sacerdotijs & legibus compendiosè scriberem, et ex eo compendio aliqua ad nostros & utilitas perveniat: & ita depinxisse opinor, et ante oculos veluti in tabella posuerim. Scribant alij diffusius, Pomponio satis est placere suis.

FINIS.

88 S LVC1

LVCII FENE-
STELLAE DE SACER-
DOTIIS ROMANO-
RVM LIBELLVS
PRIOR.

De Pano & sacris atque sacerdo-
tibus. CAP. I.

Sumpta omnia ex secundo Fastorum
Ouidij, ibi, Tertia post Iustino lib. 43. Li-
uio libro 1. Plutarcho problemate 67. Va-
lerio Maximo tit. 1. lib. 2. cap. 18. Plura
Tortellius in dictione, Lycæum.



OMNIVM Deorum, quos Vetus
Romanorum religio excelsit, pri-
ma Pans Lycao, seu Faunum il-
lum, seu potius Sylvanum vocari
placet, per Lupercos rem diuinam, Lupercalis-
que ludos fecisse, apud Vetusstatu assertores con-
stat. Ea quidem sacrorum genera ab Euandro
Rege (qui ex Arcadia profugus in eum locum
Venerat, qui tandem Romana praefuit arci)
ad nostros primum delata, ac celebrata fuisse
feruntur. Hunc Pana, nudos pastores, quo-
rum tunc praecipuum numen fuit, ac deinde
summos etiam viros Venerari mos fuit, longè
pro

pro manibus ferre, quibus quosq; caderent: lar-
 usq; tectas facies portare. Cur autem nudi
 hunc deum colerent, pleraq; è curriculo Vetus-
 tis ad nos usque delapsa referuntur. Sive
 enim quòd ipsi deo, qui nudus fingitur, sua ce-
 leritate eo pacto longè aptior, nudos etiam ha-
 bere ministros placeat: sive quòd Arcades
 omnium populorum qui Graciam coluerunt,
 longè Vetusstissimi, feris adhuc similem vitam
 sylvas ac montibus agentes, legu expertes, ar-
 tibusq; primò hunc deum Venerati, patrium cul-
 tum, auitosq; nudos habitus signantes referre
 voluerint, haud satis constat. Nonnulli Verò
 Iulem uxorem Herculis ab hoc Fauno visam,
 ac per ardorem libidinis concupitam asserunt.
 Fortè enim per sylvas & amœna nemorum,
 astus leuandi causa Vnà cum dilectissima com-
 iuge Hercules Vagabatur. Videt ergo elegan-
 tissima forma mulierem ab alta rupis specu-
 la senex deus: ergo illorum Vestigia eminus
 licet observare instituit. Illi autem per syl-
 vas ducenda nocti aptissimum locum petunt:
 intereà mulier dum quiescendi tempus ad-
 venit, pellem leonis, Herculis ritu de more a-
 ppat humeris claua etiam illius in manum
 assumpta. Tali habitu præditam somnus ag-
 greditur. Erant autem duo parati coniugi-
 bus lecti, eo quòd postridie Libero patri rem-
 diuinam facturi erant, seorsum cubituri. No-

Ela

Etu ergo Sylvanus fallendis custodis occasionem
 nactus, clam thalamum ingreditur, primoque
 congressu fortunatus futurus, puella thorum
 tenet: manique tentans, ut noctu fit, horridum
 leonis tegmen inueniat. Ratus ergo cubile
 ibi Herculem, ad aliud cubile ire pergit: cum
 cum sensisset mollibus stratum, puerilibus
 delicijs aptus, stragula veste sensit amorem.
 Dum libidine ardens manu palpat Herculem,
 ac vix dum hirti corporis horrorem hauscent,
 experrectus Hercules, manu resectum totumque
 trofusus iaculat, quo strepitu, somno puella
 discussa, lumina accendit. Lumine ergo Sylvano
 prodito, lusus ac semiruptus vix attulit
 humo humeros, in sylvas detrusus. Ea erga
 ratione perpetuo execratis vestibus, quibus tam
 turpiter lusus esset, easdem suis a sacris pre-
 cul abfore constituit. Plerique tamen huiusce
 rei causam assignant Romulo, quod eadem sa-
 cra celebrante, medioque solis ardore corpus
 exercente, cum nuntiatum fuisset latronis
 pradas agere, ita ut erat nudus accurrenti,
 comprehensusque, predatoresque, pecora abacta re-
 demerit. Eius facinoris, quod nudus gesserat,
 perpetuum argumentum, corporum sacra cele-
 brantium nuditatem esse placuit. Vtunque se-
 se res habuerit, in ipsa tantum usque C. Iulij
 huiusmodi observationem peruenisse constat.
 Ea enim sacra cum sedens Caesar dictator spe-
 ctaret,

Etaret, atque inter eos qui solennia celebra-
rēt, curreret M. Antonius, is qui postea Trium-
vir fuit, aiunt lauream coronam, cui diadema
annexum esset, capiti Caesaris imponere cona-
tum fuisse: quod cum Caesar amoto capite reie-
cisset, statua ipsius cunctis frementibus impo-
suisse. De nomine Verò Lupercalium, non etiam
facta convenit. Plerisque enim inditum hoc no-
men, quod huius invocatione lupi à stabulis
arcerentur, visum est. Alij templum ipsum
in qua hic deus colitur, Lupercal vocant: quocir-
ca Virgilius, Et gelida, inquit, monstra sub
rape Lupercal. eique loco à Lupa Romuli nu-
trix, quod eo in loco Romulum & Remum
parvulos educare reperta sit, factum nomen
Lupercalis putant. Nec desunt qui à Lycao
Arcadia monte, ubi præcipuè ea religio perui-
git (cum quem nos lupum, illi λῦκον vo-
cant) ipsum cognominatum esse arbitrentur.
Præcipuam Verò huic deo, dicatisque sacerdo-
tibus Venerationem ea ex parte tributam fe-
runt quod qua mulieres ex suis viris vel con-
cipere, vel conceptos fetus edere nequirent, ad
Lupercos confugiebant. Qua ubi loris ex ter-
gore hirci sectis caesa fuissent, enestigio gra-
vida, aut effata efficiebantur. Hac solen-
nia quintodecimo Calend. Februaris cele-
brari, Et Ovidius in Fastorum libris refert,
moris fuit.

De

De Potitiis & Pinariis Herculis sacerdotibus. CAP. II.

Dionysius Halicar. lib. I. Virgilius lib. 2. Aeneid. versu 201. Ouid. 1. Fasto. ibi, E. boues. Iustinus lib. 43. Diodorus Sic. lib. 5. Liuius lib. 1. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. Plin. Iunior cap. 34. Varro lib. 1. lingua Latina.

EADDEM tempestate, Euandro scilicet latium tenente, Herculem Geryone interempto, per eadem loca mira specie bouum armata abegisse commemorant. Ac quum ipse Tyberim fluium, quapta sese armenta agens traiecisset; Vbi loco herbido reficeret leues, ipseque in itinere defessus procubisset, Et eundem Vino cibique grauium saporque pressisset, Cacus pastor, loci accola, Vnibus ferox, captus pulchritudine bouum, praedam auertere instituit: ac ne si praedam agendo in speluncam compulisset, Vestigia ipsa eo quarentem dominum ducerent, auersos, exitum quenque pulchritudine, in speluncam traxit. Hercules vero ad primam antrum summo exitus, cum gregem perlustrasset oculis, partemque numero abesse sentiret perrexit ad proximam speluncam, si forte eo Vestigia ferrent: qua Vbi omnia feras versa videt, nec in

par

partem aliam ferre, confusus atq; incertus animi ex infenso loco agere porro armentum cepit. Inde cum acta boues fortè, & sit, ad desiderium relictarum mugissent, reddita incluserum ex spelunca bouum vox, Herculem conuertit. Quem cum vadentem ad speluncam Eacus & prohibere conatus esset, ietus clausus, fidem pastorum nequicquam inuocans morte occubuit. Euander qui tunc temporis ea, ex Peloponneso profugus, auctoritate magis quàm imperio regebat loca, Venerabilis vir miraculo literarum, rei noua inter rudes armentum homines, Venerabilior diuinitate matris Carmenta, quam fatiloquam ante Sibylla in Italiam aduentum, mirata hæ gentes fuerant, concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifesta cadis, reum excitus, postquàm facinus, facinorisq; causam audiuit, habitum formamq; Viri aliquanto ampliorem angustiorèmq; quàm humanam intuens, rogitat qui Vir esset: Vbi nomen patre inque ac patriam audiuit: Ioue nate Hercules salue, inquit: te mihi mater Veridica interpres desim aucturum caeleste numen cecinit, istiq; aram hinc dicatam iri, quam opulentissima olim in terris gens maximam vocet, tuoque ritu colat. Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturumque fit, ara condita ac dicata, ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege, sacrum Potius:

ac

ac Pinarijs, quæ tum familia maximè inclita
 ea tenebant loca, dedst. Factum fortè ita eue-
 nit. Ut Potitij. Ut ait Livius, ad tempus præsto
 essent, hisque exta apponerentur. Pinarij
 tis adas, ad cateram venirent dapem. In
 institutum mansit, donec Pinarium gen-
 fuit, ne extis eo solennium die vescerentur.
 titij ab Euandro edocti, antistites per m-
 attates huius sacris præfuerunt, donec trum
 servis publicis solenni familia ministerio, Pe-
 titiorum ac Pinariorum omne genus pen-
 Id enim Appius Claudius, cùm esset cens-
 effecit, hosce familijs infensus, ob idque
 deorum (Ut creditur) luminibus orbatum.

De sacerdotio fratrum Arualium

CAPVT III.

Ex Aulo Gellio lib. 6. ca. 7. Macrobio 1.
 Saturnalium. Plutarcho proble. 33. Lactan-
 tio lib. 1. cap. 20. Varrone lib. 1. de lingua
 Latina. Plinio cap. 2. lib. 18. historię natu-
 ralis. Eius festa quæ Floralia dicuntur, 6.
 Nonas. Maii celebrantur, ut 5. Fastorum
 scribit Ovidius.

FRATRES Aruales, Ut fruges ferrent ar-
 ua, Veteres coluisse Romanos memoria tradi-
 tum est. Huius vero religionis Romulum ipsum
 patrem

patrem Urbis, authorem extitisse reperio. Nam cum Acca Laurentia nutrix Romuli, corpore suo quantum in vulgus faceret, eoque pacto grandem pecuniam constipasset, ex duobusque liberis quos susceperat, unum morte amisisset, Romulumque in demortui locum adoptionis iure substituisset, decedens tamen populum Romanum instituit heredem. Cuius tandem liberalitatis ob regias affinitates memor populus Romanus mulieris nomen in Fastis retulit: liberos, fratres Aruales à serendo & ab aruis appellavit. Ex quo tempore sacerdotium mansit fratrum Arualium: hi que duodecim numero dicuntur, eique sacerdotio in insigne tribuit albas infulas, & spiccam coronam.

De Auguriis. CAP. IIII.

Ex Cicerone 1. de Divi. Dionysio lib. 2. Livio libro 1. Ovidio circa finem 4. Fast. Huc faciunt quæ scribit Statius 3. Theb. ibi. Difficiles populi. Plutarch. problema 71. 72. 77. 93, 99. Valerius Maximus in principio libri secundi.

EODEM ferè tempore, & disciplina & religio augurandi ex Hetruscis, penes quos ea disciplina præcipua, ac longè peculiaris fuit, ad Romanos commigrauit. Virum enim quempiam, cuius nomen vetustate obsolevisse Naso poetæ ait, Asyli (ut reor) alliciente inductione,

hb exul

exulem Hetruria Romam Venisse perhibent. Cuius opera Romulum Remumque Vfos, cum de imponendo Urbi nomine Vna contendere, opinione deducor: quanquam M. Cicero in libris quos inscripsit. De divinatione, etiam ipsum Romulum istam ipsam auguralem disciplinam præcoluisse asserit, à Numa vero qui Romulo successit perpetuum sacerdotij iugum constitutum est. De ritu vero inaugurandi, si Vnum in casum pleraque dixerò, eadem ad omnes ceteros facile ferri poterunt. Ea quædem quantum ex Veterum monumentis collegi huiusmodi fuit observatio: Augur in arce, siue in alitum quendam locum ad inaugurandum debebat sedere super lapidem, Meridicem Versus: atque ad laevam sedens baculum in manu recurvum quod Lituum vocant, tenet. Inde Vbi prospectu in Urbem agrumque capto, deus precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinat: dexteræ ad Meridiem, lævæ ad Septentrionem partes esse dicit. Signum contra, quo oculi conspectum longissimè ferunt, animo definit: tum lituo in laevam translato, dextram caput eius qui inauguratur posita, ita precatur: Iupiter pater, si fas hunc Numam Pompilius, cuius ego caput teneo, Regem Romæ esset nobis signa certa ac clara sint inter eos fides quos feci. Tum peragit Verbis auspicia quæ vellet: quibus missis, Numa de templo (ita

enim designatas lituo aethereas regiones Vocāt)
 declaratus rex descendit. Quam quidem decla-
 randi seu inaugurandi Regis formulam, ad ca-
 tera quoque, Et dixi, trahi facile licet. Huius di-
 sciplina, peritia Aetij Nauij auguris permul-
 tum fidei auctoritatisque accessit. Nam cum
 Priscus Tarquinius aliqua prater maiorum
 instituta inaugurato mutare, pleraque etiam
 de nouo condere pergeret: negare Aetius Na-
 uius inclutus ea tempestate augur, inauspicato
 ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludens
 artem, Et ferunt, Agedum, inquit, diuina in
 augurio firine possit quod ego nunc mente con-
 cipio. Cum ille in augurio rem expertus fieri
 posse dixisset, Atqui hoc animo agitas, inquit,
 te nouacula cotem discissurum. Cape ergo hoc,
 Et perage, quod aues tua fieri posse portendūt.
 Tum illum incunctanter discidisse conscripse-
 runt, statuamque Aetij Nauij capite velato,
 quo in locores acta est, in comitio, in ipsis gra-
 dibus ad laenam positam fuisse, cotēque eadem
 cum illa ipsa nouacula in manibus positā, Et e-
 ius rei etiam apud Veteres monumentum exi-
 steret. Augurijs ergo, sacerdotioque augurum,
 Et ait Lilius, etiamque in libris De diuina-
 tione Cicero, tantum auctoritatis Et Venera-
 tionis accessit, Et nihil domi fore quod postea, nisi
 auspiciato gereretur. Et ad sapientia nobilita-
 tioque primarios quosque id sacerdotium deferūt.

Et cum Tiberius Gracchus pater Tiberij & C. Gracchorum comitia consularia habuisset, dicerentque Hetrusci augures rem in augurio experti, vitio consules creatos fuisse, Gracchusque ut ineptos insanosque Hetruscos incesse-
ret, abiens in Prouinciā, Senatus rescripsit, Veridicos, non autem insanos Hetruscos esse, qui consules praesentes vitio à se creatos dicerent. Nam cum se collegisset, meminisse se locum tabernaculo extra pomerium, prater maiorū consuetudinem delegisse. Quam obrem abdicare se consulatū compulsi sunt. Ut autem Generatio huic ordini authoritasque, ita & numerus ipse adeo creuit, ut collegium augurum coleretur. Nam cum ab initio tres tantum creari capissent, ex tribus scilicet tribubus, Rammensium, Tatiensium, & Lucerum, & obtinuissent cum mutaretur numerus, impari tantum numero creari: Vitiumque tamen id fieret, quatuor numero prater maiorum consuetudinem creari capti sunt. Tandem cum plebs quorumlibet honorum partem suam in Senatu & in foro naeta esset per Tribunos egit, ut ad sacerdotia quoque velut ad cetera cursus aperirentur. Idque post multa certamina, Variasque seditiones obtinuit, ut ad quatuor scilicet Patricios, quinque ex plebe adijcerentur. Factumque hoc fuit M. Valerio & Q. Apuleio consulibus.

De

Sumpta ex Gellio omnia cap. 15. libri
 10. Plutarcho problem. 42 & 48. Dionysio
 libro 2. Liuius libro 1. Plura de his Varro
 lib. 1. de lingua Latina.

FLAMINEM *Dialem* primus Numa
 Pompilius Roma Rex creauit, cum antea Re-
 ges Pontificumque Regumque promiscue mu-
 nera obirent, Et de Priamo & Aenea apud
 Virgilium cernimus. Rex etiam Anius, Et
 idem poeta ait, Rex idem hominum, Phae-
 bique sacerdos fuit. Idque etiam à minoribus de-
 inceps, Et à C. Casare, Diuo Augusto, multis-
 que deinceps principibus, quos Pontificatus ma-
 ximi titulis insignitos Videmus, obseruatum
 est. Caterum Numa plures in Urbe Romulo,
 quam sibi similes Reges fore ratus, qui relictæ
 religionis cura bellorum potius negotijs distine-
 rentur, sacerdotes quatuor, quos appellauit Fla-
 mines, qui rei diuina iugiter addicti essent,
 multis decorum alligauit: Flaminem unum Io-
 uis, quem dialem vocant: Marti duos: Quirino
 unum. Dictus autem Flamen, Dialis est, Et
 Varro ait, quod in Latio capite velato erat, &
 caput filo lana praecinctum habebat, a quo Fla-
 men appellabatur. Dialis autem à Disone,
 quod est iuuans deus. Cateri Flamines, eius,
 cui praesident numini, decorantur titulis. Hunc

Dialem præsertim insigni Veste, curulique sella adornauit. Hic solus, Et Varro ait, album habet galerum, Vel ex eo quod maximus est, Vel quod Ioui immolationem alba Veste fieri oporteat. Per raque etiam huic Pontificio iure tributæ sunt. Et Aul. Gellius in commentarijs Nocturnarum Reticarum scriptum reliquit. Equo enim Veli Flaminem est religio. Item iurare Dialem nunquam est. Ignem, è flamma, nisi Vbi sacrum est, efferri ius non est. Vinetum, si ades eius introierit, solui necessarium est, Et Vincula per impluium in tegulas subduci, atque inde furari mitti debent. Nodum in apice atque in cinctu neque in alia parte Vllum habet. Si quis ad Verberandum ducatur, si ad pedes eius supplex decubuerit, eo die Verberari piaculum est. Capillum Dialis nisi qui liber est, non detundet. Capram, Et carnem incoctam, Et hederam, Et fabam, neque tangere Diali mos est, neque nominare. Propagines è Vitibus altius præsentis non succidet. Pedes lecti in quo cubat, luto tenuiter cunctos esse oportet, Et in eo lecto cubare aliquem fas non est. Ungues Dialis Et capillorum præsegmina subter arborem sicut terra operiuntur: neque ad eius lecti fulcrum capsam esse cumstrue atque ferro fas est. Dialis quotidie festalis sine apice sub dio autem esse licitum non est sub tecto Vitiliter etiam, Et a Pontificibus constitutum. Farinã fermento imbutã attingere fas est.

est: neque tunicā intīmā, nisi in locis exuisse sub
 calo, tanquā sub oculis Iouis nudus ne sit. In cō-
 suetudo eius haud quisquā nisi Rex sacrificulos
 accubabit. Matrimonium Flaminis nisi morte
 dierum nō est fas. Locū ubi bustū sit, nunquā in-
 greditur. Hos Flamines cum ab initio consecrā-
 tur, captos duci à Patribus velut ab hostibus,
 eos fecit. Totidē verò Flaminibus, quot deos co-
 lerēt, & hos Veteres M. Varro in his libris, quos in-
 scripsit de origine lingua Latina, testis est, &
 Dalet, Martiale, Quirinale, Vulcanale, Furvia-
 le, & Falacrum, & propterea complures: qui
 ut nostrum inter sacerdotū gradus nōnihil in-
 terest, & Episcopum, Archiepiscopum, Cardina-
 lem, Patriarchā, & Metropolitanum: ita apud
 illos Flaminum, Protoflaminum & archisla-
 minum differentiam fuisse idonei testes sunt.

De Vestalibus Virginibus. CAP. VI.

Dionysius lib. 2. Gell. cap. 12. lib. 1. Plura
 Ovidius 6. Fast. ibi, Vesta faue. Lucretius li.
 2. de rerum natura. versu 63. Quare magna,
 &c. Augustinus cap. 10. lib. 4. de Ciuit. dei.
 Seruius. 11. Aeneid. ibi, Finitimos, &c. docet
 ubi viuae sepeliebantur. Plutarchus Probl.
 99. ponit huius consuetudinis causam.

VESTALIS originem cultus, quemadmo-
 dū pleraq; omnia, Numa Pompilius intulit: etsi
 h h 4 eius

*eius initia usque adeo vetera sunt, ut ex Troia-
nis ad Albanos Aenea duce longè commigra-
verint : cuius rei meminist Virgilius his ver-
sibus,*

*Sic ait: et manibus Vittas, Vestiq; potentes
Aeternūq; adytis effert penetralibus ignē
Dea huius Vesta, quam terram esse, eādēq;
deorum matrē volebant, perpetuo vigil ignis in-
securari solebat. Eius observationi ac cultu pla-
raq; Virgines è primoribus Patrum electa pū-
fici : quarum negligentia si fortè sanctus ignis
restitutus esset, flagris à Pontifice Max. castris
bebantur: ut à P. Licinio Crasso Pontifice maxi-
mo in eam qua negligentius ignē custodierat a-
nimadversum, Valerius scriptum reliquit. Inter-
fuit verò crimine damnatam, viam suffodi in-
stitutum est. Virginem Vestalē, ut Labeo Anti-
stius scripsit, minorem quàm sex annis, mai-
orē quàm annis decē natam, negaverūt capisui
esse. Itē qua nō patrima sit, & matrima. Itēq;
& qua lingua debili, sensuq; aurium dimi-
nuta esset, aliāve corporis labe insignita sit. Item
cuius parentes, alter ambōne servitutem serue-
rint, aut in negotiis sordidis versantur, eāque
cuius soror ad id sacerdotium lecta sit, excusa-
tionem mereri aiunt. Item cuius pater Flamen
vel Augur, aut qui Decemvir sacris faciundis,
aut qui Septemvir epulorum, aut alius est.
Sponsa quoque Pontificis, & Regis sacrum
fuit*

filia, Vocatio à sacerdote isto tribui solet. Neque eius legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, constitutum est, Et Capito Atteius scriptum reliquit: Et excusandam eius qui liberos tres haberet: Item edicto Pratoris Virginem Vestalem Dialēve non cogi saepe inscriptum est. Verba Pratoris hac sunt: VIRGINEM Vestalem, Et Flaminem Dialē, ait prae-

co, in omni mea iurisdictione iurare nō cogam. De eligenda autem Virgine Vestali hac observata sunt: Lege Papia cautum est, Et arbitratus Pontificis Maximi Vigintrā populo Virgines legerentur, fortitioq; ex hoc numero fieret in cōcione. Caterum, inquit, ea lex vetustate, Et pleraq; alia, exolevit: satisque ei electioni fieri ceptum est, si quis honesto leco natus Pontificem Maximum adeat, offeratque ead sacerdotium filiam, cuius duntaxat salvis observationibus, religionis ratio haberi possit: gratiam enim Papia legis per sanctum fieri aiunt, Hanc Virginem à Pontifice Maximo, Velut ab hostibus capi moris fuit. Verba autem quibus tunc Pontifex Utitur, hac sunt:

SACERDOTE M Vestalem sacra facere qua iussi, pro populo Romano, Quiritibusq; Et i optima lege fuit, ita te Amata capio. Amata enim nomine appellari omnes cōsueverūt, quod ea qua prima capta est à Numa Rege, fuisse hoc nomine perhibeatur. Simulatq; igitur capta

h h 5 atq;

atque in ea arce *Vesta* deducta est, ilico sine emancipatione, accipitis diminutione, exit patriam potestatem, & ius testamenti facinus adipiscitur. In commentarijs autem *Labrum* quos super duodecim tabulas composuit, statim primum repertum: *VIRGO Vestalis*, neque haec est cuiquam intestato, neque intestata quisquam sed bona eius tum redigi in publicum aiunt.

De *Siliis Marti* dicatis. CAP. VII.

Sumpta ex 2. *Dionysij* & primo *Liuij*, *Serui*. 8. *Aeneid.* *Ouid.* 3. *Fastorum*, ibi, *Quis nisi.* *Lege Acronem* 36. & 37. primi *Carmi.* Plura *Plutarchus* in vita *Numæ.* *Valerius* titulo 1. lib. primi. cap. 2.

INTER cetera sacrorum genera instituta à *Numa Rege*, à posteris etiam in honore habitata id quidem in minoribus fuit, quod *Marti* scilicet *Gradiuo* bonis. Duodecim enim ad haec viros legit, quos à solenni saltu, quo in sacris stebantur, *Salios* appellauit. His alios duodecim *Tullus Hostilius* mox adiecit quum *Roma* in aciem contra *Fidenates* educisset. *Albani* à *Romanis* per speciem prodigionis, duce *Metio* defecere. Datum autem his supra tunica insignem, aneum pectori tegmen, caelestiaque arma quae vocantur *Ancilia* portare, ac per orbem canentes carmina, cum tripudijs solenni saltu incedere: institutumque, ut in sinem-

omnium carminum suorum, Mamurium appellarent. hunc Mamurium inclitum ea tempestate fabrum fuisse, & cum Ancile calo lapsum esset, Numa Pompilio Quiritibusq; rem divinã agentibus, huic Mamurio negotium datum esse, complura huius similia ancilia effingendi, tradunt. Quod quidem opus cum ille exquisitissima absolvisset arte, optionem, utrum à se vellet postulari, artificis Numam obtulisse, quod ex eo peteret, exhibiturum: artificem Verò non pecuniam sed gloriam pro mercede petisse, quod nomen eius à Salijis in finem quorumlibet carminum recitaretur: idq; per multa tempora in sacris & comitijs (ut ait Livius) observatum est. Eo autem huius ordinis sacerdotum numero crevisse, ut ad collegium, & collegij sacerdotum magistratum redactum fuerit.

De collegio Pontificum & Pontifice Maximo.

CAP. VIII.

Ultra ea quæ scribit Livius in primo, & Dionysius in secundo, lege apud Plutarchum in vita Numæ.

PONTIFICES, ut pleraq; alia sacerdotia, ab ipso Numa ortos, apud Livium satis constat: eosdē diu præterquā à Patribus creari nō licuit. Fuerunt autē ab initio hi numero quatuor: post quā Verò maximorum quorumque honorum partē plebs tribunitijs rogationibus obtinuit, ad sacer

sacerdotia quoque, sacrosanctasque potestates patre sibi aditum voluit. Quatuor ergo alios creari ex plebe Pontifices placuit, M. Valerio & Q. Apuleio consulibus. Omnibus unus praefectus fuerat à Numa Pompilio, isque Pontifex maximus appellabatur. Hic habet ex se sacra omnia exscripta exsignataque, quibus hostiis, quibus diebus, ad qua templa, sacra fieri deberent: eiusmodique diuinis in rebus. Unde ergenda pecunia sumptus fieri debeas, cura Pontificis est: ceteraque omnia sacra publica, privataque, sanctis Pontificis subiecta sunt. Cum vero de religione, deque sacris dissensio est, populus illum consulere pergit. Perutile illud fore ratus est Pompilius, eius sacerdotij author, ne ius diuinum, negligendo patrios ritus, peregrinosque aspicendo, turbaretur: nec caelestes modo ceremonias edocere, sed iuxta quoque funebria placandasque manes eiusdem Pontificis. Apud eum quoque tabula esse dicitur, in qua Solis & Luna defectus, quoties lumini caligo fit, & annis, mensibus, fastorumque ratio perspicitur. Pontifices, Et Varro ait. Q. Mutius Scauola à posse & facere appellatos esse dicere solebat: sed ea denominatio à M. Varrone haud satis probari videtur. Nam & à ponte, & à facio, Pontifices appellatos putat, eo quod ab his primum pons subleuius factus, ac saepe restitutus esse perhibeatur.

De fœciali sacerdote. CAP. IX.

Ex plutarcho Proble. 62. Gellio ca. 4. li. 16. Dionys. lib. 2. Seruio. 9. Aeneid. ibi, Principium. Liuius ferè ad verbum scribit hæc omnia.

FOECIALIS sacerdotij nusquam apud Romanos vetustiore[m] & sum fuisse, quàm Tullo Hostilio Roma regnante, reperio: quem tamē & ab Hostilio creatū non affirmauerim, ita ne quidē negauerim à Numa Pōpilio omniū reu-giosissimo Rege creati potuisse. Vt cunq; id tandem fuerit, de nomine prius, quàm ac M. Valerio Fœciali regnante Tullo Hostilio apud Liuiū mentio est. Fœcialis verò partes in eo versabantur, & fidei publica inter populos præesset, neque iustū aliquod bellum fore censebatur, nisi id per Fœcialē fuisset indictū. Cū verò pugnare desitum est, fœdere fides pacis constituebatur, quæ fœdera aliunde fidera appellata ab Ennio, quod fidei faciūda causa traducta sunt, M. Varro testis est, Fœcialēq; ipsum à fide & faciendo dictū esse idē existimat. Forma verò feriendi per Fœcialem fœderis huiusmodi est, quæ nulla (& Linioplacet) vetustior esse memoratur, Fœcialis, inquit, Regē Tullū ita rogauit: I V B E S-
N E me Rex cum Patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente Rege: Sagmina, inquit te Rex pascō. Rex ait, Puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, post

postea Regem interrogavit: Rex, facisne tu me regium nuntium Pop. Rom. Quiritium? Res respondit, Quod sine fraude mea, Pop. Romani Quiritiumue fiat, facio. Fit ergo tunc factum multisq; id verbis peragit. Legibus inde recitatis, A V D I, inquit, Iupiter, audi Pater patris populi Albani, audi popule Albani, audi illa palam prima postremaue ex illis tabulis rane recitata sunt sine dolo malo, Etq; ea bene rectissime intellecta sunt, sic illis legibus Pop. Rom. prior non deficiet: Si prior defecerit, paulo consilio, dolo malo, tu illo die Iupiter ita Pop. Rom. ferito, Et ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pullesque. Vbi id dixit, porcum saxo silice percussit. Eodem modo pars altera per suum sacerdotem, suumq; dictatorẽ peragit. Cum autẽ bellũ per Faciales indicũt, hoc more igitur: Facialis hastam ferratam, prauistam, aut sanguineam ad fines eorum quibus bellũ indicit, defert: nec minus puberibus tribus praesentibus abicit, Q V O D populi priscorum Latinorum, hominesue prisci Latini aduersus populum Rom. Quiritium fecerunt, deliquerũt, quod populo Rom. bellum cum Latinis priscis fieret, ob eam rem ego populusque Rom. populo priscorum Latinorum, hominibusque Latinis bellum indico, facioque. Vbi dixit, hastam in fines eorum emittebat, ex quo bellum iustum esse intelligitur.

De

De Sacerdotio Patris patrati. CAP. X.

Hæc & plura scribit Luvius lib. primo: Seruius circa principium noni Aeneid. scribit Patrem patratum fuisse principem fœcialium. lege Gellium cap. 4. lib. 16. & Plutarchum problem. 62.

PATRIS Patrati sacerdotiũ, et si apud Livium à Fœciali haud differre videtur, aliquanto etiã lögè abfuisse apparet: tamẽ quòd Eñ nũmẽ istius, illiusq₃, atq₃, officiũ nonnihil interesse videatur, utiq₃ et de utroq₃, seorsum dicere visum est. Vtunq₃ esset, his descriptis nõ certè officiũ immoueri, sed partes plures duntaxat ascripserim. Patris patrati & sui eodem tempore, quo Fœcialis apud Romanos prodit: nam Eñ in feriendis à Fœciali fœderibus, Patris patrati opera-authoritasq₃, exigebatur. Ad patrandum enim, id est, sancendum iuramentum, ubi de fœderibus conuenerant, admitti consuevere. Creauit autẽ M. Valerius primus Fœcialis. Sp. Fusium primum Patrẽ patratum, eo bello quod Tullus Hostilius cũ priscis Latiniis gessit, Verbera caput capillosque tangens. Alias præterea partes, scilicet repetendĩ, Patri patrato dedit Ancus Martius, eum morem ab antiquissimã Equiculorum gente repetens Eius rei formula antiquissima est huiuscemodĩ: Legatus idẽmque Pater patratus, ubi ad fines eorum Venit Vndo res repetantur, capite velato (filium lunæ velamen est) A V D I Iupiter, inquit,

audite fines cuiuscunque sint gentis numina,
 audiat Fas. Ego sum publicus nuntius Pop.
 Rom. piè iustèque legatus Venio, Verbis meis fi-
 des sit. Peragit deinde postulata, inde Iouem
 stem facit: si ego iniuste impièque illos homi-
 nes, illasque res deder Po. Ro. mihiq² exposi-
 tum patria compotem me nunquam finis esse.
 Hac cum fines supra scandit, hac quicumque
 primus vir obuius fuerit, hac portam ingreditur,
 hac forum ingressus, paucis Verbis carminis,
 concipiendiq² iurisiurandi mutatis, peragit. Et
 non deduntur qua exposcit, diebus tribus Et tri-
 ginta (tot enim solennes sunt) peractis, bellum
 ita indicit: A V D I Iupiter, Et tu Iuno, et
 Quirine, dy² omnes caelestes, Vos terrestres,
 Vosque inferni audite. Ego Vos testor (popu-
 lum illum quicumque est, nominat) iniustum
 esse, neque ius persolvere. Sed de istis rebus in
 patria maiores natu consulemus, quo pacto ius
 nostrum adipiscamur. Cum his nutijs Romam
 ad consulendum redit. Confestim rex, dictator,
 consul siue quis alius Senatum habuerit, ex his
 ferme Patres consulit Verbis: Q V A R V M re-
 rum, litium, causarum condixit Pater patri-
 tus Po. Ro. Quiritium Patri patrato priscorum
 Latinorum, hominibusq² priscis Latinis, quas
 res nec dederunt, nec fecerunt, nec soluerunt:
 quas res fieri, dari, solui oportuit. Dic (inquit
 ei, quem primum sententiam rogat) quid cen-
 ses

*Ses, Tu ille, P V R O pioq³ duello quarendas
censeo, itaq³ consentio consciscoq³. Inde alij ordi
ne rogabantur: quandoq³ pars maior eorum
quæ aderant in eandem sententiam ibant, bel
lum erat consensu fieri solitum, Et Fœciales in
iactu hastæ, Et dictum est, bellum indicerent.*

De Sacrorum Rege. C A P. XI.

Ex Liuiο in principio secundi. Plura Dio
nysius in principio. 5.

R E X sacrorum, qui & sacrificulus dici
tur, creari captus est Iunio Bruto & M. Va
lerio primis consulibus. Eius creandi occasionem
dedit, quod cum nuper exactis regibus pleraq³
sacra à solis regibus obiri consuecta, regum ex
actione vacare viderentur, idq³ molestè admo
dum populus ferret, Et pote quod cultui diuino
regum exactione videretur derogatum, Sacer
dotem creari placuit: quem, quo minus eidem
authoritatis inesset, regio nomine decorarunt,
sacrorum Regem appellantes. Subiecerunt ta
men Pontifici Maximo ne similis dictioni
fuisset suppositus, iam exacti reges reducti re
ges esse viderentur, vel crederentur. Quæ verò
huic partes iniunctæ essent, nunc temporis mi
nimè reperiuntur.

De Simulachri traiectione Matris
deorum. C A P. XII.

Sumpta ex Liuiο li. 9. 3. Decadis. Sillio in
prin. 17. Plura Ouidius. 4 Fast. Multa ad
hoc

hoc facientia scripsi in annotationibus
Solini, cap. 7. De causa sacerdotij spado
num, lege Nasonem 4. Fasto. ibi. Phryx
puer. Aug. cap. 25. lib. 7. Ciuit. dei. plura
notaui in comment. Claudiani lib. 2. in
Eutrop. ibi, Labentem patriam.

GALLOS quidem Berecynthia siue illam
deorum Matrem dicere mauis, dedicauit an-
tiquitas, eamq; religionem Et pleraq; alia, à
Phrygia Romam reduxit: Et eo quidem tem-
pore, quo huiusce modi carmen ex libris Sibl-
linis relatum est.

Mater abest, matrē iubeo Romane requiras:
Cum veniet, casta est accipienda manu.
Hoc responsum cum diu torqueret Patres (qua
enim mater esset, aut vnde petenda, non sibi
reperire poterant Physici) Apollinis oraculum
consultum misere. missi huiusce modi responsa
attulerunt: Diuūm, Apollo inquit, arcescit
Matrem, quam Ideo quidem sugo reperietis.
Missi ergo in Asiam legati, datum negotium
Et perquisitum ac tandē compertū dea simu-
lachrum, Romam reducerent. Sed cum Atta-
lus rex Asia, cōperti à legatis simulachri tra-
iectionem negaret, Romanis frustra iam abi-
re parantibus, Vocem eidem Et creditam esse
deæ ferunt. Ipsa inquit, peti volui. Romamq;
quod deorum omnium dignum domicilium

est deduci. Quo miraculo exterritus Attalus Romanis ilico simulachri translationem concessit. Mari ergo traiecto Romam, Et traditum est, cum Tyberi navis simulacro onusta Secta retur, omni genere hominum ex Urbe procedente cum carminibus, sacrisq^{ue}, in sicco littore adhaesisse ferant. Et cum omnis multitudo funibus traheretis, summo conatu adniteretur, nulla tamen vi auellere harentem valuit, Erat autem in turba Romanorum Claudia Quinta Vestalis Virgo praestantissima forma cuius exquisito habitu, multisq^{ue} pleno illecebris, Violata eius Virginitatis publica suspicio circumferebatur. Procebat ergo puella ad pedes simulachri, orans obstatque deam, si inquit, labe Virginitatis me ream criminatur, tuum, Dea, testimonium. Vis rem indices, queso: Et si tuo damnata testimonio Dea fuerim, admitti morte luam: sin hac labe puram argueris, tum tu castissima castas manus prosequere obsecro. Vbi hac dixit, recte quae alligata erat navis, manus arrepta, puella admodum perum conantis, facile tractum prosequuta est hoc pabulo in Urbem. Scipio Nasica solus dignus, cuius manibus tangeretur, recipereturq^{ue} simulachrum, iuvicatus est. Datum ergo Scipioni negotium, Et templum dea magnifico strueret, Et eius cultui sacerdotes dedit, quos more dea vetusto, spadones porte-

bat,

bat non alio pacto ad id sacerdotium legendus. Cuius quidem instituti hoc in causa fuisse commemorant: Dilexisse Cybelem puerum quendam Phrygium, dilectoq; hanc conditionem adiecisse, ne castitate polluta admitteretur, puerum tamen nympham Sangaridem deperisset. Et cum apud eam sub arbore ei nymphea ducta, vna quiescerent, nocte dormientes, deam arborem cum ipsa nymphea truncandis; adolescentem metu fere exanimatum, in vicinam montem, cui nomen Dindyma est, confugisse: doloreq; amentem pudoreq; admissis facinorosi membrum quo deliquerat, abscidisse. Hac ratione facti dea memor, per eiusmodi homines perpetuo sibi ministrari voluit. Gallorum vero nomen à flumine Phrygia vetusto, quod templo huius dea vicinum est, tractum ferunt: cuius. Et ferunt, fluminalis vnda ea vis est, ut potantes insanire compellantur.

De Duumuiris sacrorum. CAP. XII.
Duumviri sacrorum à Tarquinio Superbo creati sunt, ut lib. 4. docet Diony. Gell. autem cap. 19. lib. 1. ait, Ad libros tres Sibyllinos, quasi ad oraculum quia decem viri adeunt, cum dii immortales publicè consulendi sunt. De dictione ædis Castoris à posthumio; lege quæ scribunt Antonius & Marfus in fine 1. Fasto.

D V V M V I R I sacrorum, quantum monu-
 menta veterum legendo consequi valui, sacris
 libris legendis, carminibusq; Sibylla, fatisq;
 Po. Rom. interpretandis praeant, et Apollinis
 sacrariumq; ceremoniarum antisites erant:
 Et quoties prodigia magnos aliquos reru euen-
 tus auspicantia emerfissent, lectisternijs ad pul-
 vis naria deorum factis, et illorum minas aver-
 teret, supplicijs sacrisq; placabat. eorum etiam
 reru prosperè gestis rebus decernebantur. Huius
 sacerdotij nulla ante mentionem reperi, quam
 tempore quo ades Castor, per filium Posthumi
 secundi Dictatoris qui tunc Duumvir, dedi-
 cata est: Latina enim bello pater ipse Dictator
 Genuerat. Caterum cum multo tempore duo ad
 hoc ipsum sacerdotium Viri creati essent, ac
 plebs de suo quoq; corpore creare Consules perge-
 ret, neq; ad id ipsum satis Virium esset, obti-
 nuit tandem, et qui Duumviri in eam diem
 creati fuissent, Decemviri crearentur, quinq;
 ex Patribus, totidem ex plebe electis. Quare ex
 Duumviris, Decemviri appellari cepti sunt.

De Septemviris epulonum C A P. X I I I.

Cice. 3. de Oratore dicit tres viros Epulo-
 nes à veteribus pontificibus institutos
 propter sacrificiorum multitudinem.
 De horum epulis scribit Valerius in

prin. 2 & August. de Ciuit. Vide sint ne
vera quæ Syponthinus de his asseruit.

SEPTENVIRATVM epulorum, quam
quam sit coniectari potest, genus esse sacerdotij
presumitur, propterea quòd cum de Vacante
Vestalis sacerdotij agitur, filia auguris, Decemviri
sacrorum, Flaminis, Septemviri epu-
lorum sacrorum, ab hoc sacerdotio excusati
nom mererentur, inter sacerdotia hoc ipsum
subiungitur. Vt cumq, id fuerit, quoniam nihil
quicquam de hac re mediocris etiam fidei au-
thoritatisq, reperit, quod huius ordini officium
commissum esset, ausus asserere non fuit. Plu-
nius tamen cum esset orationem habiturus,
cum quasi propter futuros astantes timeret,
dixit: Stabat medio Consularis moas Septemvir
epulorum. Sunt adhuc Roma in Pyrami-
de quadrata incisa hæc verba: Opus
absolutum diebus CXXX.
è testamento C. Corneli
Tribuni plebis Se-
ptemviri epu-
lorum.

*

L. F. E

L.FENESTELLAE DE
MAGISTRATIBVS RO-
MANORVM LIB.
ALTER.

SED quoniam nunc de reliquis magistratibus qui ad religionem non pertinent, tractare intendimus: alij quidem omnium magistratuum maiores, alij verò minores sunt. Quia maiores, quique minores essent, paucis animadvertendum est. Nam Aulus Gellius pleraque hac in re ex M. Messala auguris libris dicta reliquit, cuius verba hac sunt: Patritiorum auspicia in duas potestates diuisa sunt: maxima sunt Pratorum, Consulū, Censorum: neque tamen eorum omnium inter se eadem, aut eiusdem potestatis sunt: ideoque collegae non sunt Censores Consulū aut Pratorum: Pratores collegae Consulū sunt, ideoque neque Pratores aut Consules, Censoribus, neque Consulibus Censores aut Pratoribus turbant aut retinent auspicia. At Censores inter se, rursus Pratores, Consulesque inter se et vitiant et obtinent. Prator et si collega Consulis est, neque Pratorē, neque consulem iure rogare potest, ut quidem nos à superioribus accepimus, aut ante hac tempora obseruatum est. Et in cōmentario XIII. C. Tuditani patet, quia imperium minus Prator, maius

ii 4 habet

habet Consul, & à minore imperio minor, à
 maiore autem maior collega iure rogare non
 potest. Nos his temporibus Pratores Pratores
 creante, Veterum auctoritatem sumus sequuti,
 neq; his auspicijs in comitio fuimus. Censores
 aequè non eodem rogantur auxilio, auspicijsq;
 atq; Consules & Pratores. Reliquorum vero
 magistratuum minora sunt auspicia: ideo illi
 maiores, hi minores magistratus appellantur.
 Maiores centuriatis, inquit, comitijs fiunt: mi-
 noribus creandis magistratibus tributis comi-
 tijs magistratus, sed iustius curiatis datur le-
 ge. Ex omnibus his Messala Verbis, inquit, ma-
 nifestum fit, qui sint minores magistratus, &
 quamobrem minores appellentur. Sed & colle-
 gam esse Pratorem Consuli docet, quod eodem
 auspicio creantur. Maiora autem auspicia di-
 cuntur habere. quia eorum auspicia magis ra-
 ta sunt quàm aliorum. Consul ab omnibus ma-
 gistratibus & comitiatum, & concionem au-
 care potest: Prator & comitiatum, & concio-
 nem non & quequaq; auocare potest, nisi à Con-
 sule: minores magistratus nusquam neq; comi-
 tiatum, neq; concionem auocare possunt. Ea re,
 quæ eorum primus vocat ad comitiatum, is re-
 ctè agit. Quoniam bisariam cum populo agi non
 potest, nec auocare alius alij posset. si concionem
 habere volunt, uti ne cum populo agant, quam-
 vis multi magistratus simul concionem habere
 possint

possint. ex his Verbis Messala manifestum est. aliud esse Cum populo agere, aliud Concionem habere. Nam Cū populo agere, est rogare quid populus suffragijs suis aut iubeat, aut vetet: Concionem autem habere, est Verba facere ad populum, sine ulla rogatione.

De Senatorum origine. CAP. I.

Ex Dionysio lib. 2. Liuiο lib. 1. De senatoribus extat titulus 9. primi Digestorū.

Plura Plutarchus in vita Romuli.

SENATORVM originem à Romulo institutam esse, nemo ambigit: quippe qui Urbis parens & conditor, cū iam nouā ciuitatem Viribus & robore iuuenum affatim à se munitam cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si eandem consilij ope fulisset, ex primoribus patrum qui tunc aderant ciuibus, centum numero elegit, quos ob honorem Patres, ob aetatem Senatores appellauit: Et apud Lacedaemonios, Senes appellari eos, qui summum quemdam magistratum gerunt C. ait. Qui Verò ex his primoribus centum Patribus geniti sunt, Patricij nuncupati sunt. Hunc ordinem mox Tullus Hostilius expleuit, Alba à se diruta, Albanisq; in Urbem inductis. Tum Tullios, Seruilios, Quintios, Giganios, Clodiosq; Senatores accepit. Exactis autem Regibus, Brutus consul, exhaustum bonis Viris senatum intuens, primores equestris ordinis adscribi in senato-

ii 5 res

res operam dedit, illosq; conscriptos partes appellavit: ex quo tempore Patrum Conscriptorum appellatio, locum habere instituit. Penes hos quidem Senatores, adeò semper totius Rei pub. summa innixa est, Ut ne Reges quidè, Consules, aut Dictatores, aut alius quispiam magistratus inconsulto Senatu quippiam moliretur, adeò Ut cum Tarquinius Superbus plerumq; præter Senatus auctoritatem decerneret, tandem amissoregio nomine, Tyrannus appellaretur. Senatores Verò triplicis ordinis fuisse reperi: alij enim Patricij, alij Pedarij, nominati Verò Conscripti appellabantur. Patricij sunt hi maxime, qui centum illis patribus à Romulo lectis geniti sunt. Conscripti Verò Senatores, hi qui Regum, Consulum, Censorum &c decreto in Senatum lecti sunt. Pedarios autem Senatores varijs rationibus appellatos inuenio. Alij enim quòd hi non haberent sententiæ dictionem in Senatu, sed in aliorum sententias pedibus irent, dictos Pedarios putant. Alij, quòd essent plerique, qui magistratus curules adepti, sella curuli in Senatum veherentur, quò Verò pedibus iter facerent, Pedarij nominabantur. M. autem Varro equites quosdam esse ait, quibus amplioribus magistratibus functis nondum tamen à Censoribus in Senatores lectis, non esset ius dicenda in Senatu sententiæ, cum tamen

in Senatum venire liceret, sed quas sententias principes dixerāt, in eas descendebant. De ordine verò ac ratione consulendi Senatus, quæ hæc usque reperi, ea potissimum adducam: Aliquando enim primò rogari mos fuit, qui princeps in Senatu à Censoribus positus fuerat: nōnunquam verò et etiam hi prius rogarentur, qui Consules designati essent, institutum est. Cicerō autem in eo libro, quem inscripsit Catonem maiorem de Senectute, tantum aliquando senectuti honoris tributum scribit, quod et quævisque natu grandior esset, ita prior in Senatu sententiam rogaretur. Vsu tandem introductum esse dicitur, et quem Consul ipse rogasset, is prior ex sententia verba faceret: alium tamē quàm censuarem virum rogari fas fuisse negant. Ex qua sanè consuetudine C. Iulius Cæsar in eo consulatu, quem gessit cum M. Bibulo, tres duntaxat viros extra ordinem rogasse dicitur, M. Crassum, Cn. Pompeium, & M. Catonem. Post M. Crassum, Cn. Pompeium, ubi filiam illi in matrimonio collocasset, rogare primum cepit. Cum verò M. Catonem rogaret, atq; idem cum cōsulebatur de Repub. nimis fortè diceret, longioreq; proinde oratione uteretur, quæ omne fere tempus quod est habendum Senatui, terneret, Cæsar viatorem vocasset, Marcumq; Catonem, quoniam finē non faceret, prehensū loquentem, & in carcerē trahi iussit. Catoni, cum imperio

perio pareret, Senatus consurrexit, & ad carcerem prosequeretur. Cuius rei quasi inuidia motus Caesar, destitit, atque emissus iussit. De more autem habendi Senatus M. Varro regat Pompeij librum edidit. cum ille primum Consul cum M. Crasso fuisset designatus. Credo quia foris militis atque ad eam aetatem occupatum. Vellet civilis consuetudinis, cuius expertus erat, fieri peritior. Sed cum librum in ipsa Varrum aetate perisset, idem ipse in epistola ad Oppianum scripsit: qua in epistola multa scribere Varronem id genus Aulus Gellius in commentarijs Noctium Atticarum refert. Primum illi scriptum fuisse, per quas personas haberi Senatuum liceret, nominat Dictatorem, Consulem, Praetorem, Tribunum plebis, Interregem, Praefectum Urbi, neque ullis alijs ius fuisse Senatui frequentem fieri iubere asserit. Addit deinde extraordinario iure Tribunos quoque militares, qui pro Consulibus essent: item decemviros, quibus imperium consulare tum esset: item Triumviros Reip. constituenda causa creatos, consulendi Senatui ius habuisse. De Praefecto Urbi Latinorum, utrum Senatui haberi liceret, non satis conuenire ait, qui licere negauit, quod ne ille quidem Senator sit: prout de ius discenda in Senatu sententia non habeat, in rationem adducit, eaque aetate, qua nondum Senatoria sit, creari. M. autem Varro, &

Aite

Atteius Capito ius esse Praefecto Urbi Senatus habendi aiunt, quandoquidem & Tribunus plebis, quanquam non essent Senatores, ante Accinium plebiscitum ius Senatus habendi esset. Scripserat etiam de intercessionibus, illis videlicet ius intercedendi fuisse, qui vel ea potestas vel maiori fuissent ijs qui senatusconsultum, aut plebiscitum vel aliud decretum rogarent. ~~De~~ loco habendi Senatus, aut senatusconsulti rogandi, nisi in locis per augures constitutis, quae templa appellabant, haberi rogarique posse negant. Vnde & in curia Hostilia, in Pompeia, et post in Iulia, cum profana essent loca, templa per augures sunt constituta, ut in ijs senatusconsultum more maiorum iusta fieri possent. De tempore vero habendi senatus, ita differit: Ante exortum, inquit solem aut post eius occasum, Senatusconsultum irritum esse. Opus etiam Censurarum fuisse, per quos, & quoque tempore factum esset senatusconsultum. De aetate autem Senatoria etiam adolescentibus Senatorum Senatum ingredi licuisse, Veterum monumenta legentibus apparet. Quomodo vero tandem in Senatum illi aetate venire liceret, Papyrii praetextati factum in causa fuit, ut Valerius Maximus scriptum reliquit. Tunc igitur constitutum, ne cui paucioribus viginti & quinque annis nato Senatum ingredi liceret, ut est apud Plutarchum in Vita Magni Pompeij. Idem
apud

apud ius civile Romanorum, quo nos etiam hoc tempore utimur, facile conspici licet. Qui vero Senatum habiturus esset, auspicari primo, atque immolare hostiam debere idem Varro censebat. Docuit E^g de diuinis rebus, prout quam de humanis ad Senatum esse referendum. Item senatusconsulta duobus modis fieri, aut per discessionem, si consentiretur: aut si dubia esset, per singulorum sententiam. Deponere quoque capiundo: de multa irroganda Senatori, qui quo tempore in Senatum venire debuit, non interfuerit. Quantum vero ad Senatorum familiam pertinet, Senatoriarum personarum appellatione, E^g uxores contineri decretum est. Adoptiuos autem filios, etsi antequam patres in Senatum essent ducti, sese in adoptionem dedissent. Senatores esse placuit. Si quis autem ex Patriciorum ordine, Plebeio homini se in adoptionem dediderit, Patricium tamen manere cautum est: quam legem ea tempestate nullam fuisse arbitror. cum P. Clodius Vir Patricius, quo tempore tribunicia potestate fungeretur, qua aduersum Ciceronem f. Clodius crederetur, plebeio homini se adoptandum prae-buit. Contra Senatorum filios, nisi qua Senatoris hominibus nuptus tradita essent, clarissimarum feminarum nomine non continerentur. Senatoris vero filiam a patre emancipatam, esse filij nomen iure civili amittit. Senatoriam

tamen

tamen retinere dignitatem creditur. Posthumus autem, quamvis post patris mortem nascuntur, Senatorij tamen homines appellabantur: cum vero qui postquam pater Senatu motus est, concipitur, & nascitur, non esse Senatoris filium Proculus & Pegasus opinabantur. Si quis vero antè conceptus fuerit, quàm eius pater Senatu moueretur, non nocebit filio casus patris, quo minus Senatoris filius censeretur. Sed si pater antequam conciperet filium, Senatoriâ dignitatem amiserit, ac deinde deceaserit, filij autem in aui potestate Senatoris reciderent, at si non quasi Senatore patre nati videantur, Senatorij tamen esse censebantur. Mulieres autem Senatoribus primò, deinde inferioris sortis hominibus matrimonio collocata, clarissimarum ordinis non sunt. Itaque impetrare pleraque à principibus solent, & nupta iterum inferioribus viris, in Senatoria nihilominus maneant dignitate: Et dicitur Divum Augustum Julia Mammea consobrina sua indulgisse. Senatores vero Senatorio ordine amotos, quamvis capite non minuantur, & civitate retineant, iudicare tamen ac testimonium dicere prohibet lex Julia repetundarum.

De Tribunis Celerum equitum.

CAP. I I.

Dionys. lib. 2. Lin. li. 1. Plutarc. in vita Romuli. Quidam existimant Luceres à Lucumone

mone deo denominatos. Festus autem Pópeius à Luceo Ardeæ Rege, quòd auxilio fuit Romulo aduersus Tatium bellanti.

TRIBVNOS *Celerum equitum primus Romulus creasse fertur, cum tres equitum centurias, quarum opera in omni Reipub. discrimine vteretur, adscripsit. Eas centurias, Ramnensium, Tatiensium, Luccrum appellauit. Ramnensium à Romulo, Tatiensium à Tatio. Lucrum Verò denominatio, ut Lsui placet, incerta est. Quos autem tertios hic praefecit vult, quos ex tribus elegit tribubus, Tribunos nominauit. Fuisse autem numero trecentos ait equites, eo quòd singulis curijs, quae triginta erant, decem adscriuerit. Quòd Verò celeriter accurre eos voluit, si quando Resp. illorum opera indigeret, appellari Celeres voluit. Sunt etiam qui à Celere quodam qui primus ijs ordinibus à Romulo praefectus fuerit, Remi interfectore hoc nomen inditum esse opinentur, et Ouidius in libro Fastorum significare intelligitur.*

De Quæstoribus. CAP. III.

Quare autem creati fuerint, docet Pomp. tit. 2. 1. Digest. ponit autem Quæstorum genera duo. Primum eorum qui pecuniarum: secundum eorum qui capitalibus rebus praeesent, eorum officium narrat Vlpianus

nus tit. 13. 1. Digest. Lege Varronem lib. 1. de lingua Latina.

QVAESTORIBVS creandis origo vetustissima est, & ante omnes penè magistratus: Iunius, certè Gracchanus, in ea libro, quem de temporibus scripsit, ipsum etiam Romulum & Numam, duos habuisse Quaestores, quos non sua voce, sed populi suffragio creatos, scriptum reliquit. Caterum ut Romulum Quaestores habuisse non & squaeque notum est, ita Tullum Hostilium Regem Quaestores habuisse constat. Quod verò publica quarendae pecuniae praepositi essent, appellatos aiunt. Quaestorum verò ararij, & urbana pecuniae curam agere, Provincias partim exigendis vectigalibus sortiri, plerique (ut Gracchanus dixit) epistolis in Senatu legendis occupari. Iique nuncupati Candidati Principis. Nonnunquam autem maleficia conquirere Quaestoribus negotium traditum est: ex quorum exercendis quaestionibus, Quaestores doctos fuisse, M. Varro opinari videtur. Quaestores ut ferè omnes reliquos magistratus, tam plebeios quàm patricios promiscue creari obtinuit: quae potestas quoniam minoribus adscribitur, neque prehensionem, neque coactionem habet. Et quemadmodum privati, in ius ad Praetorem vocari solent, eadem gerendorum honorum, dicendaq; in Senatu sententiae, initium fuisse perhibetur. Etiam quia de

k k

capite

capite civis Romani, iniussu populi non erat permissum Consulibus dicere, propterea à Quaestores constituebantur à populo, qui in capitalibus praessent rebus. Is appellabantur Quætores parricidij, quorum & meminit lex duodecim tabularum.

De Interregia potestate.

CAP. IIII.

Ex Dionysio lib. 2. & Liuvio lib. 1. Plura in vita Numæ.

ROMULO ergo humanis iam rebus subducto, fluctuantibus Patrum animis, quo pacto Rempublicam procurarent, quem in datus Regis locum succeduri, aut quo tandem pacto essent, ne nova multitudo sine Rege ac dante passim vagaretur, ac vicinorum tandem irritatis animis, Urbem rectore vacuam vis aliqua externa adoriretur: difficultati rerum consulendum rati, centum Patres decem decurij factis, singulos ex singulis legunt, qui summa rerum praessent. Ex ijs unum qui insignibus imperij, & fascibus esset, decernunt. Quoque dierum spatio finiebatur imperium: eoque pacto vicissim inter se sortiebantur, dum orbe exacto annus circumageretur. Sed huius imperij cum iam pertasum videretur, ac plebs pro uno Rege centum sortitam esse quereretur, audirentque ea moveri Patres, qui vel imperium positura esse videbatur, per speciem beneficii

Utro offerendum rati, summam potestatem populo permittunt, statuuntque ne plus iuris ac potestatis futuro Regi permetterent, quam apud se retinerent: simul decernunt, quem populus ipse Regem iussisset, ita demum ratus haberetur, si Patres authores extitissent. Tum Interrex concione aduocata, Q V O D bonum, faustum, felixque sit, inquit, Quirites, Regem create: si dignum qui secundus à Romulo sit, creaueritis, Patres authores fient: atque ea conditione Regem creabant, apud quem summa rerum erat. Dum regia potestas vacans erat, Interrex appellabatur. Apud minores Verò Romanorum, cum Reip. causa abessent Consules, neque habendis comitijs interesse possent, sine Vitio Consules creati essent, si Dictatorem comitiorum causa dici non placuisset, res ad Interregem deducebatur, ac per Interregem consularia comitia habebantur.

De Duûmuis capitalibus. CAP. V.

Liuius lib.1. Dionysius autem lib.3. dicit cognitionem sororicidæ permissam populo. Pomp. titu. 2. primi Digest. Constituti sunt, inquit, & Triûmuis capitales, qui carceris custodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Varro etiam meminit lib.1. de lingua Latina.

s 1 Duûmuis capitalis repetere origi-

kk 2 nem

*nem volueris, &que à Tullii Hostilij Regis tem-
 poribus erit repetenda. Is enim bellum cum Al-
 banis gesturus, copias iam è campis in aciem
 eduxerat. Tum Metius Suffetius Albanorum
 dux, Regem Romanorum ad colloquium vcu-
 nit: qui ubi in conspectum venerunt, diu de ca-
 ditionibus pacis inter eos agitatum est: hanc
 tandem conditionem inserunt: Erant in exerci-
 tu Albano tergemini fratres, qui Curiatij appel-
 labantur, & hi cum tergeminis Oratij. Romi-
 nis ferro dimicarent: Virius populi ciues victo-
 res essent, is populus cum bona pace alteri impe-
 raret. Armati ergo hinc Oratij, illinc Curiatij,
 in campum prodeunt: diu Varro Marte pugnat,
 ad extremum tres Curiatij, atque ij quidem
 omnes saucij, duos ex Oratij obtruncant, tertium
 integro relicto. Iuuenis ergo integer corporis a-
 nimusq; viribus, ne sistendo tutari ictus non pos-
 set, ambire campum instituit: ex Curiatij, qui
 validior erat, metu exanimatum fugere ratus,
 persequi illum, agrè licet, pergit. Oratius ubi
 alterum longè ab alijs esse cernit, Curiatium ag-
 greditur, parumq; validum facile obtruncat. At
 currentem fratri ferre auxiliũ, primo illo etiam
 infirmiore & vix sustentente arma, facilius
 occidit. Tertiũ gravi vulnere, metuq; graviore,
 minore negotio confodit. Iuueni ergo Oratio o-
 mnium consensu gloriosissimus triumphus decer-
 nitur. Triumphanti ergo cum omne genus homi-
 num,*

num, tum Oratia soror venit obviam. Hac Oratia alteri ex Curiatjs fortè desponsata fuerat: qua ubi conspexit occisi nuper à fratre viri pendentes ab hasta exuvias lamentis & fæmineo eiulatu complebat omnia: cuius rei indignatione sororem interfecit, ratus publicam latissimam turbasse. Triumpho ergo aëlo, Oratius ad Regē trahitur, in carcerem servandus traditur: ergo omnium sententia Oratium damnat capite: sed recens tam insignis facti memoria permultum favoris à Rege ipso sibi vendicat. Dilationē ergo iudicij Rex queritans, tum primum Duum viros creat, questionem iudicij ab se ad illos rejcit. Quid plura? Duū viri plectendum capite Oratū pronuntiāt: sed Oratius ab illa sententia populū appellat. Res ad populi iudiciū rejcitur. Tum Verò senis, orbiq; trium liberorū parētis lacrymis, & pro cōcione orationibus aëla insignis aëla rei recēte memoria, reum inuenē populus absolvit. Tum ergo Duū viris capitalibus inisum esse capit. Vnius tamē argumento Triumviri collega facti sunt. Quod Verò capitalibus questionibus præessent, & carceris rerum capitalium agerent custodiam, Capitales appellati sunt: cuius etiam magistratus in damnatione C. Manlij Capitolini opera & sum populum Ro. Livius meminit. Eorundem interuentu Triumvirorū in eos qui cū L. Catilina coniuraverāt, animadversum est, & meminit Salustius.

Que scribuntur hoc titulo, habentur ferè omnia ab Ulpiano titul. 12. primi Digesti Gellio cap. ult. lib. 14.

DE PRAEFECTO Urbis nusquam antea quicquam reperitur, quam de Sp. Laetij, patris Lucretia praefectura. non tamen alios Reges prater Tarquinium Superbum, praefectos Urbis creare potuisse negaverim. Quo sese res vertant, cum Regibus proficisci opus foret, penes Praefectum Urbis summa rerum relinquebatur: Vbi autem imperium propagatum est, totius Italia iurisdictio ad Praefectum Urbis delata est. Omnia enim crimina qua per totam Italiam admittebantur, Et epistola divi Severi ad Fabium Cylionem cautum est, Praefectus Urbis sibi vendicat. In initio verò eius epistola ita scriptum est: Cum Urbem nostram fidei tuae commiserimus, quicquid intra Urbem admittitur, ad Praefectum Urbis videtur pertinere. Sed & si quid intra centesimum lapidem admissum sit, Praefecti Urbis ad cognitionem pertinet. Si ultra centesimum lapidem admissum fuerit, Urbis Praefecti notio non erit. Audiet servos qui ad statuam confugerint, aut qui de dominis conquerantur, quod de suo pecunio empti, non manumittantur. Audiet domi-

nos egentes. Et qui se agros esse dicant, desiderantq; sibi à liberis suffragium impendi. Relegandi etiam deportandiq; in insulam potestatem Præfectus cuiusmodi obtinet. Si quis autem scruum suum in uxorem suam adulterium commisisse asserit, apud Præfectum Urbis erit audiendus. Neque est alienum ab eius potestate, ut eam ipso interdicator quod si aut clam exercetur. Solent item ad Præfectum Urbis tutores curatoresq; remitti, qui male in tutela curaque versati fuerant, quisq; graviore animadversione quam ut suspectorum crimen incurrant, indigent: seu quos probari possit, datis nummis tutelam occupasse, seu accepta mercede operam dedisse, quo minus idoneus tutor assignaretur aliqui, vel consulto circa edendum patrimonium eius quantitatem minuisse, siue evidenti fraude pupilli bona alienasse. Id quoque iniunctum est huic magistratus à diuo Severo, ut mancipia tueatur, ne prostituatur. Curare præterea Præfectus debet, ut nummularij probe se agant circa sua professionis negotia obeunda, temperentq; ab ijs qua leges non admittunt. Si autem patronus se à suo liberto aut contemni dixerit, aut contumeliosum sibi libertum queratur, siue se comisitum ab eo passum, liberosue suos, vel uxorem, aut quid simile obiectum fuerint, Præfectus Urbis adiri solet: Et pro modo quarela corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare.

gare, aut ulterius procedere in pœnā solet. Quod si delatum se à liberto, aut contra se cum inimici cōspirasse doceat: etiam in re talis Præfectus in eum pœnam constituet. Cura etiam rei macellaria omnis, et in suo pretio veneat, ad officium Præfecti pertinet: Et ideo forum boarium, surrium piscarium, Et olitorium ad eundem Præfectum pertinet. Ad tuendam quoque populorum quietem, dispositos stationarios milites habere debet, curareque, et sibi quod ubique agitur, per delatores denunciatur. Potest etiam Urbi interducere negotiationes, processionibus, aduocationibus, Et foro, ad tempus Et in perpetuum. Sed cum multo tempore Præfectus Urbi creatus fuerit, demum illius ditione delata ad Prætorum, Et translata, Latinarum feriarum duntaxat creari captus est. Et cum ceterorum omnium magistratuum fora quiescerent, soli Præfecto Urbi Latinarum subiacerent, ne quis alteram magistratuum speciem arbitraretur. Pleraque quæ ad Præfecti ditionem pertinere videbantur, de industria omissa sunt.

De Consulibus.

CAP. VII.

Sumpta ex fine primi Livi, ex 4. Dionysij, Pomp. tit. 2. primi Digest. De offi. Consulibus habetur. tit. 10. primi Digest. Augustinus cap. 16. lib. 3. Ciuitatis. Primi consules
Cal

Calendis Ianuar. creati sunt. Inde factum est, ut Ianuarius primus mensis anni à Romanis haberetur. Plutar. problem. 18.

CONSULAREM potestatem Regi potestatis exemplo accersitam fuisse, vetustatis monumenta declarant. Exactis enim Regibus, duo Viri creati sunt, quibus præterquam quòd annuum imperium datum est, nihil aliud immutatum est. Itaque lictores, & trabeam, catenæque Regum insignia tenuere, quòd consulere rem publicam deberent, Consules appellauere. Inunctumque, & omnium, quæ è republica fore arbitrabantur, diligenter curam agerent. Primi consules post exactos Reges fuere L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. Brutus cum collega egit, ut penes alterum duntaxat fascis forent: si penes utrumque populus conspexisset, duplicatum terrorem ex uno ad duos Regesquereretur. XII. erant numero lictores, qui cum fascibus virgarum securim: cuique Consul præferebant. Quem numerum lictorum collegisse Romulum ferunt, eo quòd duodecim vultures in Auentino monte, cum augurijs cum fratre contenderet, inspexit. Nonnullis autem atque idoneis authoribus, hoc & pleraque alia, scilicet apparitores, sellam curulem, togam & prætextam, ab Ethruscis finitimis populis adscinisse verisimilius videtur. Ethruscos

kk s enim

enim cum duodecim populis constarent, Rege communiter creato, unum lictorem Regi singulos exhibuisse. Lictores autem à ligando dicti existimant, quod quem Consules prehendendi ligari, iussissent, præstare essent ad prehendendum. Et venientes Consulibus obviam, de equo descendere iuberent. Iunio autem Bruto altero expulsi Consulis in bello extincto, cum scilicet Valerius in consulatu remansisset (hac enim Tarquinij Collatini locum susceptus erat, quod ille ob inuisum Tarquiniorum genus se consulem abdicare compulsus esset) et sunt mutabiles vulgi animi, in ipsum non invidia modo, sed suspicio etiam cum atroci crimine abortitæ est: cum Consul advocatæ concione se expurgasset, antea esse instituit ferenda legis, ut adversus omnes magistratus esset provocatio ad populum. Tum, vero consularis authoritas, regia potestati longè inferior esse cepit: ac libertatis iacta semina mirum in modum conualuisse visa sunt. Consules nisi à Patribus creari, quod apud alios auspiciæ non essent, religionem fore aliquando creditum est. Profligato tandem Gallico bello (eo scilicet quo T. Manlius Torquatus torque hosti Gallo, quem singulari certamine occiderat, detractio, Torquati cognomen sibi posterisque suis clarissimum dedit) assiduus tribunitijs seditionibus visis, alterum ex plebe Consulem creandum concessere. Primum autem

autem de plebe consul L. Sequacius creatus est: Et cum antea Tribunos militum, qui pro Consulibus essent, ex suo quoque ordine creari plebs instituisset, saepenumero creationi Tribunorum, consularis potestatis intermissio occurrit: addidit et duobus aliquando, nonnunquam pluribus, saepe etiam paucioribus annis consulare imperium vacauerit. De constitutione vero consularis potestatis, id vulgò compertum est: habitis scilicet per Consules siue alterum duorum, siue per Interregem aut Dictatorem comitijs, quae tribuum, centuriarumque conventu ac suffragijs constant, Et in campum Martium accitis, qui consulatum petaturi erant, in campum descendunt: atque eò quòd tunc candidis Vestibus induti sunt, Candidati vocantur: in quem igitur populi suffragia, consularibus habitis comitijs suffragijsque ritè peractis, concurrebat, is erat Consul designatus. Sed quoniam de comitijs habuimus mentionem, non incongruum est, hic nonnihil ex ijs qua ad nos usque pervenerunt, adscribere. Comitiorum enim alia Calata, alia Tributæ nuncupantur. Calata vero dicta, quòd per lectorem curiatim calari, id est, vocari solebant. Ea vero in Centuriata Et Curiatæ diuiduntur. Curiatæ ex curijs, quae tringinta numero erant, Et omne genus civium continebant, per curiatum lectorem vocabantur. Centuriata vero per cornicinem ex censu Et aetate accensebantur.

sebantur. Tributa Verò ex omnibus regionibus Urbis, ac tribubus (Et reor) nuncupata constabant. Centuriata autem fieri intra pomerium nefas erat, quia exercitui (Et ferunt) intra Urbem imperari ius non sit. Propterea Centuriata in campo Martio haberi, quòd exercitui imperari praesidij causa solitum sit. Illud praeterea necessarium consulatum petentibus, ut per se ipsos comitijs interessent: per alios petendi facultas nullo pacto decernebatur. Quoniam per scribendis ceteris magistratibus observatum video. Eam praeterea potestatem, de qua optimus, & filij familias, & sui iuris constitutum sequuntur, seq. ipsos apud se sua auctoritate mancipandi facultas est. Tandem etiã institutum, ut qui consules fieret, ipso iure sine ematipatione à patria potestatis vinculo liberaretur.

De Dictatore.

CAP. VIII.

Sumpta ex 2. Liuij ferè omnia. Plura notatu digna scribit Dionysius circa finem 5. Id autem anno 9. post reges exactos factum esse scribunt Eutropius cap. 2. primi, & Euseb. lib. temporum. Legem de prouocatione habes à Liuiio lib. 3. Pomponio titu. 2. primi Digest.

Dictatorem Albanos prius quàm Romanos habuisse, quippe qui Metium Suffectum

*tiam habuerunt, testis est T. Linius. Apud Romanos Verò primus Dictator factus est. T. Larges primùm Consul. quo anno, quibusue Consulibus, non satis constat. Illud Verò liquet, Latino Sabinoq; bello impendente, quadragintaue populis in Romanos coniuratis, concitante Mamilio Octavio Tusculano, Tarquinij Superbi genero, qui eum penes exulabat, Dictatorem Romanum creari instituisse. Ea summa quidem potestas apud Romanos fuit: à qua nec provocandus fuisse, & animaduersum in caput cuiusque ciuis Romani, totiusq; Reipub. summam ditionem penes ipsum habuisse, Veterum scripta testantur. Lictores, & vniuersa Regum insignia Dictatori attribuere. Quia autem summum ei in populum ius summāq; potestas fuit, Magister populi cognominatus est: ex quo factū ut qui potestatem aliquam de publico haberet, & pote quod à suprema Dictatura potestate ortum duceret, Magistratus, velut à cādido Candidatus vocaretur. Dictator autem nullo alio pacto creari consuevit, quàm cum vis aliqua maior de improviso oborta, ingentem urbi cladem minitari videretur. Prius nō nisi à Patribus, velut pleraq; alia, Dictatorē legis fas fuit. Tandē, ut cetera quoque, id ipsum imminutum est. Bello enim quod populus Romanus cū Faliscis gessit, Tarquinensibusq; primus de plebe Dictator creatus est C. Martius Rutilus, qui
 & ip*

Et ipse Magistrum equitum etiam de plebe hominem I. Plantium dixit. Hunc magistratum quoniam quam amplissimus esset, non nisi sex menses retinere licuit: quod vero futuros dictatorem magistratum solitus sit, appellatum esse dictatur. M. Varro ait. Huius etiam praetextu magistratus L. Sylla, ac deinde Iulius Caesar Rempublicam pressere, tyrannidem iniisum atque infame munus sustinere cupientes. De Dictatore ergo, quoniam per Veterum disquisitionem licuit, diximus.

De Magistro equitum. CAP. II.

Sumpta ex 2. Liuij, & Diony. circa lib. Eutrop. & Euse. ut supra. De hoc magistratu. 2. & 11. primi Digest.

Quale Tribuni Celerum apud Reges, et les ferme apud Dictatores Magistri equitum fuere: Et ut Dictatori in summum in populum fuit, ita in omnes milites Et accensos Magistri equitum fuisse, traditum est. Primus Magister equitum Sp. Cassius fuit, à T. Largio primo Dictatore creatus. Id demum officij fuit Magistri equitum apud Dictatores, quod tandem Praefectus praetorio apud Casarem.

De Tribuno plebis. CAP. I.

Liuius omnia lib. 2. Diony. versus finem lib. 6. Augustinus cap. 18. lib. de Ciuit. 2. Ouid. 3. Fast. ibi, Plebs vetus. Sacer autem mons ideo dictus est (authore Festo) quoniam Ioui sacer erat.

TRI

TRIBVNIS plebis creandis initiū fuit se-
 cessio plebis à Patribus in montem sacrum fa-
 cta. Transacto enim bello, hinc Volscorum, illinc
 Aequorum atq; Sabinorum, cum ex promissis
 Patriū ferenda legis, de liberanda à nexibus fœ-
 meratorum plebe, spes quibusdam certis indicijs
 versaretur, qua tū quadā ac nimia lusione pro-
 trahi videtur à Patribus, M. Valerio Dicta-
 tore creato, qui ad populares seditiones compri-
 mendas, ingensq; gerendū bellum mitteretur:
 cumq; pro plebe ad ferendā legē intercedere cœ-
 pisset, & se & plebē frustrari videret, magistra-
 tu se abdicauisset, accideretq; ad indignationem
 plebis, quod Patres plebis animos à seditionibus
 auertere rati, sub prætextu sacramenti Consulib;
 præstiti, nouo bello cogere ad militan. tū ad-
 nitebātur. Plebs permolestē id ferens, in montē
 Sacrū, qui est trās Anienē, tertio ab Urbe milia-
 rio secessit. Quod cum ingentē trepidationē in-
 cussisset Patribus (quonā enim modo Urbē o-
 mnium militū robore exhaustam, si quavis belli a-
 liqua ex parte irrepisset, tutari Remp. facultas
 dabatur) Menenium Agrippam summa ea
 tempestate authoritatis Virum plebi charum
 pariter ac Patribus, legatum ad componēdam
 popularem seditionem decernūt: qui graui & sœ-
 oratione, in qua apologum de conspiratione mē-
 brorum contra Ventrem induxit, quemadmo-
 dum Venti ea conspiratio cladē attulerit, & q;
 eo

eò delinuit plebis animos. Et illius opera pacem
 cum Patribus insuerit. In cuius pactione fide-
 ris, conuenit, Et plebeios in Urbe magistratum
 obtineret. Duos ergo Tribunos tum habere prin-
 cipit, A. Virginio, T. Vetustio Consulibus. De-
 rursus secessione tres additi, Appio Claudio
 C. Quintio Consulibus. Mox quinque item
 Consulibus M. Oratio Pulullo, & Q. Minucio.
 Hoc pacto decem Tribunis in plebem Romanam
 fuit iurisdictio. Tribunorum vero tanta erant
 auctoritas, Et quicquid Senatus decreuisset,
 ita demum ratum haberetur, si Tribuni appro-
 basset. Stabant ergo in Vestibulo curia ubi ha-
 bebatur Senatus (templum enim ingredi non
 licebat) & quacunque Senatores decreuissent,
 Tribuni animaduertenda perferebantur: Et si
 pro Republica fore viderentur, approbarent: al-
 tera ad arbitrium reijcerent, tanquam senatus
 consulta approbasset, T. literam intergo ady-
 ciebant, haud alio pacto rata iudicatum iri. Sed
 de Tribunitia potestate, si latius patere vobis vo-
 luerimus, Labeonis Antistii iuris peritissimi co-
 stat sententia: cuius Verba, quemadmodum a-
 pud Aul. Gellium scripta reperi, ita ipse scripsi.
 In quidam inquit, epistola Atti Capitonis
 scriptum legimus, Labconem Antistium le-
 gum atque morum Po. Ro. iurisque civilis do-
 ctum apprimè fuisse: sed agitabat, inquit, homi-
 nem libertas quada nimen, & vecors & q. q.
 Et di

Et diuo Augusto iam principe, & Rempub. ob-
 tinente, ratū tamē pensumq; nihil haberet, ni-
 si quod iustū sanctūq; esse in Rom. antiquita-
 tibus innemisset. Ac deinde narrat, quid idem
 ipse Labeo per Viatorē à Tribuno plebis voca-
 tus, responderit. Iussit enim ei qui missus erat
 ad Tribunos plebis redire, eiq; dicere, ius eos
 non habere, neq; se, neq; aliū vocādi, cū morib;
 maioriū Tribuni plebis prehensionē haberēt, voca-
 tionē nō habere. Possē igitur eos venire, & pre-
 bendi se iubere sed vocandi absentē ius non ha-
 bere: Idq; etiā apud Varronē in libro rerum hu-
 manarū scriptū asserit Aulus Gellius. Qui sa-
 nō Varro cū Tribunus esset, asserit se à Tribu-
 no plebis nō vocatū fuisse: cū Tribunus plebis
 esset, neminē vocari iussisse. Maxima verò par-
 tes Tribunorū in intercessionibus existere (id
 quidō est vim à ceteris magistratibus prohibe-
 re fieri) at minores in legibus ad populū feren-
 dis, quæ plebiscitis appellantur. In quibus sa-
 ne rogandis, Patriū interesse nulli admodū ius
 fuit. Quinetiam in provincijs proconsularibus
 assignandis, Et idē apud Plutarchum in vita
 M. Catonē, maxime in tribunatu P. Clodij vi-
 dere licet. Istud etiam observatū est inter Tri-
 bunos, si ceteri omnes unam rem probassent,
 unus verò id prohibuisset, plus ceteris quidem
 omnibus in ea prohibitionē polleret, & reli-
 quos omnes facile impedire posset.

De Proconsulari Potestate .CAP. XI.

Liuius in principio lib. 3. Dionysius in fine 11. aliter sentire videtur. Hæc & plura habentur priui Digestorum. titulo 16. per totum.

DE hac quidem potestatis specie, nihil quàm prius reperi, quàm bello à Po. Roma Aequis infeliciter gesto maximoq; terrore ubi illato. Tum enim Consul, qui in Vrbe remanserat, quò celerius deletum facere posset, Proconsulem creauit, qui obsessio collegæ auxilium afferret. Creatus est igitur Proconsul T. Quintius, Albo posthumus, & Sp. Furio Consulibus. Quod Verò pro Consulibus mitterentur eorūq; vti functuri essent, Proconsules appellati sunt. In magistratibus cetera quidem Consularia insignia concessa sunt, præterquàm quòd sex duntaxat lictoribus vti inunctum est. Qua tempestate non ordinaria quidem, sed delegata iurisdictione Proconsul (de quo agimus) utebatur: quamuis postea vsu euenit, ut propria huius magistratus iurisdictione competere instituerit. Propagatis enim imperij finibus, complurium & ingentium bellorū administrandorū cura exorta, obseruari ceptum: Et quo quisq; anno Consules fuissent, sequenti Proconsules remanent, & Varias prouincias cū imperio sortirentur. De finibus autem Proconsularibus, quos nancisci potius, ea breuiter subiiciā. Potestatem suam

suam Proconsul, nisi in ea provincia quā est sortitus, exercere nō potest: quamvis Voluntariam (Et aiunt) iurisdictionem, eam esse auctoritatem, manumittere servos suos apud se Volētes, aut se adoptandos dari passim praestare. Contentiosam Verò iurisdictionem, praterquā in provincia tractare non potest, ne quisquam in provincia negotiorum exoriretur, quin ad proconsulis administrationem pertinere soleat. Sin autem fiscalis causa inciderit, melius faciet ad procuratorem Caesaris deferre. Si uxorem secum in provinciam duxerit, quod non fecisse decentius putabitur, ea qua deliquerit, in eam iam ipsam animadvertet. Obsonijs dono missis Et prorsus abstinere non debet, sic in accipiendis modum servare: Valde enim inhumani est à nemine accipere: passim Verò, vilissimum, Et penitus avarissimum. Ab alijs Verò rebus dono missis, omnino abstinere Proconsulem oportet. Item ab emptionibus omnium rerum praterquam victus quotidiani causa. Lites Verò, quae seriosa excussione, animadversioneque indiget, summam pertractare ac diffinire non debet, Quae cognitionem exactiorem non desiderat, Et obsequium parentibus, patronis, liberisque patronorum exhibeatur, à liberis summam animadversa pronuntiare poterit. Parum autem obsequētes patronis suis liberos aut patribus filios, cum verbis paulo atrocioribus exterreant: tū etiā fustium casti-

gatione coerceat, absq³ iudicio sapientis, ac fori strepitu. Non habentibus autem aduocatū ob inopiam, seu aduersarij potentiam, & trō exhibeat, ac deniq³ vniuersa expediat, qua mero (ut aiunt) imperio assignari solent. Id enim significat gladij potestatem in facinorosos, seruusq³ animaduertendi. Sed quoniam negotiorū provincialium multitudinē per seipsum obire Proconsulem difficile est, legatū Proconsules habere solent, de cuius officio pauca videnda sunt.

De legatis Proconsulum. CAP. XII.
Hæc & plura de legatis Proconsulum habentur titu. 16. primi Digestorum, per totum.

SOLENT Proconsules ob rerū gerendarū multitudinē, in provincia legatos statuere, qui non propria, sed madata iurisdictione vtiuntur: quos prius etiā quā in provinciam peruenerint, sibi substituere non possunt. Si quid autem Legato occurrat, cuius rei grāuius exactiorē diligentia exigat, ad proconsulē remittere Legatus debet, neq³ enim animaduertēde, coercēde, seu atrociter verberāde, Legato licentia est. Iudices tamen litigantibus, tutores etiā pupillis dare potest, custodiarumq³, que per provinciam disposita sunt in stationibus Proconsul legatū cognitionem cōmendam: nec prius quā ē provincia Proconsul discedat, Legatū dimittere consuevit. Et si diem suū obierit in
prouinc

prouincia Proconsul, ita demum sibi mandata negotia exiget, ac si res integra non inueniatur. Si vero abesse à prouincia Proconsulem fortasse contigerit, causas etiam qua animaduersionem exigant, delegauit.

De Aedilibus plebis. CAP. XIII.

Ex principio 7. Liuij. Dionys. lib 6. Gellio cap. 21. lib. 17. Plura concessit Flavius lib. 3. de Roma triumphante. Pompo. tit. 2. primi Digestorum. Varro lib. 1. de lingua Latina.

AEDILITATEM plebeiam pro vetustissimo magistratu habeo: Et Vtrum Aediles ante Tribunos plebis creari ceperint, ambigo, memor quod exactis Regibus ad secessionem plebis in Sacro monte factam, maxima quidem pars populi Romani tãto tempore absq; aliquo in republica magistratu à quo tueretur, extiterit. Quin apud Liniu haud multo post Tribunos plebis creatos, pestilenti quodam tẽpore, cum Et Consul alter obisset, alter vero agram animam traheret, apud Aediles plebeios, Et consularem Et tribunitiã potestã, Et tandem totius Reipublice summam recidisse constat. Non quod illos tũc primũ creati captos appareat, sed quod longẽ antea creatos esse potuisse facile sit. Crescentibus autẽ plebeis opibus, ita Et etiam Dictatores ac Pontifices de suo quoque corpore prastarent, atque Patres

ll 3 multo

multoties à plebe victi, duos Aediles plebeios à Patribus creandos pernicerunt. Nam cum Aedilibus ludos faciendos, solennesq; pro ordinibus in concordiam redactis dies in fastis referendos mandarent, negarentq; se id esse facturos Aediles plebis: conclamatum esse à iuuenibus patricijs dicitur, se id honoris deorum immortalium causa libenter acturos, Et Aediles fierent. Quibus cum ab Universis gratia acta esset, Senatusconsultum factum est, Et duos viros ex Patribus, qui Aediles forent, Dictatur populum rogaret, Patres comitijs auctores forent. Duo ergo patricij Aediles creati sunt Cn. Quinctus Capitolinus, Et P. Cornelius Scipio. Sed duos tandem Aediles creatos alios à Iulio Casare qui quoniam frumento praessent, Cereales appellati sunt, apud idoneos inuenio auctores: Et Aediles à sacrarum adium quam gerbant cura, appellatos esse. Curules Verò ij, qui ex Patribus creati sunt, quoniam sella curuli uterentur, cognominati sunt. Plebey Verò Et Curules iam adeò manifesto cognomine sunt, Et interpretatione non egeant nostra. Ludos instituere, quaeue causa, quibusue in spectaculis ferrent, ad Aedilium partes pertinet. Id etià erat haud leue adilitatis munus: Et sua quisq; Aedilis factus impensa ludos pro modo patrimonij ac dignitatis sua celebrandos procuraret: cuius instituti M. Cicero in ijs libris quos de officijs inscrip

inscripsit, cum de sua & Magni Pompeij adilitate meminit, locuples testis est. Asconius autem Pedianus Pompeium Aedilem creatum, theatrum quod sua impensa edificauerat, magnificentissimis ludis, in quibus currus cum elephantis induxerit, dedicasse ait. Id etiam in argumentis comædiarum quibus nomina Aedilium, qui ludos praefuerant, adscripta sunt, facile est animaduvertere. Locorum autem discretio, & cuiuslibet ordinis pro dignitate assignatio, Aedilium munus est. Valerius Maximus scripsit Attium Serranum, & L. Scribonium Aediles, senatus ac plebis loca secrenisse. Quod si seruum quispiam aut iumentum morbosum aut vitiosum pro integro sanoque vendiderit, edicto Aedilium emptori succurreretur. Quod verò cloaca publica, & aqua ductus, ceteraque adificia laeta, munda, integraque & expedita asservarentur, Aedilium officium est. Denique, quicquid rerum vitiosarum pro sincero, fractum pro integro & squam venisset, adilitio edicto redhiberi solet.

De Decemviris legum ferendarum
causa creatis. CAP. XIII.

Sumpta omnia ex 3. Liuii. Diony. versus finem lib. 10. & 11. Per totum hanc historiā prosequitur Valer. lib. 6. cap. 1. Plura notavi circa finem primi lib. Flo. Id autem factum est anno 666 j. ab vrbe condita, ut
ll 4 cap.

cap. 12. lib. primi docet Eutropius. Euseb. lib. temporum dicit anno c c c ij.

DECENVIRIS summā potestatem in civibus, magistratus omnes qui Rempublicā agebant exolvere fas erat: quibus creandis hoc iussu fuisse perhibetur, plebe enim quotidianis seditionibus, tum ob creandos de plebe magistratus, tum ad ferendā legē de solvendo a nexibus feneratorum, saepe etiā de concubio ut miraretur plebs cum Patribus, nonnunquā ob ferendam legem Agrariā, diuina simul humanaq; curia miscens. Et tandem communes quasdam leges ferri petente, ne quis esset unusquisque locus, leges extraneas accersi placuit. Missi ergo tres Athenas sunt legati, qui inciperent leges Solonis scriptas ferrent: iura etiā, et mores aliarum civitatum noscerent. Is fuere Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, et P. Sulpitius Camerinus. Legati igitur anno tertio postquā recesserant, leges scriptas referunt: pro quibus sanctis censendis, promulgandis, centuriatis comitijs (quod ut sanctiores essent, fieri oportebat) Decenviros creant, qui suo arbitratu leges promulgarent. Is fuere Appius Claudius, T. Genucius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius. Aut. Manlius, P. Sulpitius, P. Curvius, T. Romulus, Sp. Posthumius, Placitūq; ne ab horum potestate esset provocatio. Penes vero alterum, ut fors ferret, quoadusq; omnē numerum peruasissent, certis diebus

diebus lictores forent. Eodē ergo anno decē tabulas edunt potestatē inspiciendi omnibus faciunt, edicunt agitent secū omnes, & si quid emendari, suppleri, minime opus esse censeāt: omniū sententias a quo animo esse audituros. Postquā satis emendata esse apparuit, decē tabulis scriptas leges centuriatis comitijs proferunt, ac simul se magistratu abdicāt, Cum vērum rumor percrebuisset, duabus alijs tabulis ius populi Romani plenū ac absolutū fore, iterum habitis comitijs, alij Decēviri subrogati sunt. Tum Appius, cui comitia habere datum fuerat, sese contra ius fasq; Decēvirū creat. Collega fuere M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vigilans, Q. Petilius, T. Antonius Merenda. Cato Duilius, Sp. Oppius Cornicē, M. Robuleius. Opere praeclarū est audire, quā ū Decēviri per spem ac libidinem domināds, omnē Reip. speciē conturbarūt Idib. Maijs, quo iniere magistratū, cum duodecim singulis fascibus forū cōplere. Neq; enim ad rem pertinere, deus secures quando absque provocazione creati essent, interpretabantur. Decem ergo Regū instar primo conspectū praeuisse ferūt. Incredibile est enim quantū ea res Urbi terrōre iniecerit. neq; sumo Urbē sefellit timor. Primum cum abstinere à Patribus capissent, in humiliores crudelitātē, libidinēq; exercebant. Hominum, non causarum toti erāt, &

apud quos gratia vim aqua haberet. Iudicia de
 mi contrahēbāt. pronūciabāt in foro. Si quis col-
 legā appellasset, ab eo quē appellauisset, ita di-
 scedebat, Et paniteret primo decreto non stit-
 se. Optimo etiā fuit, fœdus clām inter eos in-
 iurādo iētū. ne comitia haberēt, perpetuūq, De-
 cemuiratus possessum semel obtinerēt imperiū.
 Hac cōditione iam maior anni pars processerat
 Et dua tabula ad decē adiecta fuerāt, nec quā
 quā aliud supererat, nisi Et cēturiatis comitijs
 perferrentur. Hoc peractō, cūm laberetur an-
 nus, nullaq, comitiarū mentio haberetur, Et
 quāuis anni factos exactione priuatos plebs ob-
 streperet, ac libertatē penitus amissam cōque-
 reretur, eo illi nihilo mitiores facti, hac petulan-
 tia abutebātur. Sed hos Urbanos streptus nun-
 tiatum bellum à Sabinis Acquisue impendē-
 re, paululū intercipit. Habito enim delectu De-
 cemuiri, armato exercitu, in bellū prodeūt. Dū
 bellum Varro euentu geritur, Appius Claudius
 Decemir, qui gerēdis rebus Urbanis remāserat,
 plebeia Virginis, cuius amore deflagrabat, stu-
 pra da consiliū capit. Pater eius L. Virginii,
 qui tum honestū ordinē in castris ducebat, Ici-
 lus cuiusdam trobanis viro puellam despōderat.
 Hāc Virginē forma egregiā cūm Appius prece
 Et precio sātasset pellucere, parumq, sibi succe-
 dere cuncta cerneret, animū ad crudelitātē su-
 perbiāq, cōuertit: M. Claudia clienti negotium
 dat,

dat, Et corā se pro tribunali sedente, puellam in
 seruitutē asserat: ceteros omnes qui in liberta-
 tem asserant, reiecturū promittit. Opportunitas
 ē ergo nactus M. Claudius libidinis minister,
 trāseunti per forū puella sceleratas manus iniij-
 cit, seruā suam seruāq; natam appellans, ac se-
 quens se puellā iubet: cunctantem Si abstracturus
 esse videbatur. Cū ad clamorē erepta, nutri-
 cisq; fidō Quiritum implorantis, multitudinis
 concursus factus esset, iamq; à Si tutā esse vi-
 deretur, tum Claudius nihil opus esse tumultu
 ait, se iure grassari: si nō crederent, ad tribunal
 sequeretur. Cū ad tribunal ventū est, petitor
 apud argumētis authorem agit, puellā domi sua
 natam, furtoq; subtrāctā, in domo Virginū pro-
 filia esse suppositā. Interim dominum ancillam
 sequi, quōd ita aqutias dīclaret, interloquatur.
 Composuerat itz se facturū Appius Claudius,
 ne sine causa cognitione pronuntiare in seruitu-
 tem videretur. Tunc advocatis puella intercedē-
 tibus, patrem Republica causa abesse, iniquum
 de liberis absentis agi, ceteraq; huiusmodi alle-
 gantibus, Icilius Vir, & Numitorius aures su-
 perueniūt. Iciliū autē, Et erat Vir acer, multū
 intrepidē vociferantē, Appius per liēlorem sum-
 moueri iussit. Sed cū ille constantissimo ani-
 mo resistere pergeret, ac multitudinis cōcursus
 ingens fieret, Appius, ne exortus tumultus no-
 uandis res occasiōē facerēt, Vades de Virgine in
 poste

posteram diem in iudicium sistenda dari iussit.
 Interea patrē accersunt nātij, aduolat in urbē
 pater: ac prima luce sordidatus, filiā obsoleta ve
 ste cum aliquot matronis secū in forū ducit. Vo
 ciferat opem ferant, lamentatione & querelis
 omnia implet. Idē Icilius, idem puella ac matro
 na faciunt. Aduersus hac omnia Appius obsti
 nato animo tribunal ascēdit, iudicias secundū
 feruitutē decernit: quod decretū cū ingētem
 admirationem incussisset, ac M. Claudius iret
 ad cōprehendendā Virginē, tunc pater intētans
 in Appium manus, Icilio, inquit non tibi Appi
 filiā meam despondi ad nuptias, non ad stuprū
 educari, sed quāso patrio dolori ignoscas, siquid
 sum in te inuectus vehementius. Simas ergo co
 ram Virginē me nutricē percontari, falso pater
 sim: Ut re cōperta, aqusore hinc animo discedā.
 Seductā ergo filiam percōtandi prætēxtu rapto
 ē tabernaculo lanij cultro, filiā interemit. Quid
 multa? Rei indignitate pariter omnes cōmoti,
 in forū cōcurrunt. Appius antē ut tumultuari
 capiti videt, ut vita consuleret, obuoluto capite
 effugit. Plebs ergo recuperanda libertatis occa
 sione nacta, arreptis armis, duce Virginio in
 Auentinū secedit. Nec minus Icilius in castris
 militum concitat multitudinē plebisq, Urbana
 exēplo decē Tribunos militares creant, ingētisq,
 cū exercitu ad Urbē accedūt, alteri se exercitus
 coniungunt. Hoc peractō, armata plebs secedere
 statuit.

statuit. Eò ergo quiscūq; per atq; valetudineq;
 potuerūt, cum Exoribus liberisq; peruenere, his
 tantis motibus perculsi Decemuri, Senatū frē-
 quentem fieri iubēt. Rogāt quid è Republica
 fore censent, edicere. Demum cum multa &stro
 cistroq; in Senatu agitata essent, ac plerique Se-
 natores intrepidè Decemuiros oratione casti-
 gassent, decem Tarquinius appellantes: Decem-
 uiri tandem futuros se in potestate Patrum af-
 firmarunt, modò sese ab iniuria tuerentur: ac
 simul legatos mittere ad res cōponēdas statuūt.
 Missi ergo legati M. Oratius & L. Valerius
 probatissima astimationis Viri, de conditione
 pacis cum plebe agunt. Petebat autem plebs in-
 ter conditiones pacis, ad supplicium Decemui-
 ros: quod legati primū compositis orationibus
 dissuasērunt plebi. Contenta igitur plebs fuit,
 Et suis sibi tribuni restituerentur, & Et consue-
 uerant, rediretur ad Consules. Interim abdi-
 cant se magistratu Decemuari. Comitia Consu-
 libus, Tribunis que creandis habentur. Hoc pa-
 cto creatis, exactisque Decemuiis, ad prioris
 formam regiminis reditum est.

De præfecto annonæ. C. A. P. XV.

Pomponius tit. 2. primi Digesti. Augusti-
 nus cap. 17. lib. 3. de Ciuit. Dei. De consula-
 tu Appii Claudii & P. Ser. ac de morte Tar-
 quini apud Aristodemum Cumis videli-
 cet scribit Liuius inter principium & me-
 dium

dium lib.2. Item Dionysius lib.7. De contentione Consulum ob dedicationem zdis Mercurii, scribit Valerius Maximus cap.3.lib.9.

QUONIAM de potestatibus agitur, ratio etiam admonet, ut de Praefecto annonae extra ordinem tunc creari solito, nonnihil adjiciam. De quo sanè magistratu nihil antea reperi, quam Appio Claudio, & P. Serrilio Consulibus, eo quoque anno, quo Tarquinius Superbus apud Aristodemum tyrannum mortuus est. Tum inter Consules orta contentio discitur de dedicatione aedis Mercurij: qua sanè hac conditione scripta est, quòd uter dedicaret Mercurij aedem, id quidè annona praesset. Populus dedicationem dedit M. Pletorio primipilo, non tam ob huius meritum, quam ob ignominiam Consulū haud probè in magistratu obuersatorum. Ceterum ut hoc apud Liniū nō mihi plerumque & quaeque apparet, credo errore scribentium, ita de L. Minutio Praefecto annonae, haud multo tempore post & quaeque manifestum est, magistratus difficili tempore, & caritate annonae. & usqueque potissimum atque opera exigebatur. Frumentum vendique cōmendum, & si quis ultra proprios usus possideret, in medium ponendum curabat, aduclū vendique, & aduclum in flo pretio venire nitebatur. Cuius ope magistratus, egregia populo Romano penuria laboranti saepe opera nana.

est. Eam potestatem de qua agimus, cum Magnus ille Pompeius ageret, atque à Sicilia cum magna vi frumenti soluere pergeret, ac gubernatores classis non se committēdos maxime se-
nienti pelago dicerent, illam saluberrimā Rei-
publicæ vocē edidisse dicitur: Navigare enim,
inquit, necesse est, Vivere necesse non est. Tātus
præterea annona huius causa favor, auctori-
tasq; accessit, ut qua alioqui persona ad accusa-
tionem minus idonea essent, hac tamen in cau-
sa admitterentur: huiusmodi sunt mulieres in-
fames, & quæ sunt eius generis, quo nos etiā
estimur. Sed de præfecto annona satis dictum.

De tribunis militum, & Consulari
potestate. CAP. XVI.

Ex Livio lib. 4. Tit. 2. primi Digestorū. Id
autē factum est anno cccx. ab urbe cōdita.

CREBRIS quidem secessionibus plebis à
Patribus, quibus Consules de suo quoq; corpore
creari peteret. externis etiam bellis ingruenti-
bus plebēq; ipsa delectum pati negante, coacti
tandem Patres sunt, ut aut civibus, aut hosti-
bus de victoria concederent. Ab eorum senten-
tijs, qui Tribunos plebis cade violandos puta-
rent, quos fœdere cum plebe icto, sacrosanctos
haberent primores Patrum abhorrebant. Per
hac consilia cō res deducta est, ut rogatione
Camilli, Tribunos militum, qui pro Consulibus
essent, tam ex plebe, quàm ex patribus promi-
scuē

scire creari Patres senerent, de consularibus nihil immutaretur. Tres ergo Tribuni consulari potestate, qui militares appellarentur, creati sunt, quique constituti sunt vario numero. Interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores, sed de superioribus tantum tribuni fuerunt, An. Sempronius Atracinus, L. Attilius, & T. Cecilius, patricij omnes. Plebs cum eo dumtaxat contenta fuit, quod eius ratio habita esse videretur. Tunc igitur primò à Consulibus ad Tribunos militares consulari potestate ventum est, M. Genutius, & P. Curiarius consulari abeuntibus. Penes quem sanè magistratum (ut ipsum nomen indicat) eadè quae apud Consules potestas erat collata, nominibus tantum immutatis, ac plebis ratione habita.

De Censoribus. CAP. XVII.

Sumpta ex lib. 4. Livii, Pomponio Iurii consulto tit. 2. primi Digestorum. Lege Aulum Gellium lib. 7. cap. ultimo. Censorum leges plurimas ponit Cicero in princip. lib. 3. de legibus. Multa Flavius lib. 3. de Roma triumphante congerit.

CVM ob multum & varia bella, civilesque seditiones Roma pluribus annis populus incensus mansisset, neque esset lustrum aliquod de more conditum, neque diffiniri census posset, neque Consularibus, cum tot populorum bella imminerent, id negotij operapretium esset agere: mentio illata est

ta est ab Senatu, rem videlicet operosam, & mi-
nimè consularem suo proprio magistratu egere,
cui scribarum ministerium, custodiāq; & ta-
bularum cura, arbitriam formulāq; censendi
subijceretur. Tum duo censores creati sunt, Pa-
pyrius, & Sempronius, censuiq; habendo prae-
fecti, ab eāque re censores appellati, M. Gega-
nio Macerino, & T. Quintio Capitolino Consu-
libus. Institutumq; ut quinquennio is magi-
stratus perduraret: quod tandē tempus ob Cen-
sorum insolentiam immutatum est, ad annūq;
reductum, A. Mammerco Aemilio Dictatore, Ju-
lio Virgilio, M. Appio Consulibus. Mirum quis-
pe dictū est, quanto censura initium parua re-
ortum, incremento adauctum extiterit. Eò quip-
pe peruenit, ut morum disciplinaq; Ro. Sena-
tus, equitumq; regimen, decoris dedecorisq; di-
scrimen sub eius ditione magistratus, priuato-
rum ius: publicorumq; locorum vectigalia popu-
li Romani reposita essent, in Senatum allegere,
Senatus principem describere, cēsum agere,
lustrum condere, equos admovere. Quos autē pu-
tassent parum dignos, Senatu amovere, & fecis-
se fertur G. Fabrius, qui Censor, P. Cornelium
Ruffinū patricium Virū Senatu amovit, quod
decē pondō argenti facti pro cōviniū apposuisset.
M. autem Cato Censor, C. Flaminij fratrem Se-
natu eiecit, quod exoratus à scorto, & aliquem
ex ijs quī in Vinculis erant, (obstinebat enim
m m p r o c o n

proconsulari imperio Galliam) securi percuteret, obtemperavit. Quid dicā, quā lenissimū de causis censoriā inurere notam cōsueverunt? Nimis corpulentis militibus, unguentoq; nitidis, equis adeptis, ignominiaq; notatis, exercitu dimisere. Equiti Romano nimium cōpta, splendoq; equum strigosum, & vix harētem pellē ofibus habēti, cum ob equitates Urbē Censores venissent obviam percontantibus, Et quid ipse tam ruber & cōptus, equus tam macilentus, & squalre obsitus esset: hic eques Rom. Quoniam, inquit, ipse me curo, equū vērō Statius meus servus. Visum est id parum ruerent respondit, atq; ob id ignominia a Cēscribis nota tua est. Cive Rom. qui altius ofcitavisset in auditorio Consorum, ignominia nota affecerunt. Sed cum id rescissent, non incontinentia sed valetudine fūctum esse, illico restituere. Cum celebrationi quorūdā sūficialiorū interessent, virūq; num uxore ex animi sui sententia haberet, de more interrogassent, illeq; ex parentibus, nō autem ex animi sui sententia se habere responderet, & vestigio labe ignominia convulsus est. Magnopere enim ab eorum maiestate alienum esse, rati sunt, quod in conspectu censoria severitatis leuissimus homo adeo ridiculosus fuisset cachinnatus. Multa in hoc genere dici possent, sed omittēda sunt. Illud autē non est pratermittendū, quod altero ex Censoribus morte subducto, alterum

alterum in demortui locum suffici, religio fuit. Ita 7, reliquum abdicare, se magistratu, Et duo die integro Censores crearentur, institutum est. Id enim huic observationi causam dedit, quod eo anno quo Galli Romam ceperunt, altero ex Censoribus mortuo, alter quidam in demortui locum fuerit substitutus. Omen ergo visum est, Et pro lege perpetuò, ne id amplius fieret, observatum est. Censores Verò cum præterquam ex Patribus creari aliquando nefas fuerit: id quoque Et cetera immutatum est, atque indifferenter fieri coeptum. Illud etiam Censoribus negotium datum est, ne in favore modus excederetur.

DE Triumviris Coloniae deducendæ.

CAP. XVIII.

Liuius Lib. 3. 1. Decadis in fine hæc & plura scribit.

ARICINI atq; Ardeates, cum de ambiguo agro sæpe bello certassent, multis inuicem cladibus fessis, populum tandem Romanum eadere iudicem constituere. Cum ergo utriusque civitatis legati oratum causam venissent, concilio populi à magistratibus dato, magna contentione actum est. Iamque editis testibus, cum tribus vocari, Et populum inire suffragium oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Et si licet, inquit, Consules de Republica discere, errare ego populum in hac causa non patiar. Sed cum quæsi-

um 2 Vanum

Vanū ē delirū reijcerēt Cōsules, audiendumq;
 prorsus negarent, pergentē vociferare publicam
 causam prodi, per lictorem submoueri iusserūt.
 Hic ille Tribunos appellat, ad eos admissus, ter
 tium ē nonagesimum se annū agere inquit;
 eum agrum de quo duo populi ambigant, teneri
 memoria fixū, neutrius populi, sed Coriolanorū
 fuisse, atq; eo se tempore milistasse, capitis Corio
 lanis, is ager iuxta belli populi Romani factus es
 set, proinde se magnopere suadere pop. Rom. ne
 inutili pudore causam suam damnaret. Mōis
 non tam hominis auctoritas, quā cōmoditas
 ē suāq; agri, tantumq; Tribunitia potestas va
 luit ei, ut cum hac de re latum esset ad populū,
 lex de agro populo Rom. adiudicando promulga
 retur. Id. sanē, factum maxime de honestate
 maiestate pop. Ro. multūq; apud finitimas ciui
 tates infamia de decoriq; contraxit. Quāobrē
 cum id agrē firrēt Patres, ac non multo post in
 dicium de Ardeatibus egregiē pro auxilio illis
 aduersus Volscos allato meriti essent, cum tam
 infamē iudiciū notam prorsus ex animis delere
 cuperēt, Senatusconsultū fecerunt, quoniā ciui
 tas Ardeatum intestino tumultu ad paucos re
 ducta videretur, coloni eō praesidi causa aduer
 sus Volscos scriberētur. Id. cum latū ad populum
 esset, placuissetque multo plures Rutulos quā
 Romanos colonos adscribendos, priusq; is ager
 qui infamē iudicio interceptus erat, omnib;

Rutū

Rutulis divideretur, quàm alterius agri gleba assignaretur vlla cuiquam, eo tãdem pacto ad Ardeates reuersus est. Triumuiros igitur deducenda Colonia creauit, Agrippam Meneniũ, M. Cincium Succulum, & M. Ebutium Heluam. Nec abiecerim hunc magistratum aliàs à maioribus Romanorũ creari potuisse. Caterum ab insigniora ratione, & ingenti pop. Rom. potestate exordiri non piguit. Pertinebat verò ad huius magistratus officium, vt & agros nouis colonis dividerent, vrbes designaret, adificare volentibus areas partirentur, commodis regionibus ciuitatem distinguerent, legibus magistratibusq; sisterent, & ad speciem optimi tabernaculi Rempub. effingerent.

De Prætoribus.

CAP. XIX.

Sumpta ex Pomponio iuriconsulto Digestis de origine iuris L. Necessarium. Liuius iu fine sexti. Plura Flavius li. 2. de Roma triumphante.

C V M Crebris ac diuturnis certaminibus vti
 Et tandem à plebe Patres, ex Cõsulibus alterum
 ex plebe creandum concessissent, id sibi voluntate
 te plebis pro aperto ad Cõsulatum aditu arro-
 gauere, vt vnicus magistratus crearetur ex Pa-
 tribus, iusq; à præssendo Prætor appellaretur:
 qui tandem eo quòd inter Urbanos ius diceret,
 Urbanus appellatus est. Penes hunc verò magi-
 stratum ad eò omnis publici primatiq; iuris pote-

m m 3

stas

stas fuit, Et nouū ius cōdere, Et Vetera abroga-
 re facultas esset. Tātū verò postmodū aucta est
 Pratoris auctoritas, Et quod Prator ipse dixisset,
 ob ipsius honorē, Ius honorarium vocaretur.
 Pratori regia insignia, consularesq; ferre appa-
 ratus, lectores verò non amplius sex, sella curu-
 lis, Et trabea, ceteraq; huiusmodi tradita sunt.
 Ac quāuis sex numero lictoribus vti concessum
 Pratoribus esset, Paulo quidē Aemylio Pratori
 in Iberiā contendenti (Et ait Plutarchus) duo-
 decim adhibitos lictores compers. Equis albis,
 trabea candida utebatur Prator. Nunc ad fre-
 na Quirites subministrabant, Et ait lumenalis.
 Demum cum vndiq; peregrinorū multitudo in
 Urbem cōflueret, neq; vnus Prator turba cau-
 sarum sufficere posset, alter Prator creatus est:
 qui quoniā inter peregrinos cognoscebat, Pere-
 grinus appellatus est. Crescente verò imperio,
 tantum postmodū amplificatus est numerus, Et
 XVIIII. Pratores aliquando in Urbe ius dico-
 rent. Et quia magistratus vespertinis tempori-
 bus in publico esse, inconueniens erat. Quinque-
 uiri constituti sunt citra Tyberim, Et vltra Ty-
 berim, qui possent pro magistratibus fungi, Ca-
 pta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispa-
 nia, deinde Narbonensi prouincia, totidem Pra-
 tores quot prouincia in ditionē Venerant, crea-
 ti sunt: partim qui Urbanis rebus, partim qui
 prouincialibus praeessent, Deinde Cornelius Syl-
 la qua

in quaestiones publicas constituit, Veluti de falso, de parricidio, de sicarijs, ac Praetores quatuor adiecit. Caius Iulius Caesar duos praetores, et duos Aediles, qui frumento praessent, & à Cerere Cereales constituit. Itz duodecim Praetores, sex Aediles sunt creati. Deinde diuus Augustus sexdecim Praetores constituit. Post diuus Claudius duos adiecit Praetores, qui de fideicommissis ius dicerent, ex quibus vnum diuus Titus detraxit, et adiecit vnum diuus Nerva, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Itz decē & octo Praetores in ciuitate ius dicunt. Et hac omnia quoties Roma sunt magistratus, obseruatur: quoties autē proficiscuntur, vnus relinquitur qui ius dicat, isq; vocatur Praefectus Urbis, qui Praefectus olim constituebatur. Postea à Verò alius Latinarū feriarū introductus est, qui quo tantis Vacatibus ceteris magistratibus, creati instituerit. Quibus omnibus cum plurimi ingruentium bellorum usus exegissent, eorundem administrationes mandari consueuere, excepto Praefecto Urbis in ciuitate remanente.

De Quinquaginta mensariis. c. . . x x.

Habentur haec omnia ex 7. T. Liuij Flauii lib. 2. de Roma triumphante.

CUM improbitate faeneratorum, plebs Rom. magnitudine ariis alieni penè obruta esse videretur, eiq; difficultati principes plebis succurrere sapenimero cōtassent, inclinatio tandem

mm 4 ad

ad concordiam omnium animis, qui tum Censules erant funebrem quoque rem, quòd diffusi vi animos hominum videbatur, lenare aggressi, solutionem aris alieni in publicam curam verterunt. Quinq; ergo Viri creati sunt, quos à dissipatione pecunie, Mensarios appellarunt, qui in signi aequitate diligentiaq; meriti sunt, Et per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent: hi ergo fuerunt C. Duellus, P. Decius, M. Papyrius, Q. Publius, T. Aemilius, qui rem difficillimam tractatu, Et plerunq; parti Vtriq; semper certè alteri graue, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quàm saclura sustinuerunt, Tarda enim nomina, Et impeditiora, quàm facultatibus ad ararium missis suppeterent, are in foro posito dissoluerunt: Et non modò sine iniuria, sed etiam sine querimonia partis Vtriusque, exhausta Vis ingens aris alieni sit.

De Triuuiris Reipub. constituendæ.

CAP. XXI.

Suetonius titu. 27. lib. secundi Plutarch. in vita Ciceronis. Liuius lib. 120. Florus cap. 7. lib. 4. de Triumviratu Reipublicæ constituendæ. meminit Varro in libro què Itagogicon inscripsit. Vide Gellium lib. 7. cap. 14. Fuit ergo ante Cæsarem Augustū hic magistratus apud Romanos habitus.

SI

SI *Triumviratus Reipublica constituenda*
originem quaris, ante ipsum quem Caesar Au-
gustus cum Antonio & M. Lepido gessit, al-
ter nullus apud Romanos prodixisse memora-
tur. Ego autem de eo ipso nusquam praterea
offendisse memini. Vtrum potestatibus annume-
randum censuerim, haud satis scio: quippe quod
eas potestates, quas in iussu, praterq^{ue} Senatus
authoritatem quisque, non dicam sortitus fue-
rit, sed per libidinem dominandi arripuerit,
tyrannides potius, quam potestates seu magi-
stratus, appellandas duxerim. Vtunque se res
habeat, illud facile animaduerti potest, Iulio Ca-
sare in Senatu ab ijs qui cum Bruto & Cassio
erant, occiso, mox Antoniū, cum studia omnia
ad componendā Rempublicā contulisse videret-
tur, principē ciuitatis euasisse. Cōfessim vero do-
minandi libidine, eiectum Ciceronem, Brutum
caterosq^{ue} qui factioni eius aduersabantur, Vr-
be excedere coegisse. Octauiano autem, qui te-
stamento Caesaris haeres scriptus fuerat, ex A-
sia reuerso, Cicero, ac ceteri qui eius factioni ob-
luetabantur, ad Octauiani potentia confugerūt
ex quo factum est, ut Antonius Vrbe migrare
adactus, hostis à Senatu iudicaretur: ad quem
opprimendū Hircius & Pansa Consules missi,
Augustusque cum fascibus Antonium apud
Mutinam adepti, fuderūt, fugaueruntq^{ue}. Despe-
ratis ergo rebus, Antonius supplex ad M.
Lep

Lepidū confugit, cuius potentia fretus, Octavianum, qui aquē animū ad dominationē intulerat, ad fixā societatemq; pellexit: illā videlicet societate, qua homicida homicidys in permutationē venisse dicuntur. Inter quos ad eadem destinatos, Caesar Ciceronem pro L. Casar auicūlo M. Antonij, eidē concessit. Igitur tyranidem prætextu pio magistratus palliare perites, sese Triumviros Reipublica constituenda appellauere, quorum nūm & auspicijs omnis Reipublica niteretur. Caterū eorū animos quorsum inclinarēt, mox ipse euentus rerū ostendit. Omnes diuinas humanasq; res cōmiscēs. Omnibus enim intra se opibus consumptis, ad extremum vnus Caesar potitus est: qui & ipse omnibus ceteris superstes, ipsum de quo loquor Triuiratum annos circiter 10. Et Suetonius Tranquillus refert obtinuit.

De Præfecto prætorio. CAP. XXII.

Hæc & plura i. Digestorum de officio Præfecti prætorio, lege vnica. Verba sunt Aureliani Iurisconsulti.

QVALES apud Reges Tribuni Celerum equitum, siue apud Dictatores Magistri equitum, tales demum fuere Præfecti prætorio apud Casares. Nam cum secundas post Casares, partes gestarent, præessentq; disciplina publica emendanda, adeo à paruis orta principijs creuit auctoritas, Et cum aliquo tempore à Præfectis præ

pratoris provocare liceret, extarentque exempla
maiorum, quo pacto ab ijs provocassent, lecta post-
modum Principis sententia, à Praefecto pratorio
provocatio sublata est. Credidit enim Princeps
eius, qui ob singularem industriam fide illorum atque in-
tegritate, explorata ad huius potestatis amplitudi-
nem adhiberetur, non aliter pro sapientia, ac splen-
dore dignitatis sua quam eundem fore iudicatu-
ros. Alio etiam privilegio huiusmodi potestati sub-
nixa est, ne ab eorum sententijs minores aetate
(ut ab aliorum magistratuum) restitui possent.

De quibusdam minoribus magistratuum
speciebus.

CAP. XXIII.

Lege Aulum Gellium lib. 13. cap. 14. &
15. Digest. de origine iuris lege 2. parag.
Deinde, &c. habentur haec omnia.

ALTERAM magistratus speciem in Urbe
Roma ius aliquando dixisse repertum. Nam cum bel-
lorum munera, ceteris magistratibus non sufficien-
tibus, ad Praetorem deferretur, quorum munus, ad
ministratio iuris praecipuum fuit, creati Decemvi-
ri sunt, qui ius in Urbe dicerent. Praetorumque par-
tes eo tempore gererent, litium iudicandarum ap-
pellati. Eo tempore quatuor Viri creati discun-
tur, qui Viarum curam agerent. Ac tres mone-
tales auri argentiisque, flatores, quorum esset dili-
gentia, numismata aurea argenteoque fabricari.

De

De Præfecto urbis & vigilum.

CAP. XXIII.

Sumpta ex primo Digestorum de officio Præfecti vigilum, per totum.

DIVVS Augustus salutem publicam nullum alterius quam sua diligentia congruere existimans, coercendorum incendiorum causa septem cohortes opportunis Urbis locis disposuit, ita ut binas Urbis regiones unaquaq; cohors præsidio tutaretur, Tribunis, & super omnes clarissimo viro Præfecto vigilum præpositis. Et licet apud Veteres Rom. Triumviris nocturnis, Aedilibus, Tribunisq; id negotij quandoque esset assignatum, pluribus eodẽ die exortis incendijs, quibus accurrere, satisque facere non posse eos appareret, creare Præfectum vigilum Augustus Caesar in animum induxit. De incensoribus ergo, effractoribus, furibus, raptoribus, apud Præfectum vigilum cognitio est: nisi si qua tam atrox tam famosa persona sit, ut ad Præfectum Urbis remittenda videatur. Et quoniam incendia plerunque culpa exoriuntur inhabitantium, aut fustibus castigat eas, qui negligētius ignem habuerunt, aut seneca obsurgatione comminatur, fustium castigatione remittit. Cum effractura in horreis (ut plerunq; fit) insulisq; ubi pretiosorum rerum suarum partes, patres familiarum servat, apparuerint, si quando cella vel armarium effringatur, effractorum sepe, nonnunquam etiam custod

stodam quaestiones apud hunc magistratum exercentur. Et ita diuus Augustus Erithio clero Praefectores scripsit, ait enim effractis horreis de eare adstium ipsum pertinere. Sciendum autem Praefectum Vigilum ad plurimam nocte Vigilare oportere, coerrareq; calceatum cum hamis & dolabris, curamque omnes inquilinos agere admonendi, ne per colonorum negligentiam, incendiorum casu exoriantur. Quinetia inquilinus ut quisq; aquam in canaculo habeat, qua igneo terrore ingruente, praesto occurrere possit censeatur. Aduersus capsaarios autem, qui mercede seruanda in balneis Vestimentis suscipiunt, index quoq; constitutus est, ut siquid in seruandis Vestimentis admissum fuerit, ipse idem de quo loquor, magistratus quaestionem exerceat.

De Duumviris classis restituendae, & quibusdam parvis magistratibus.

CAP. XXV.

Plura Flavius li. 4. de Roma triumphante.

D V V M V I R O S classis restituenda, ut pote haud magnum mentis magistratum commissurus videbar, nisi quod Livia placet, minime praetermittendam visum. Anno enim quo Appianus Claudius, is cui postea Caco cognomentum fuit, censuram gessit, M. Valerio, & P. Decio Consulibus, duo imperia, ut ait Livius, dantur per populum

lum ceptis sunt, utraq; ad Rempublicā pertinē-
tia: Unū ut Tribuni militū senideni in quatuor
legiones crearetur, qua ante perquam paucis po-
puli suffragio relictis, Consulū et Dictatorū fu-
rant beneficia. Tulere eā rogationē Tribuni ple-
bei L. Attilius, & C. Martius. Alterum inope-
riū fuit, ut Duūmviros clasīs ornanda refectū-
daq; causa idē populus inheret. Tulit hoc plebi-
scitum M. Decius Tribunus plebis. Haud mul-
to tempore post huiusmodi rogationes, Trismuri
nocturnis creati sunt: à quibus (ut existimatio-
ne deducor) difficili bellorum & civilium seditio-
nū tēpore, muros custodiendos, portarum per mili-
tes stationarios munirentur. Id etiā eorū cura
invenietū est, ut & nocturnas seditiones à civi-
bus arceret, & quies ubi cōservaretur. Huius
sanē partes magistratus, in officiū Praefecti Vi-
gilum demum traducta sunt. Enimvero horum
magistratuum nomina rem ferme ipsam cū ad-
dicti essent, facile ostendunt. Neque Linius ipse
rei author, hac in re amplius verborum facit:
apud alios vero nulla prorsus mentio fit.

De Procuratore Caesatis. c. x x v i.

Sumpta ferē omnia ex titu. 19. primi Di-
gestorum ab Ulpiano, Paulo, & Calistrato.

U L T I M U M est, ut de Procuratore Casa-
rio (in eum est inter Caesarem & Romanum

popu

populum constitutus iudex) pauca Videamus.
 Quanquam principalem celsitudinem , à qua
 legum, senatusconsultorum , magistratuumque
 omniū origo manat, moribus introductum sit, le-
 gum imperio, cui praeest, non esse suppositam. Ca-
 terum quoniam maiorem se , à quo ius inter
 priuatum ac Rempublicam decernatur , impos-
 sibile inuenire sit , ipsūque principem in pro-
 pria causa iudicare haud sanè aequum esse Vi-
 deatur , magistratum creari placuit , cui inter
 se, priuatisque personas, competens quidem es-
 set iurisdictio, qui sanè est appellatus Procura-
 tor Caesaris. Huic magistratui principalis totius
 rei licentia commissa est: ita ut quicquid ab eo
 negotiorum imperialium gestum est, perinde ha-
 beat ratum, ac si ab ipso Casare fuerit pera-
 ctum. Sed si rem eius quasi propriam procura-
 tor tradat , non putant dominium transferre.
 Tunc Verò transfert , cum negotium gerens
 Caesaris , ipsius consensu tradit. Denique si
 donationis , venditionis , transactionis causa
 quid agat, nihil agitur. Non enim alienare rem
 Caesaris , sed diligenter negotia Caesaris obire.
 Procuratori Caesaris iniunctum est. Id Verò
 in primis Procuratori huic de quo agimus,
 adscriptum est , quòd seruum Caesaris hære-
 dem institutum , adire hereditatem iubet, Et
 ea hereditas Imperatori acquiritur. Quin si
 Caesar ipse hares instituat , si se Procurator

opulenta hereditati misceat, heredem Casarem facit. Quod si ea bona ex quibus haeres institutus est, soluendo non sunt, consulendus erit Imperator, nequid inde detrimenti patiatur. Heredis enim instituti in adeundis repudiandis & hereditatibus, congruo tempore explorari voluntas debuit. Deportandi huic magistratus facultas permixta non est. Sed de Procuratore Caesaris, ceterisque omnibus Romanis potestatibus, quae à principio Urbis condita &que ad Augusti Caesaris tempora facta tractataeque sunt, satis ad plenum aximus. Praesidis nomen generae est, eo quod & Proconsules, & Legati Caesaris, & omnes provincias regentes; licet Senatores sint, Praesides appellantur.



FINIS.



